97 SED † aduertendũ hic,an talis probatio semiplena que inducitur ex scriptura priuata in antiquis, locum habeat contra tertium,puto q sic quia contra scribẽtem aut eius heredes vel singulares successores probat plene etiam in non antiquis .l. publia. §.fi.ff.deposi.l.generaliter .C. de non numer. pen. Specu.in.d.titu.de instru.edi.§.nunc dicendum col. fi.Bald.in consi.cclxxv.colum.ij. libr.iij. Geminia. in consi.ix. quod intelligitur modo non negetur sed recognita sit aut aliter iustificata Barto. in auct. & si contractus.C.de fide instrument.Deci.in.d. c. ij.colum.ij.in prin.de fide instru.

98 SED quero † hic,ad hoc ut talis scriptura priuata probet semiplene contra tertium in antiquis, an sit necesse constare q sit scriptura illius qui dicitur eam scripsisse,si negetur, videtur dicendum q sic arg.l.diuus & quod ibi Bartol.ff. de testa. mili. vbi stante statuto q contra instrumentum nihil opponi possit,potest tamẽ opponi q non sit instrumẽtum & sic constare prius debet de substantia rei q sit instrumentum,omnis enim dispositio presupponit substantiam actus dicit calca.sequendo illud dictum Barto.in consi.lxxxvij.colum.ij. circa princ. tradit Deci.in.c.consuluit.i.in tertio no.de appella. Ias.in.l.si quando in quarto nota.C. vnde vi. & sic

quando queritur an ſcriptura priuata manu talis ſemiplene probet contra tertium in antiquis, conſtare prius debet q ſit ſcriptura illius cuius eē diciṫ.

99 PVtarem † tamen q in hac re propter antiquitatem temporis & difficultatem probandi, probationes leniores ſufficiant puta per ſolam comparationem litterarum in caſu in quo alias non ſufficeceret, Alias enim niſi dicamus talem probationem eſſe neceſſariam, daretur materia delinquendi & fabricandi ſcripturam priuatam falſam que videatur de antiquo. & ex hac conſideratione videtur reſpō ſum ad argumentum quod aduerſus premiſſa concluſionem facit ſocer & dominus meus purpuratus in. d. l. admonendi colum. xxix. circa prin. videlicet q ſi apocha priuata ſemiplene probet in antiquis, dari videṫ occaſio fabricādi falſum quia ut dixi conſtare oportet q ſit de antiquo & preterea daretur occaſio delinquendi ſi induceretur plena probatio, ſemiplena autem non adeo videtur preiudicialis cum non ſit locus iuramento ſuppletiuo in facto alieno. Rurſus talis probatio non videretur neceſſaria quando talis ſcriptura priuata reperiretur in archino publico per ea que ſtatim dicam.

100 QVid † in factis non antiquis an ſcriptura priuata probet, dic q non. l. inſtrumenta domeſtica. l. exemplo & l. rationes. C. de fide inſtrumēt. l. nuda ff. de donatio. l. ij. & l. fi. C. de conuenien. fiſci debito. libr. x. c. ij. de fide inſtru. nec habet ſcriptura priuata preſumptionem iuris pro ſe Bart. in. l. i. col. ij.

C.de iuramen. calum.Deci.in. d.c.ij.in quarto nota. & colum.iij. versicu.& vlterius considerandum de fide instru.Ias.in l.si post diuisionẽ circa prin.C. de iuris et facti ignor.intellige de presumptione que transferat onus probandi in aduersarium & ita loquuntur Barto.& doct.vbi supra facit tamen aliqualem presumptionem Barto. & doct.in .d.l. admonendi colũ.vij.vbi rippa colum.xx. nu. xcviij. Ias.in consi.cxxix.col ij.post med.libr.i. & in repe. d.l.admonendi colum.xl.versi.vltimo in quantum vult Bart.& ista aliqualis presumptio operatur ꝙ data paritate probationum, is prefertur pro quo est ista aliqualis presumptio inducta ex scriptura priuata iuxta glo.& doct.in.d.l. si duo.ff. de iureiuran.Rursus operatur ista presumptio quod apocha iuncta cum alijs adminiculis plene probat Ias. in.d.consi.cxxix.colum ij.circa med.libr.i.

101 SED Socy.† in consi. lxviij. col.ij. post med. lib.iiij.tenet quod scriptura priuata habet presumptionem iuris pro se per.l.optimam .C. de contrahen.& com.stipula.iuncta gl.fi. ibi que dicit illam l.loqui in instrumento priuato allegat etiam .l.i.C. eodem titu. & quod illa l.optimã loquatur in scriptura priuata videtur tenere Inno.in.ca. cum Ioannes.heremita colum.fi.versic.item dicunt quod licet priuata scriptura de fide instru.Similiter Bal.in d.l optimam in finalibus verbis sequitur glo. in fi. ibi ꝙ loquatur illa.l.in instrumento priuato.

SED respondeo ad dictum Socyn.quod immo .d.l.

optimã loquitur in instrō publico patet quia requirit in eo locũ & tempus & tamen si esset scriptura priuata, non requireretur tempus .l. cum tabernam §.idem quesiit.ff.de pignor.vbi Alexandr.in apostil.ad Bartol. & idem Alexadr.in consil. cxxxij. colum.i.ad fi.libr.iij.Paul.de castr. in consil. ccxvi. confirmando colum.i.ad fi.libr.i.Deci.in.d.c.ij. colum.iiij.de fide instrument. in quibus tamen locis declaratur hoc procedere quoad preiudicium ipsius scribentis secus vbi ageretur de eius commodo & tempus necessario venit probandum, & ita arguit Ias.in.l.de pupillo.§.qui nunciat circa fi.ff.de operis noui nuncia. vbi quod textus in .l.i. C. de apochis publ.libr.x. loquitur in apocha publica non priuata quia in .d.l.i.requiritur dies & consul que non requiruntur in scriptura priuata et profecto si videantur doct. dicentes requiri appositionem diei in publico instrumento, allegant ad hoc d.l.optimam, ergo necessario presupponunt illam l.loqui in instrumento publico.

102 SEcundo † respondeo ad dictum Socy. posito ꝙ illa.l.optimã loqueretur in scriptura priuata, Tñ debet intelligi de tali scriptara priuata que fidẽ facit quia habet subscriptionẽ trium testiũ qui recognouerũt eius subscriptionẽ iuxta.l.scripturas.C.qui potio.in pigno. ha. & ita intelligit Cy. ibi in quarta opposi.Bal.tamen in cõs.cxlix. proponitur ante fi. lib.i.appellat talem scripturã habentem subscriptionem trium testium sollennem non tamen publicã.

TErtio quod tex.in.d.l. optimam loquatur in instru
103 mento publico, probatur ex alio quia † doct.di-
cunt ꝙ instrumentum publicum ad hoc ut repro-
betur per testes, debent esse testes omni exceptione
maiores & pro hoc allegant .d.l.optimam Ita sali-
ce.in.d.l.optimam in secundo nota.Barto.in.l.i.§.si
quis neget col.fi.ff.quemadmo.testa.aper.vbi Bart.
expresse intelligit.d.l. optimam in instrumento re-
cepto per notarium.Idem tenet Bal.in cōsi.xxxvij.
quid in tabellio circa fi. lib.i.in.l in exercendis co.i.
C.de fide instrum.Corn.in consi.ccxxxij.colum.ij.
libr.i.& in consil.cclxi.colum.v.lib.iiij. Ias.in consi.
xiij.col.pen.versic.tertio principaliter libr.iij. quod
tamen intellige vt dixi in consi.lvi.nu.ix.& profe-
cto mirandum est quomodo Socy.ausus fuerit ver
bum tale effutire ꝙ scriptura priuata habeat pre-
104 sumptionem iuris pro se.¶Dictum † tamen So-
cy.posset procedere quando constaret scripturam
priuatam esse scriptam manu eius cuius esse dicitur
& solum esset questio an dicatur facta presente vel
absente parte nam tunc presumitur ꝙ presente par
te scripta sit & ita loquitur text.in. d.l.i.C. de con-
trahen.& com.stipu. Bald. in consi. cclxxx. tres
sunt casus in princ.libr.v.

PRE missa ꝙ scriptura priuata non probat nec pre-
sumptionem facit procedunt licet talis scriptura fa-
cta sit manu notarij quando non habet solennia re-
quisita ad scripturam publicam Bald. in consil.
ccccxxxviij.quia testes in fi.libr.iij.

Secundo

105 SEcundo † procedit memorata conclusio licet agatur de fauore pie cause quia adhuc scriptura priuata non probat, Quod sic probatur non magis probat scriptura q̃ vox viua.c.licet ex quadam in ratione sui de testis.l.in exercendis.C.de fide instru. Cy.in.l.in bonefidei.C.de iureiurand. Bartol. in.l. admonendi.ff.eodem titu.anchar.in cõsi.xxviij.rationes colum.ij.post med.versic. ulterius hoc probatur.roma in consil.cciiij.colum.i.vers.iij.ad idem immo magis credi debet viue voci q̃ mortue.§. si quis igitur in aucten.de instru.caute. quem tex. ad hoc citat Alexandr.in consil.iij.colum. pen. libr.ij. Sed in pia causa non est remissa solennitas iuris diuini q in ore duorum vel trium stet omne verbum vt habetur in.c.relatum & in capi. cum esses extra de testa.erga si non creditur viue voci vnius in fauorem pie cause,ergo nec voci mortue vnius scripture, & eadem ratione idem dici potest in scriptura priuata vnius superioris.Pro quo etiam faciunt que late supra diximus circa intellectum clem.i. de probatio.q non procedit vbi agitur de preiudicio tertij in iure iam quesito.

106 LImita † nunc predictam conclusionem vt non procedat in scriptura priuata recognita per ipsum scribentem quia probat contra eũ & habentes causam ab eo licet non habeat subscriptionem testium nec iuuetur comparatione litterarum ut supra dixi per.l.publia.§.fi.ff.depositi.l.cum de indebito.§.fi. ff.de proba.aucten.contra qui propriam.C. de nõ

H

numera.pecu.l.generaliter eod.tit.Bald.in.d.consi. cclxxv.colũ. secunda libr.iĳ. & in consil. ccccIxvi. ad intelligentiam in princi. libr. v. Paul.de castr. in cõsi.cccxĳ.ad primũ respondetur in.ĳ.dubio lib. ĳ.

I Stud tamen quod dixi talem scripturam priuatam fidem facere etiam contra tertiũ habentem causam a recognoscẽte procedit in recognitione facta ante cessionem in alium factum secus si post & idem in scriptura facta post cessionem seu de qua esset dubium an esset facta ante cessionem vel post per ea que supra dixi de verbis enunciatiuis an probent contra particularem successorem. & istud est quod dicunt doc.ꝙ vbi agit̃ de preiudicio alterius q̃ꝫ scribentis, etiam in scriptura priuata requiritur tempus vt sciatur quo tempore facta sit & quod vere appareat eam factam de illo tempore, cum fieri posset sub alio tempore in preiudiciũ tertĳ.ut per Alex.in d.cõ.cxxxĳ.in.iĳ.dubio & ꝑ alios doc.supra alleg.

107 LI mita † secundo non procedere in scriptura priuata eius cuius persona esset approbata a parte aduersa in dictis & factis quia pars dixisset ꝙ semper habuit scribentem pro persona veridica in omnibus eius dictis & scripturis. Tũc.n.talis scriptura ꝓbat contra partem licet in specie non approbauerit scripturam de qua agitur, Ita Alexã.in consi. cxiĳ. col.ĳ.in fi.versi.nec obstat si dicatur lib.iiĳ.

SED hic quero quid si persona tantũ scribentis approbetur quia pars dicat scribentem esse personam honestam & probatã non autem in facto aut scri-

ptura in genere vel in specie, videretur talem appro bationem nihil operari quia approbatio persone ni hil facit quoad approbationem dicti aut facti .l. si quis testibus.C.de testibus.ca.si quis testibus. iiij.q. iij.c.presentium & ibi no.de testibus.Similiter si ap probo personam iudicis, non intelligor approba re eius dicta.c.super questionum de offi.delega.Ge minia.in consi.xv.colum.fi.in prin. Puto quod ex tali approbatione apocha faciat semiplenam pro bationem ex eo quod scribit Bal in .d.l.in bonefi dei colum.pen.versic.sed dubitatur de vno.C.de re bus credi. vbi quando approbatur testis in perso na sed non in dicto, eius testimonium probat se miplene, quod dictum refert & sequitur Ias. in re pe.d.l.admonendi col.lxxviij.versicu:quid si unus testis est approbatus nume.clxvij.

108 SED † quero rursus pone quod in compromis so partes dicāt q̄ in tali scriptura continetur testa mentum & vltima volūtas talis; an ex talibus ver bis censeatur approbata scriptura & fidem faciat si nō erat solēnis, Deci.in cō.cccccxij.co.ij.circa med. tenet q̄ nō quia ex istis verbis solū censet̄ appro batū factum idest q̄ testamētū ita scriptū fuerit sed non censetur approbata qualitas facti idest q̄ ip sum testamentum sit validum & potest quis appro bare factum & qualitatem eius reprobare allegat pro hoc Bal.in.l.i.col.ij.C.de furtis Pau.de ca. in.l. iij.§.falsus per illū tex.ff.rem ratam hab. vbi quod potest quis approbare actum tanquā gestum. &

reprobare tanqua'm sic gestum. & facit quod infra dicam nume. cxx.

109 QVid † si quis sepius habuerit talem scripturam priuatam pre manibus nec vnq̃ cõtradixerit, an censeatur illam approbasse videretur dicendum ꝙ non quia ex sola taciturnitate nõ inducitur ratificatio aut approbatio Inno.in.c.olim.iij.in fi. de re sti.spolia.vbi si iudex post appellationem me excommunicet & ego tolerem ac sustineam appellationem excommunicationem abstinẽdo ab his que excommunicato prohibentur ex tali patientia, tolerantia aut taciturnitate non censeor approbare excommunicationem & renunciare appellationi sequuntur Anto.Immo.abb.& moder. in.c.gratum de offi.delega.approbatio enim inducitur ex facto aliquo nõ ex nõ facto Socy.in con.ciiij.col.fi. post med.libr.iiij.& ꝙ ex taciturnitate nõ inducatur approbatio, tradit Decius in consil. xcviij. ad fi. Addo Bald.in.l.ei qui non versic.quero nũquid si dominus.C.si ex falsis instru.vbi si lata sit sententia cõtra falsum procuratorem & dominus tacuit nec appellauit, ex tali silentio non censetur sententia approbata quia silentium nihil est quod Bald.dictum refert & sequitur Alexand.in consi.cxci. colum.iij. versi.hoc expressius voluit Bald.lib.vi. Addo Bal. in con.cccxxi.verba compromissi libr.v. vbi ꝙ ex solo silentio non dicitur aliquid fieri in concordia quando concorditer quid fieri debet sed requiritur declaratio voluntatis.

CONtrarium in premissa questione q immo scriptura priuata censeatur approbata ex tali non contra dictione eius qui eam pre manibus sepe habuit, determinat Pau. de castr. in consil. cccxiiij. omisso primo colũ. ij. post med. libr. ij. arg. l. labeo. ff. de aqua plu. ar. ubi taciturnitas patientis edificari ipsi tacenti preiudicat ne edificans cogatur edificium demoliri. Sed ille text. parum facit quia taciturnitas ibi facit q tacens agere non potest non etiam ut ob talem taciturnitatem conueniri possit prout contingit in scriptura priuata si illa dicatur approbata. Sed
110 † pro opi. Pau. adduco abb. in. c. cum virum in tertio no. de regula. ubi quando taciturnitas habet in se mixtum aliquod factum positiuum, semper tacens censetur consentire sequitur Ias. in. l. que dotis colum. xiiij. in fi. versi. decimus septimus & ultimus casus est. ff. solu. matri. Sed in casu nostro ultra taciturnitatem interuenit factũ positiuũ idest receptio & tractatio illius scripture priuate. Pro quo text. optimus in clém. i. de procura. vbi recipiens instrumentum mandati in quo constituitur procurator, censetur se obligare ad illud officium vt amplius recusare non possit quem tex. citat Ias. in. d. l. que dotis. ¶ Ad idem adduco calderi. in consil. i. in fi. in titu. de sponsal. ubi quando sponsalia ab initio sunt nulla ob impedimentum consanguinitatis, si post dispensationem pape contrahentes taceant nec reuocent sponsalia, censentur illa approbare Ratio huius dicti est quia ultra taciturnitatem contrahen-

tium interuenit factum positiuum idest impetratio dispensationis.

111 SED † in premissis presupponitur approbari posse scripturam priuatam, quero an talis approbatio valeat breuiter Inno.in.c.cum p.tabellio post med.de fide instru.tenet non valere cõuentionem quia partes nõ possunt creare quem notariũ quod videretur fieri si daretur plena fides scripture vnius priuate hominis, sequuntur Bald. & abb. ibi.Idem Bald.in.l.imperator colũ.fi.ff.de statu.homi.roma. in consi.cciiij. pro discutienda colum i.versi.secundo idem probo & in consi seq.ccv.Deci.in.d.cõs. cccccxij.colũ.ij.circa med.Ias. in.l. non impossibile colũ.ij.ff.de pactis.in.l iusiurandum quod ex cõuentione in princi.colũ.ij.ff. de iureiur. & idem Ias. in repe.d.l.admonendi colũ lxxviij.in fi.versi. nec predictis obstat ꝙ illud dictum Innoc.magis communiter approbatur.Idem tenet rippa ibi col. xx. in scriptura priuata abnegata et nullo adminiculo fidei roborata secus si sit vel partium vel testium subscriptione roborata.per ea que no.Bart.in l. fi. ff.de pretor.stipula. & aduerte quia premissi doct. videntur istud velle etiam in scriptura iam facta dum generaliter loquuntur.

CONtrariam opi.ꝙ immo talis conuentio valeat tenuit idem Bald.sibi cõtrarius in .l. de quibus col.ij. in fi.versi.item per pactũ.ff.de legibus quem Deci. in.d.cõsi.cccccxij.inaduertẽter allegauit pro opi. Inno.cum ibi Bald. expresse teneat contra Innoc.

Addo eundem Bald. in consil.cclxxv. factum tale est quidam campsor col.ij.versi.ad primum lib.iiij. & q valeat conuentio tenet Alexand in.l.i.§. fi.ff. de verb.obli.sequendo Bal.in d.l.de quibus, Idem tenet ipse Alex.in consi.cxiij.co.iij.libr.iiij sequitur Deci.sibi contrarius in.c.ij.col.vij.versi.similiter valet conuentio de probatio.in.c. veniens in fi. de testib.& in.c.ij.co.iij.versi.notandum tamen est de fi de instru.eandem opi.contra Inno.late tenet & defendit Ias.in repe.d.l.admonendi col.xlij.versi.numquid autẽ partes Corn.in cõsi.clxxiiij.co.fi.lib.iij. Fel.ĩ.d.c.ij.co.iij.post med.ĩ.vi.fallẽtia de fide instr.

ET profecto ista opi.cõtra Innoc. videtur verior &
112 equior.& pro ista † opi. arguo sic doct. volunt valere consuetudinem q credatur scripture priuate & in consuetudine nemo discrepat quia etiam Inno.hoc tenuit in.d.c.cum.p.tabellio cum simil. que Ias.adducit in repe.d.l.admonendi colĩĩ.xli.versic. septimus casus est & pro hoc est text.in cap.cum dilectus de fide instrement.Deci.in .d.c.ij. colum. vi. de proba.in.d.cap. veniens colum. fin. circa med. de testi.& in cap.primo columna prima circa med. de fide instrument.Addo Feder. de Senis in consi. cxix.nulli dubium in fi.Idem dicunt doct.in statuto quicquid aliter tenuerit Innoc.in.d.capit. cum.p. tabellio vbi voluit hoc procedere solum in statuto eius qui potest creare tabelliones sed quod idem sit in statuto alterius obtinentis potestatem statuendi licet non creandi notarios puta in statuto

vniuersitatis tenet Fely.in.d.c. cum.p. tabellio Deci. in.d.c.ij.col.vi. in fi.versi.circa primum de proba.d.c.i.in secundo nota.de fide instru.& in capit.i. colum.xvij.in fi.versic. & nota ꝙ libris de probatio. Bald. Ange. Alexand.& moder. in.l. quedam §.nummularios vbi Ias.clare in secũdo nota .ff. de eden.& idem Ias.in.l.i.colũ.v.versi.ij.ex hoc membro.C.de sum.tri.& fide cathol.& in.l. si non speciali in secundo nota.C. de testam. Addo geminia. in consi. lxij. colum.i. vbi ꝙ statutum potest dare potestatem cõficiendi instrumenta publica & fidem facientia in territorio saltẽ statuentis personis etiam non notarijs allegat hosti.Io and.& Anto.de Butr.
113 in.d.c.cum.p.tabellio Addo ✝ Alexand.etiam in consi.liij.colum.i.libr.i.vbi fortius voluit valere capitula aut priuilegia ꝙ detur plena fides scripturis priuatis aut libris hebreorum, Idem voluit Socy.in consi.lxij.in presenti consultatione colum.iij. versi. preterea clare respondetur libr.i. quid igitur in fauorem christianorum est verum ꝙ tale statutum in fauorem hebreorum damnat idem Alexand.in .d. consi.iij.colum.pen.versic.& si phas est dicere libr. ij.sed purpura.in.d.l.admonendi colũ.xxxiij. ꝙ valet inter ipsos iudeos non contra christianum , nisi conditum sit ab eo qui potestatem haberet derogandi canoni, ego tamen adhuc isto casu haberem tale statutum pro iniquo & irrationabili ac inhonesto ꝙ credatur iudeo infami contra christianum, sed inter christianos ꝙ valeat tale statutum quo da

tur plena fides scripture priuate, tenet idem Alexã. in consi. clxx. circa prin. libr. vij. ¶ Hoc ita presupposito ꝙ valeat statutum per quod datur fides plena scripture priuate, dico ꝙ a fortiori debet valere pactum quoad preiudicium ipsarum partiũ: quia

114 † plus possunt partes in re propria & ad earum preiudicium ꝙ statutum ita probatur in. l. fi. §. fi. C. de tempo. apella. iũcto. c. venientes de iureiur. nam in. d. l. fi. dicitur ꝙ partes possunt renunciare appellationi in earum preiudiciũ & tamen in. d. c. venientes dicitur non valere statutũ tollens apellationem & ita per illa duo iura hanc regulam tradit abb. in c. cum dilectus colum. vij. de arbitr. Ita etiam arguit Ias. in. l. i. §. fi. colum. v. in fi. ff. de verbo. oblig. Crotus in. l. filiusfamilias. §. diui colum. xxiij. in fi. ff. de lega. i. Itaq; si valet statutum ꝙ credatur scripture priuate in preiudicium aliorum quanto magis debet valere pactum & posse partes tale preiudicium sibipsis & contra seipsas facere.

NON ob. modo ratio Inno. in. d. ca. cum. p. tabellio ꝙ partes non possunt creare quem notarium quia fateor sed nego ꝙ per tale pactum priuatus scribẽs fiat notarius & ꝙ eius scriptura priuata dicatur instrumentum publicum notarij licet fidem faciat & ista in effectu fuit responsio Alexand. in. d. l. i. §. fi. ff. de verbo. obli. & in. d. consi. cxiij. colum. iij. libr. iiij argumentum enim Inno. procederet si ageretur de pacto priuatorum ꝙ scriptura priuati vnius fidem faciat contra omnes secus si inter ipsos contrahẽtes

tantum. ¶ Secundo respondeo quod attenta ratione Inno. sequeretur quod etiam statutum istud disponens non valeret quando fit ab his qui notarios creare non possunt & tamen in statuto doct. communiter tenent contra Innoc. ergo a fortiori idem iuris in pacto esse debet quoad preiudicium ipsorum paciscentium. ¶ Et maxime procedit ista opi. contra Inno. quando scriptura iam esset facta Immo tunc res videtur sine dubio quod approbari possit quia etiam sine scriptura aliqua ius non prohibet quominus possim confiteri intentionem aduersarij esse veram, Bene fateor quod si superueniret aliqua causa de nouo quia pars mutasset mores in deterius quod possem recedere a tali pacto arg. l. de etate. §. ex causa. ff. de interro. actio.

115 A Duertendum tamen † circa premissa dum dictum est valere consuetudinem aut statutum quod credatur scripture priuate alterius puta mercatorum quod talis consuetudo vel statutum tale non valeret quando esset nimium generale aut indiscretum quod indistincte credatur omni scripture mercatorum non habita differentia personarũ & rerũ ita q̄d credatur omni scripture cuiuslibet mercatoris & quātũcũq̧ contineat quātitatē quia daret materiā delinquēdi debet ergo intelligi cōsuetudo vel statutũ eiusmodi qn̄ scriptura priuata esset verisimilis secūdũ qualitatē personarũ ad bonā estimationem mercatorum. Ita Bald. in l. vnica colum. iiij. C. de confes. quod dictum pro singulari sequi-

tur Fely.in.d.capit.ij.colum.iij in secunda fallentia de probatio.& in capit. antepen. colum.ij. eodem titu. Deci.in d.c.i.colum.xvij. in fi. versic. & nota quod libris;& in.c.ij.colum.vij.de proba.Ias.in.d. l.quedam §. nummularios colum.ij.ff. de eden.& in repe.d.l.admonendi colum.xlvi.in fi. versic. dicit tamen singulariter Bald.& in consil. ciij.colum. i.in fi.libr.i.addo Alexandr.in consil. vltimo colũ. ij.in fi.versic.fortius dixit libr.vij. Socy. in consil. lxxxvij.colum.fi.libr.i. & ista ratione occasionis delinquendi Bald.in consil.cccxlix. si hoc queritur in.ij. dubio libr.v. non ausus fuit decidere an tale statutum valeat vel non. Dubitare tamen non debebat propter tex.in.d.c.cum dilectus de fide instru.sed poterat modificare prout fecit in.d.l.vnica.Cuius modificatio prudentibus placuit. ¶ Talis
116 tamen † consuetudo ꝙ credatur libro mercatoris in eius fauorem, dicit odiosa Ias.in.l.si idem cum eodem in prin.col.iij.versi.successiue quero.ff.de iurisdi.om.iudi.contrariũ dicit Socy.in consi. xxiiij. col.pen.versi.quinimo dici põt lib.ij.

EX premissis abũde declarata habetur.ij. limitatio ꝙ scriptura priuata ꝓbat qñ est approbata a pte & ꝙ tenet talis approbatio, rursus casus nõnullos adduximus i qbus approbatio facta cẽseat nõ citra magne vtilitatis cõpẽdiũ in cõsulendo & iudicando. Equidẽ nihil hic pono qđ nõ ĩ iudicijs aut sentẽtijs dicẽdis sequi ipse audeã in foro vtroq; & poli & hominum, nec aliuđ deum obsecro ꝗ; vt scribentis

animum veritatis auidissimum, ad eam ipsam veri-
117 tatis rectitudinem proferat. Neq; † enim scientia hac nostra ex animi affectibus vti debemus aut eris cupiditate aut amicorum vel propinquorum affectione aut potentiorum formidine Quem vnũ scopum si firmiter nobis propositum haberemus non totiens, arbitror, varietatis lenitatem audiremus, non citra splendoris nostri obscurationem. Quod si doct. omnes ad unam veritatis uiam adirent, non tot tanteq; opiniones aut contradicendi aut glorie studio philosophie huius moralis decus deturpatum haberent Dij faciant vt prophete preces omnes conferamus, Cor mundum crea in me deus & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Nemini tamen mirabile futurum sit ꝙ inter doctores non omnino conueniat de mortalium scientia quando & illa dei ipsius lex sanctissima, & sola ipsa vera & irrefragabilis in pius hodie (proh dolor) vertitur. in pessimo christianorum malo. Deum obtestor vt ad ecclesiam suam respiciat, quod omnino futurum spes est non mediocris.

118 NON omitto † tñ circa hanc secundã limitationem vnam questionem in practica vtilissimam, pone ego produxi in iudicio vnam scripturam minus solẽnem, an ex tali productione, dicat eam approbare, Inno. & abb. in. c. cum venerabilis de exceptio. tenẽt ꝙ non sequitur roma. in consi. ccxciiij. hec confessio vbi rationem adducit quia producẽs instrumentum censetur illud approbare & cõfiteri

prout in eo continetur, sed in tali instrumento non solenni nihil effectualiter continetur ex quo effectus probationis nullus est & paria sunt nihil contineri vel cõtineri quidẽ sed id quod continet appa rere non posse ob defectũ probationis. l. duo sunt ti tij. ff. de testa. tutela. Eandem opi. tenet Alexandr. in consi. cviij. colum. ij in fi. ver nec obstat si diceretur libr. v. & in consi. cxxiiij. col. ij. lib. vij.

C Ontrariam opi. q̄ producens instrumentum non sollenne (loquor de tali solennitate que solum respicit instrumentum non negocium principale puta quia careat instrumentum indictione & consule) censeatur illud fateri voluit Bald. in. l. alia colũ. ij. versic. sed pone q̄ quis confitetur. C. de his quibus vt indig. sequitur Deci. in cap. cum venerabilis colũ. xvi. versi. quinta conclusio de exceptio. & ibi Fely. colum. vij. in secunda limitatione. Idem tenet Ias. in consi. clxi. colum. iij post med libr. ij. vbi Ias. allegat Bald. in. l. ij. in fi. C. de fideicom. liber. Addo vltra moder. Alexand. in consi. clxxxiiij. colũ. ij. versi. & posito q̄ etiam aliquo modo lib. vij. ubi sequitur Bald. in. d. l. alia. Idem. tenet Ang. in consi. cxxxij. quidam Nicolaus col. ij. ex quibus apparet
119 opi. Bald. esse magis communem & aduerte † q̄ producens scripturam non solennem, non solũ censetur approbare que in ipsa scriptura continuatiue continentur sed ea etiam que sunt in loco separato puta solutionem debiti scriptum a tergo ipsius scripture Ang. in. d. con. cxxxij. ¶ Premissa tamen non

procederent quando produceret quis instrumentum non solenne tanq̃ solenne & ageretur de facto alieno quia talis productio tamq̃ erronea nõ noceret vt per Alexan.in.d.consi.cviij.colum.ij.in fin.libr.quinto.

SED quid vbi defectus solennitatis respicit negocium principale non scripturam instrumenti, an producens instrumentum censeatur fateri contenta in eo esse vera adeo quod talis cõfessio sibi preiudicet, puta produco instrumentum testamenti quod habet solennia quidem instrumenti sed non solẽnia requisita in actu testandi puta septẽ testes, vel produco instrumentum alienationis bonorum minoris quod habet solẽnia instrumẽti quoad scripturam sed deficit solennitas extrinseca requisita in alienationibus rerum minoris Innoc. & abb.in .d. c.cumvenerabilis quod sic & ibi abb.in quarto casu hoc intelligit etiam quod talis productio ignoranter facta sit quia producens crederet instrumentum & actum in eo contentum valere si enim scienter, res esset sine dubio. & ita etiam intelligit Deci. ibi colum.xvi.versic.quarta conclusio & hanc opi. Innoc.sequitur roma.in.d.consi.ccxciiij.Bald.in .d. l.ij.in fi.C.de fideicom.liber.

C Ontrarium tenet Bald.in.d.l.alia colum.ij.quia nõ sufficit veritas sine solennitate idest quod in rei veritate testamentum sit conditum, nisi solẽniter fuerit conditum & hoc sequuntur Fely. & Decy. in d.c.cũ venerabilis Bal.etiam sequitur decisio nea-

polita.decisione.xxv.in fi.vbi ꝙ ita fuit iudicatũ. Idem tenet Corn.in consi.xviij.colũ.ij.lib.ij. vbi si quis fateatur codicillos esse factos sed cũ pauciori numero testiũ & sic minus solenniter, nõ preiudicat talis cõfessio quia nõ sufficit veritas sine solẽni
220 tate.l.si veritas.C.de fideicom.& in † testamento ꝙ non probetur per confessionẽ partis cõfitentis illud factũ sed minus solẽniter, tenent Bar.& doc. cõmuniter in.l.ij.C.de bon.pos.secũ.tabu.vbi Deci.col.iij.rippa.in.l.admonẽdi col.xxxiij.in fi.ff.de iureiur.Itaq; si expressa confessio nõ nocet, multo minus tacita que insurgit ex productione instrũ.

EX premissis habes reprobatũ vtrũq; dictũ Inno.in d.c.cum venerabilis, Est verũ ꝙ Bald.in.d.l.alia videtur intelligere Inno.vt loquatur secundũ opi.ipsius Bal.Tñ Deci.in.d.c.cum venerabilis aliter refert ipsum Inno.loqui. & quidẽ si Inno. verba intueamur, nõ videntur pati illum Bald.intellectum.

221 SED quid † in producente scripturam omnino priuatã an illam censeatur approbare, Breuiter si teneamus opi.Inno.in.d.c.cũ.p.tabellio de fide instru.ꝙ expresse approbari non possit per cõuẽtionẽ partiũ expressam, multominus tacite & ita in ꝓducẽte scripturã priuatam arguit roma.in.d.cõs. cciiij.co.i.in fi.versi.ceterum & si secundo dicatur. Sed quia tenui opi.contra Inno.solutio istius questionis dependet ex alia questione supra formata ꝙ producens instrumentũ minus solenne respectu solennitatis concernentis ipsum instrumẽtum non

negocium principale, censetur ipsum approbare, Ideo eadem ratione dicendum est approbatam cẽseri scripture priuate fidem. & in producente scripturam priuatam ꝙ censeatur eam approbare, tradit Ang. in consi. cxxxij. quidam Nicolaus. col. ij.

122 SED nunquid † talis approbatio scripture minus solennis prosit etiam tertio absenti, videretur dicendum ꝙ non tanq̃ res inter alios acta & quia confessio facta absente parte solum semiplene probat vt habetur in. d. l. admonendi & supra dictum est, Contrarium determinat Ange. in. §. si vero expressim colum. iiij. in auctẽ. de heredi. & falci. vbi ꝙ approbatio instrumenti tanq̃ veri prodest omnibus ius pretendentibus ex eo instrumẽto & quorum interest licet non fuerint presentes illi approbationi & poterunt agere cõtra ipsum approbantem tanq̃ obligatũ ex tali instrumento, Idem dicit Ang. in approbatione testamenti facta per filium preteritum quia prodest heredi instituto etiam absenti, ratio quia actus approbationis dependet a sola voluntate approbantis quo casu presentia partis non requiritur Bart. in. l. pomponius col. ij. vers. Item ex eo. ff. de nego. gestis & in. l. a quo enim. ff. rẽ ra. hab.

NON obstat ꝙ confessio absente parte solum semiplene probat quia illud procedit quando confessio directo tendit ad obligandum aliquam cõfitentem secus si principaliter tendit ad approbandũ aliquid ex qua approbatione absenti acquiratur obligatio & istud dictũ Ang. pro notabili. refert & sequitur

Ias. in

Iaſ.in.l.non ſolum.§.morte colū.v.poſt med.verſi. Item pro concluſione Bald.ff.de operis noui nū-
123 cia & pro † hoc dicto Ange. facit Barto. in.l.is poteſt colū.iiij.verſi.nunc videamus .ff. de acquir. heredi.in.l.ſi.ff.de interro.actio.Bald.in.l.fin.C. de peti.heredi.Ange in.l.ſicut.C. de repu.heredi. vbi ꝙ declaratio voluntatis facta cum vno preiudicat quoad omnes, ſequitur Deci.in conſi. xxxv. colū. ij.verſic.& ſic patet ex predictis. Ideo videmus ꝙ ratificatio actus fieri poteſt abſente parte & abſenti prodeſt quia ſolum dependet a voluntate ratificantis licet ex tali ratificatione ratificans obligetur Bartol.in.d.l.pomponius colum.ij.ff.de nego. geſtis & in.d.l.quo enim.ff.rem ratam.hab. Alex. in conſi.cxxvi.in fi.libr.v.abb.in ca. cumana colū. iiij.de electio Deci.in conſi.cclxxxi. col.ij. in conſi. ccxcvij.colum.ij.poſt med.& in.l.ſemper qui non prohibet nu.ix.in fi.ff.de regul. iuris. Addo Io. de ana.in conſi.lxxxv.colum.ij.poſt med.

SED contra predicta adduco Socyn. in conſil. cv. colum.i.in fi.libr.iiij.vbi ꝙ ratificatio facta in abſentia partis ſolum abſenti prodeſt quando tendit ad declarandum voluntatem ratificantis, ſecus ſi ad obligandū ei in cuius fauorem fit ratificatio quia tunc requiritur partis preſentia allegat Ange. in conſi.i.Anchar.in conſi.cxxvij.ad dubia elicita co. ij.verſi.non obſtat ꝙ ratificatio.

SED iſtud dictum Socy.aperte confunditur per dictum Ange. ſupra alleg. in.d.§. ſi vero expreſſim

& contra istud dictum Socyn. est communis opi. doct. volentium sufficere ratificationem fieri in absentia partis licet ex actu ratificato ratificans obligetur. Nec ob. dictum Ang. in. d. cons. i. quia Ang. ibi nihil loquuntur de hac materia. non etiã ob. Anchar. in. d. cõs. cxxvij. quia Ancha. loquitur qñ per ratificationẽ inducitur noua dispositio Ita qđ non est mera declaratio voluntatis quia actus nõ fuerat gestus in specie nomine ipsius ratificantis sed ꝑ personis incertis & sic Ancha. potius facit cõtra Socy.

NON ob. ꝙ vbi agitur de obligando requiritur partis presentia quia fateor vbi nullus precessisset actus in presentia eius cui acquiri debet sed vbi precessit contractus presente eo cui acquiri debet & solum restat declaratio voluntatis alterius absentis cuius nomine actus est factus, an velit obligari. Dico quod sufficit talis declaratio voluntatis per ratificationem etiam parte absente, satis est enim quod semel fuerit presens & quod appareat de eius animo quod voluerit sibi acquiri ex eo actu, non enim requiritur presentia partis ad alium finem nisi ut appareat de eius consensu patet quia sufficit nuncius uel epistola .l. consensu. ff. de actio. & obliga. Sufficit ergo quod vere appareat de tali consensu per presentiam que ab initio interuenit in ipso actu, Ad quem postea retrotrahitur de-
12 claratio voluntatis subsecuta. In declaratione †. n. fit retrotrahitio etiam quod extremum ad quod sit inhabile Ioan. andr. in addi. Spec in titulo de te-

ste. §. nunc dicendum versicul. nec etiam hoc, sequitur Anto. de Butri. in capitu. licet causam de probatio. vbi Felyn. columna. xiij. in decima limitatione Socyn. in consilio. xcvij. columna. pe. in fi. libr. iiij. Deci. in consi. xxv. col iiij. Curtius iunior in consilio. cxxi. colum. viij. post med.

SED quero circa premissa, dictum est ꝙ producens instrumentum minus solẽne aut scripturam minus
125 solennem censetur illam approbare, quid †si aduersarius contra quem fit productio, impugnat talem scripturam, an producens tenebitur illi stare vt contra eum fidem faciat, Respõdeo Bal. in. l. si quis testibus col. ij. ver. sed nunquid producens. C. de testibus et in. d l. alia col. i. vers quero nunquid ille. C. de his quibus vt indig ꝙ nõ preiudicat tacita confessio que elicitur ex productione instrumẽti, si aduersarius contra quem producitur, probat de cõtrario, quia tunc apparet de errore tacite confessionis allegat Bal. Inno. in. d. c. cum venerabilis de exceptio. Amplius subdit Bal. ꝙ isto casu non est necessaria allegatio erroris in confitente licet secus dicat in confessione expressa quia non sufficeret probari eam erroneam, nisi error allegetur.

SED hic aduertendũ circa istud dictũ Bald. quia nõ videtur procedere ubi instrumentũ productũ esset minus solenne & fidem non faceret, Tunc enim nõ videtur necessarium ꝙ aduersarius probet de contrario ex quo instrumentũ productũ non probat videtur ergo loqui Bal. quãdo instrumentũ ꝓdu-

ctum esset solenne quoad fidem probatoriam sed illud reprobatur de falso & probatur contrarium eius quod cõtinetur in ipso instrumẽto, Sed adhuc isto casu dictum Bald non ita simpliciter procedit quia si quis producit instrumentum falsum scienter, etiam ꝙ illud impugnetur per aduersarium & de falso redarguatur, tamen in odium producentis scienter, adhuc videtur probare contra ipsum ꝓducentem & hoc in pœnam delicti vt per moder. in.d.c.cum venerabilis vbi Deci.colum. xvi. in fi. versic. sexta & ultima conclusio, vbi tamen dupliciter hoc limitat.

QVID igitur in producente instrumentum minus solenne quod aduersarius simpliciter impugnat respectu fidei probatorie aliter non obijciendo falsitatem nec probando de contrario, An tale instrumentum probabit contra producentem, Breuiter

126 † Aut contra producentem lata est sententia & sic eius confessio resultans ex productione instrumenti reprobata est per aduersarium & iudicem et tunc non videtur sine dubio nocere talis confessio tacita quia etiam non noceret expressa cõfessio que simpliciter fieret sine productione alicuius instrumenti.c.mulieri vbi Innoc.& abb.de iureiuran. & idem Innoc.in.d.c.cum venerabilis Bal. in l.si quis in hoc genus colum.ij. versic. quero vnum .C. de epi.& cleri.& in.l.i.colum.pen.in fi.C. de confessis roma.in con lix.ad discutiendum colum.fi.versi.ij. principaliter me mouet & in consi. clxvij. Anto-

nius colum.i.in fi.versic.iij.non ob. confessio. Ad idem adduco glo.in auten.Item possessor,C. qui potio.in pignor.habe. vbi quod confessus potest regnare id quod primo loco cõfessus est quando contra confessionem suam lata est sententia, & ibi ꝙ hoc procedit etiam cum eadem persona, sequitur Barto.ibi & idem Barto.in l.papinianus.§.sed nec impuberis col.ij.in prima opposi.ff.de inoffi. testamẽt. Alexandr. in.l. magistratibus colum ij. versi.non obstat glo.ff.de iurisdi.om. iudi. ¶ Aut contra talem confessionem seu scripturam productam non est iudicatum sed pro ea sententia dicta est,& tunc sine dubio probat talis scriptura contra producentem non solum in fauorem partis cõtra quam producta est sed etiam in fauorem tertij absentis per supradicta.& si dicatur quomodo ꝓbabit in fauorem aduersarij qui talem scripturam impugnauit,respõdeo ꝙ nõ nocet impugnatio ex quo per iudicem non fuit admissa eadem ratione qua nõ nocet cõfessio per sentẽtã iudicis reprobata.

SED punctus est pendente iudicio anteꝗ̃ talis confessio expressa vel tacita sit reprobata, an interim

127 noceat producenti vel confitenti, Breuiter † pars contra quam fit productio quandiu impugnat instrumentum productum ex eo se iuuare non potest.l.post legatum.ff.de his quibus vt indignis reg. ex eo libr.vi.sed si velit pars reuocare eius impugnationem & initio instrumento producto, hoc facere poterit,Barto.in.d.l.post legatum.colũ.fin.

Alexandr. in consil. cxij. colum. secunda libr. v. & in consil. xci. colum. ij. ad fin. libr. vi. Socy. in consi. clviij. colum. ij ad fin versicu. nec obstat si dicatur libr. ij. Corn. in consi. ccxxix post redditum consilium colum. ij. libr. ij. Quod tamen non procederet si confitens aut producens prius acceptasset impugnationem & responsionem partis recedendo ab eius confessione aut productione Corn. in consil. clxxv. circa fin. libr. quarto. Quod tamen intelligerem nisi impugnans vellet probare de errore & habuerit probabilem causam impugnandi quia in facto alieno & scriptura producta non esset auctentica, Tunc enim putarem admittendum ad probationem erroris non obstante quod confitens aut producens acceptauerit eius impugna-

128 tionem. ¶ Et licet † Felyn in capit. imputari columna prima versicu septima & vltima declaratio de fide instrument. dicat quod confessio contentorum in instrumento producto directe reuocari non potest quia confessio scripta non reuocatur, illud procedit quādo quis vellet eam reuocare simpliciter sine probatione alicuius erroris sed vbi probatur error semper potest reuocari non obstante quod confessio sit redacta in scriptis & etiam quod sit iurata vt late p Socy in cō. xcvij. co. ij & iij. lib. iiij. Deci. in d. c. cū venerabi lis col. xv. ver. tertia cōclusio de exceptio Ia. ī. l. i. ī. iij no. C de errore calcu.

129 SED qd † in tertio absente an pēdente iudicio in quo scriptura minus solennis producta est, poterit

se iuuare in alio iudicio instrumento producto cō-
tra producentē & an producens poterit opponere
de nō fide probatoria nō obstāte eius productione
& dicere quod nōdū fuit iudicatū in causa in qua ꝓ-
duxit, et quod fieri posset quod pronunciabit̄ cōtra ipsum
instrumētū ꝓductū quo casu productio nō nocet.
Immo nec expressa cōfessio, videret̄ nocere cōfes-
sionē tacitā resultātē ex productione anteq̄ cōtra
eiusmodi instrumentū productū ꝓnunciet̄, Solū.n.
non nocet cōfessio expressa uel tacita qn̄ contra eā
pronunciat̄, ergo interim anteq̄ pronunciet̄ stādū
erit confessioni & productioni & hoc videt̄ tenere
abb. in. d. c. mulieri ante fi. de iureiur. vbi quod ante re
probationē nō licet venire cōtra cōfessionē ut si se-
cundū eā esset pronunciatū & sic pendente iudicio
cōfessio habet̄ pro vera ac si secūdū eam ꝓnunciatū
foret. Sed in cōtrariū facit quia quoad impediēdū
intētionē partis, idē videt̄ iudicandū de casu dubio
quod de casu certe, ideo debitū solutū pēdente cō
ditione, repeti potest ac si cōditio defecisset. l. suffi-
cit. ff. de condi. inde. et sic ad impediendū agentē de
bitū dubiū habet̄ ꝓ indebito omnino. similiter pē
dente dubio an filius sit in potestate vel nō patre exi
stente apud hostes, denegat̄ actio creditori & ob-
stat macedonianū. l. i. §. si pendeat. ff. ad macedo. Im
mo ad īpediēdū actū, ide opat̄ pēdētia litis qđ snīa
l. Iulianus ī. ij. resp. ff. đ cōd. īde. Imola ī cō. cxij. co.
iij. Ideo pēdēte dubio an ꝓnūciet̄ cōtra instrm̄ ꝓdu
ctū īpediri dēt ītētio tertij se fūdātis ī tali ꝓductiōe

SED aduerte ꝙ si in ueritate apparet illud instrumentũ esse minus solenne & his contra quem producitur in alio iudicio, ab eo recedat et reuocet productionẽ prius per eum factam, putarem esse locũ reuocationi quando instrumentum minus solenne, continet factum alienum in quo probabilis cadit ignorantia & ꝙ tunc habeatur perinde ac si pronunciatum esset contra tale instrumentum, quia

130 † habemus conclusionem iuris, inspiciẽdum esse quod euenire potest quando verisimile est illud euẽturum Bald. in. l. fi. §. sed quia colum. fi. C. commu. de lega. per tex. in. l. si constante in prin. ff. solu. matri. quod dictum refert & sequitur Deci. in. l. si idem cum eodem. §. si vna colum. ij. ff. de iurisdi. om. iudi. sed verisimile est quod contra tale instrumentũ minus solenne iudicabitur ex quo reperitur nõ solenne & pars illud impugnauit, Idem videtur dicendum licet tale instrumentum contineat factum proprium ipsius producentis per text. in. d. c. mulieri, videretur enim absurdum ꝙ producẽs teneatur stare instrumento & narratis in eo quando contra illud fuit pronunciatum, est verum ꝙ si veritas ita habeat prout in ipso instrumento continetur, non esset producens tutus in conscientia venire contra veritatem non absente tali pronunciatione contra fidem instrumenti prout dicitur in. d. c. mulieri.

131 SED † quero hic an producens scripturam aliquam, censeatur fateri non solum ea que dispositiue sunt prolata in ipsa scriptura, sed ea etiam que

incidenter & enunciatiue scripta sunt Bal. in.d. ca. cum venerabilis colum. pen. ꝙ solum censetur fateri ea que dispositiue prolata sunt, sequit Alex. in consil.xvi.colum.iiij.versic. preterea etiam scriptura libr.v.Felyn.in.d.cap.cum venerabilis colũ. v.versic.limita dupliciter.

SED contrarium ꝙ immo producens censeatur fateri etiam ea que enunciatiue in scriptura producta narrãtur, tenet abb.in consi.lij.col.fi.versic. & presertim vt dixi libr.ij.per text.in .c.cum olim de cen sib. Istã contrarietatem inter Bal.Alex.& abb.refert Ias.in.l.si cui.ij.§.i.in fi.ff.de lega.i.nec aliter determinat more suo solenni.Placet mihi dictũ Bal. quod approbant Alexand & Fely.nec ob.text.in d.c.cum olim de censib.quia respondeo ꝙ ibi agebatur de probatione finium in quibus sufficiunt leniores probationes, in tantum ꝙ illa probatio finium ibi nõ resultabat ex productione illius instrumenti faciẽtis mentionem de finibus diocesis adeo quod nisi abbas produxisset ipsa instrumenta, illa non probassent contra producentem, immo idem presupponit text.etiam si illa instrumenta fuissent ab alia parte producta & ita intelligunt gl.& doc. ibi generaliter ꝙ fines probantur per verba enunciatiua instrumenti emissa propter aliud etiam in fauorem producentis, secundo respondeo ꝙ verba enunciatiua in.d.c.cum olim erant necessaria ad actũ quia alius ille compositiones facte nõ essent.

LImitatur modo illud dictum Bald.in.d.c.cũ vene-

rabilis duobus modis, primo nisi essent verba enũciatiua ipsius producentis quia cum ipso negociũ gestum esset. d. l. optimam. C. de contra. & com. stipula. ita limitat Fely. in d. c. cum venerabilis colũ. v. & late dictum est supra in materia verborum enunciatiuorum quod probant inter presentes inter quos gestum est negocium.

SE cundo limitat decius in. d. cap. cũ venerabilis colũ. xiij in fin. versi. predicta conclusio nisi essent verba enunciatiua necessaria ad actum ipsius instrumẽti quia etiam illa videtur producens fateri. & hoc modo procedat tex. in. d. ca. cum olim de censibus.

132 QVERO † etiam an confessio tacita resultans ex productione instrumenti possit reuocari presupposito quod instrumentum productum non fuerit impugnatum Innoc. in. d. cap. cum venerabilis tenet quod non, sequitur Anchar. in consil. ccxxiij. ad euidentiam premitto colum. i. circa fin. facit Calderi. in consil. ij. circa med. in titu. de usur. vbi quod sicut non auditur quis cõtra confessionem expressam, ita nec contra tacitam que resultat ex eius taciturnitate per text. in cap. litteras de presumptio. & in. c. vnico vt ecclesia. benefi. & in terminis productionis instrumenti quod reuocari non possit etiam pretextu erroris tradit Specula. in titu. de instrument. editio. §. videndum colum. iij. versi. quid si aliquis, sequitur Fely. in. c. imputari colum. i. ver. septima & vltima declaratio de fide instrum. Sed contrarium quod immo reuocari possit talis con-

fessio pretextu erroris probando de ipso errore, tenet Bald in consi.cccvij.proponitur quod notarius libr.v.guido pape.q.cxxxi.& q cccccij. versi. sed iuxta premissa quero vbi tamen pape hoc intelligit quando ageretur de facto alieno in quo error est probabilis .& hanc opi. quando indirecte quis vellet reprobare instrumentum productum tenet Fely.in d.c.imputari sed aduerte quia in exemplo Fely.directe videtur reprobari instrumentum productum ex capite erroris producendo aliud instrumentum per quod appareat primũ male fuisse productum.nam in effectu hoc nihil aliud videtur ꝗ᷑ directa errores probatio.

133 SED † Aduertendum quia etiam videtur admittenda probatio erroris in facto proprio, quando agitur de damno euitando Bart.in l. non fatetur.ff.de confes.habetur in.l.sed & si me putem .ff. de cõdi.inde.& in.l error.C.de iuris & facti ignor. Alex.in cons.lxix col pen.ver.ad idẽ quod notat Bald lib.v Areti in cõsi.xiij.circa fi.ver.põt etiam dici,& in con xiiij.col.v.ver.põt ergo dictus marchio, Socy.in cõs.cxliij.diu co.iiij.in fi.ver.preterea fortius lib.i.& in cõ.cclxiij.co.vi.ver.secũda spina lib.ij.Deci.in cõs lxiij.col.iij.in fi.ver. cõprobaẽ ista cõclusio & in cõs.ccccij col.iiij.circa med. Ias.in. l.si post diuisionẽ in secundo nota .C. de iuris & facti ignor.Curtius iunior ĩ cõ.xcij co.pe.post med.ubi idẽ dicit qñ agitur de perdẽdo lucrũ iam quesitum quia tunc dicitur tractari de damno euitando.

Hoc tamen ꝙ admittatur probatio erroris in facto proprio quando agitur de damno euitando, videtur intelligendum quando error esset probabilis Deci.in.l i.colum.ij. in. fin.C. de errore calcu. & multo magis admitteretur error in facto proprio quando tractaretur non de preiudicio errantis sed tertij Deci.in c.ex parte.i.in quarto nota de offi.delega. Hanc tamen conclusionem ꝙ in facto proprio toleratur error quotiēs agitur de damno euitando intellige & limita vt per Ias.in.l.si res col. vi.super glo.in verbo si nesciat ff.de lega i. ¶ Non obstat modo ratio Specu.in d.titu.de instru.edi.§. videndum supra alleg. in contrarium super ꝙ est imputandū producenti qui potuit preuidere, quia respondeo ꝙ argumentum procederet presupposita scientia & lata culpa producentis si sciebat veritatem aliter habere sed nos loquimur in errore probabili. Preterea attenta ratione Spec. sequeretur ꝙ confessio geminata & iurata reuocari non posset quasi sit imputandum totiens confitenti & iurante & tamen contrarium supra probauimus.

134 AMplius † quero an is contra quem producitur scriptura minus solennis possit eam acceptare in parte & in parte non etiam quando capitula sunt separata Corn.in consi.lxxxi.col. pen. versi. & saltem videtur standnm libr. iiij. ꝙ non sed ꝙ fieri debet acceptatio in totum aut in totum repudiari allegat Ang.in.l.sum ptus.C.de admini.tuto.

CONtrarium sentit Bartol .in.l.quedam.§.nummu-

larios.ff.de eden.Idem tenet abb.in.c.ij.de fide instrument.& in consi.xxxvi.colum. fin.libr.ij. roma.in consi.cccxlvi.colum.i.Ange.in consi.ccciiij. visa dicta scriptura Geminia. in consi.ix.in fi.guido pape in dicta.q.cccccciij.Ias. in repe.d.l. admonendi colum.l.versi.quid tenendum .ff. de iureiur. & ibi rippa colum.xxiiij in fin.num.cxxiiij.Ias. in l.non solum § morte colum.xiiij.in fin. versi. hinc infertur notabiliter .ff. de operis noui nuncia: ubi Ias. rationem adducit quia approbatio scripture dependet a potestate approbantis, seu acceptantis, sed certe ista ratio videtur nimium generalis quia ea attenta idem videretur dicendum etiam in capitulis connexis, Idem tenet aufrer.in decisio. tolosa. q.ccccxcvi.colum.ij.versic.adde ꝙ si liber. Ad idē adduco Alexand.in consi.clxxxvi.colum.iij.versi. nec etiam habet obstare quod dicitur libr. ij. vbi quod approbatio in vno non trahitur ad diuersa. Ex quibus apparet istam opin. esse communem & de iure veriorem.

135 Limitatur † nunc ista conclusio vt non procedat in scriptura alicuius administratoris puta in libro rationum tutoris quia si aduersarius velit acceptare in parte, tenebitur stare in toto & hoc propter vnitatem officij.l.cum queritur .ff. de admini. tuto.& in istis terminis loquuntur Ange. & Corn. supra in contrarium allegati & Ange.in .d.l. sumptus expresse dicit ꝙ excepto libro rationum administratoris in alijs scripturis pōt fieri acceptatio

in parte tantum, quando capitula sunt separata.

136 SEcundo † limitatur non procedere qñ aliud videretur iudici causa cognita & ex verisimilitudine ac qualitate persone scribentis ꝙ etiam in aliis partibus separatis contineat liber veritatem puta si agatur de modica summa & scribens sit bonefame, ita Bald. in consil. clvi. cum due colum. ij. libr. iij & sic secundum Bald. hoc totum videtur residere in arbitrio iudicis & hoc idem tenet Decius licet Bal. non alleget in. l. i. colum. ij. C. de eden. & in d. ca. ij. colum. vi. post med. versic. successiue abbas de fide instrument. vbi quod hoc totum residet in arbitrio iudicis inspecta qualitate cause & persone.

EGO non video ꝙ communior opi.sit contra Bar. prout Ias.refert, & primo quoad autoritatē Alex. non videtur curandum quia vt Iaso. dicit fuit sibi contrarius & contrarium tenuit in consil. clxxxi. in causa & lite vertente coram arbitris libr.ij. sed certe Alex.ibi non variauit ab his que dixit in .d.l. admonendi Immo idem tenet ideo mirandū est quomodo Ias.de contrarietate eum notauerit variauit tamen Alexand.in consil.ccxij.colū.fi.versi. preterea dicta probatio.libr.ij.& in consi.ciij.in fin.libr.vij.vbi sequitur Barto & presuppono ꝙ Alexan. ibi vltra comparationem litterarum presupponit recognitionē testium quia alias male allegaret Bar. ꝙ sola comparatio litterarum plene probet sed clarius variauit idem Alexan in consil.lxxx.viso processu libr iiij. Similiter iaso adducit contra Bartol. Areti.in.d.consil.lxiiij.vbi licet Areti. colū.ij. primo arguat contra Barto. tamen colum.iiij. versic. quinimo etiam si scripta late tenet & defendit opi. Barto.etiam opi.sequitur abb.in.d ca.ij. de fide instrument.Corn.in consil.lviij.libr.iij.& in .d.consi. clxix.colū.pen.libr.i.calca.& Socy. in consilijs supra allegatis Deci in.d.c.ij. colū.iij. versi. sed tamen pro defensione de fide instrument.vbi ꝙ opi. Imo. contra Bart.videtur contra text.in.§. sed & si quis in aucten. de instru. cau. & fide ibi fidem causa ex vtroq; percipiat ergo non ex solis testibus sine cōparatione & opi.Barto.late defendit Socyn.in .d. consil.cclxxiiij.colū.vi. versic.ij principaliter , vbi

respondet

respondet ad ea que in contrariū adducūtur prout etiam respondet Corn. in.d. con.lviij.hic tamen videndum est pro intellectu premissorum quod infra dico in .xi. questione huius tertie limitationis.

178 SEptimo † quero in terminis .d.l.scripturas, pone q scriptura habeat subscriptionem partium & vnius testis tantum & probetur talis scriptura per comparationem litterarum etiam respectu subscriptionis illius testis, an aliquid probabit talis scriptura, Alexand.in.d.consi.ciij. in fi.libr. vij. q probat plusq semiplene, Ideo locus erit iuramento suppletiuo etiam in causa magna secundum eum. Sed dubito quia si loquimur in apocha sola comparatio litterarū non probat etiam contra partem que scripturam negat .§.si quis igitur in auctenti. de instru. cau.& fide & licet cōparatio probet semiplene cōtra partem, secus tamen contra tertium Corn. in consi.cxxxviij.colum.i.post med.libr.i.quomodo igitur probatio subscriptionis vnius testis tantum per solam comparationem faciet plusq semiplenā probationem immo valde dubito an faciat semiplenam contra tertium nam ad plenam probationem contra tertium per solam comparationem requiruntur subscriptiones partium & trium testium ergo subscriptio vnius testis non videtur sufficere etiam ad semiplenam probationē que induci posset vbi duorum testium subscriptio sufficeret.

179 OCtauo † quero dictum est supra q in casu d.l.scripturas requiritur subscriptio omnium trium

testium, nec sufficit subscriptio duorum ex ipsis testibus, an istud procedat etiam quando ageretur contra ipsum debitorem principalem qui negat illam scripturam esse suam, an vero quando agitur contra tertium tantum, Socy. in. d. consi. cclxxiiij. col. vij. versic. tertio principaliter ꝙ procedit etiam contra ipsum debitorem post Ioan. and. Bald. & Io. bapti. de sancto seuerino per cũ allega. Sed hoc intellige nisi illi duo testes expresse deponerent super veritate negocij gesti aut contentorum in instrumento quia tunc duo testes sic deponentes sufficerent etiam contra tertium Bartol. & Angel. in d. l. scripturas Socyn. in. d. consil. cclxxiiij. colum. iij. versic. circa primum & colum. iiij. in fin. versi. postremo non omitto. Rursus intellige quod etiam recognitio sola omnium trium testium subscriptorum aut deponentium de eorum presentia non sufficeret contra dibitorem aut habentes causam ab eo nisi concurrat comparatio litterarum quando non interuenit subscriptio ipsarum partium.

180 NONO † quero qualis esse debeat recognitio trium testium subscriptorum in tali subscriptura seu qualiter debent testes deponere, Dic quod debent deponere quod fuerunt presentes quando debitor aut alius de eius voluntate scripsit illam scripturam & quod viderunt eam scribi & quod illi se subscripserunt, non autem est necesse quod deponant contenta in ipsa scriptura esse vera & quod debitor se obligauit prout in ea cõtinetur quia tũc

dicerentur deponere de veritate actus non eorum subſcriptiones ſimpliciter recognoſcere & deponendo de veritate actus, duorum teſtimonium ſuffi ceret etiam contra tertium ut ſupra dixi ita habeẽ in.d.l. ſcripturas & p Socy.in.d.cõſ.cclxxiiij.co.iij.

A Duertendum tamẽ hic eſt quia non ſufficeret quod teſtes recognoſcentes ſcripturam dicant illam fuiſſe ſcriptam modo & forma cõtentis in eá vel prout in ea continetur quia talis recognitio dicitur nimium generalis & in certa ſed debent dicere cuius manu fuerit ſcripta ſeu per quam perſonam eam ſcribi viderint & quod ſcribentem cognouerint aut cognitum habeant. Ita Socyn.in.d. conſilio.cclxxiiij columna tertia verſicu. amplius dico, & ſic non ſufficit quod teſtes concludenter deponant ſuper eorum ſubſcriptionibus quod ipſi fuerint preſentes illi ſcripture & ſe ſubſcripſerint niſi etiam deponant de certa perſona ſcribentis cuius manu ſcriptura facta ſit & ſcribentis perſonam cognitam habeant quod etiam voluit Areti.in.d. conſilio.lxiiij. columna ſecunda poſt med. verſicu. ſed tamen his non obſtantibus, vbi etiam quod oportet quod tales teſtes recognoſcant ſubſcriptiones ſociorum dicendo ſe fuiſſe preſentes ipſis ſubſcriptionibus nec ſufficeret dicere quod habent notas eorum litteras. Abb. etiam in conſilio.xcviij. columna ſecunda libro ſecundo quod oportet teſtes firmiter ſcripturam recognoſcere, & eius identitatem ideo teſtes illiterati nõ valerent.

281 DE cimo † quero in casu.l.scripturas an requiratur subscriptio vtriusq; partis vel sufficiat subscriptio illius tantum partis de cuius preiudicio agitur puta debitoris vel confitentis quando non agitur de contractu vltro citroq; obligatorio in quo dicitur agi de preiudicio vtriusq; partis. Imola. in d.c.ij.de fide instrumento. φ sufficit subscriptio illius partis de cuius preiudicio agitur, sequitur Fely. ibi col.ij.in fi.versi.nona declarararatio, addo Alex. in cons clxxxi.col.ij.post med.versi.& dicit Ludo. roma.libr.ij.quod est repetitum in consil.cxviij.lib. iiij. idem sequitur purpuratus socer meus in.d.l.admonendi.col.xxvi nume.clxvi. Addo bologninū in additio.ad consi.Ioan.de ana.in consi xl. in fin. vbi simpliciter voluit quod sufficiat subscriptio vnius partis tantum.

SED aduerte quia istud non videtur procedere quo ad effectum. d.l. scripturas, quem supra memorauimus, videlicet φ vbi est subscriptio partium & testium, sufficit vel sola recognitio testium vel sola comparatio litterarum quia tunc necessaria videtur subscriptio vtriusq; partis. Ita in specie determinat Areti.contra Imolam in.d.consi. lxiiij. colū. iiij.versi.quinimo etiam si scripta Socy.in.d. consi. cclxxiiij.col.v.post med. versi & hoc etiam voluit & clarius Barto.& colum.viij. versi.circa tertium. Itaq; licet agatur de preiudicio partis tantum que subscripsit, tamē si pars ipsa neget eius subscriptionem & questio sit de fide scripture, tunc erit neces=

ſaria & recognitio teſtium & comparatio littera- rum copulatiue nec alterum ſufficeret. ¶ Sed iſtud dcm̃ Are. & Socy. intelligerẽ procedere in apocha tantum, ſecus in alia ſcriptura priuata quoad preiu- dicium ipſius partis ſcribentis uel ſubſcribentis quia:
152 † in aliјs ſcripturis priuatis excepta apocha, ſola comparatio litterarum plene probat ut habetur in l. comparationes. C. de fide inſtrument. Bart. in au- cten. & ſi contractus col. ij poſt med. verſi. Item op- pono. C. de fide inſtrument. ubi ꝙ. d. l. comparatio- nes uolens ex comparatione induci plenam fidem, ſolum eſt correcta in apocha non in aliјs ſcriptu- ris priuatis, ſequitur Alexandr. in conſil. lviij. & in conſi. cxiiij. colum. i. in fi. libr. vij. Socy. in conſi. iiij. colum. i. libr. iij. ubi Socy. uoluit ꝙ etiam in epiſto- la ſufficiat ſola comparatio litterarũ quoad plenam fidem, ſed tamen in epiſtola contrarium voluiſſe, uidetur Barto. in d. aucten. & ſi contractus in ulti- mis uerbis ubi in hac materia equiparat epiſtolam apoche, ſequitur Alexand. in conſil. lxxvi. colũ. ij. lib. iij. ubi ꝙ. d. l. comparationes eſt correcta in om- ni ſcriptura priuata preterquam in libro rationũ quod Alexan. in conſi. ſimpliciter refert & ſequitur Deci. in conſil. ccccccxv. colum. ij. in princ. Sed ꝙ non ſit correcta in epiſtola & aliјs ſcripturis priuatis tenet idem Alexand. in. d. conſi. lviij. in princi. & in. d. cõ. cxiiij. colum. i. in fin. libr. vij. Deci. in. d. c. ij. colum. v. de fide inſtrument. & in conſ. ccxix. in. fi. Curtius iunior in conſi. cxviij. col. pen. & in cõſi. clxij. etiam.

colum.pen.nec Alexand.in.d.consil.lxxvi.contrariam opi. audet affirmare si bene ponderetur & hanc opi. quod. d.l. comparationes non sit correcta in epistola & aliis scripturis priuatis nisi in sola apoca tenet purpura in.d.l.admonēdi col.xxxv. Itaque vbi sumus in scriptura priuata in qua sola comparatio litterarum sufficit ad plenam fidem in preiudicium ipsius scribentis, sufficere etiam videtur subscriptio illius partis de cuius preiudicio agitur vbi scriptura esset ab alio tertio confecta vel quod sit scripta manu illius partis de cuius preiudicio tantum agitur.

AMplius pro opi.Imole & sequacium considero quod superflua et elusoria videtur subscriptio illius partis de cuius fauore tantum agitur puta creditoris videtur enim quasi ridiculum dicere quod aliquid plusculum fidei detur tali scripture ex subscriptione creditoris in facto suo proprio & in causa sua propria ar.l. omnibus .C. de testibus nisi dicas considerationem procedere quando ageretur inter creditorem & debitorem secus si cū tertio quia tunc pluralitas subscriptionum multum operatur & facit cessare suspitionē fraudis, vel etiā cōsiderabilis videtur subscriptio creditoris eo mortuo quādo eius heredes cōtra debitorem agerent quasi nō sit verisimile ꝙ in peccato false subscriptiōis mori voluerit que ratio videt̄ viuēte cessare creditore et agente contra debitorem non enim potest debitor opponere quod careat scriptura subscriptione

ipsius creditoris quia talis subscriptio non videtur necessaria ipso creditore agente quia agendo satis approbat fidem scripture.l.Paulus respondet non tantum, verbis.ff. rem ratam hab.& supra dixi circa articulum approbationis, scripture ex eius productione.

283 NON omitto † circa premissa dictum vnum singularissimum Paul. de castr. in consil. lxxxvij. quantum ad contenta colum.i.in fin libr. secundo. vbi voluit.d.l.comparationes C.de fide instrumẽ. esse correctam etiam quoad aliam scripturam priuatam vltra apocham, que scriptura priuata remansisset penes partem, ratio enim quare.d.l. fuit correcta in apocha est qa apocha datur a debitore creditori & sic remanet apocha penes creditorẽ, ob id si sola cõparatio sufficeret de facili reperirent̃ qui litteras alienas emularentur seu exprimerent aut vt vulgarius loquar contrafacerent sed ista ratio pariter militat in libro rationis aut alia scriptura priuata que remansisset penes creditorem, ergo eadẽ debet esse iuris dispositio.l.illud.ff.ad legem aquil.

SED non puto istud dictum Pau.de iure procedere quia doct.assignantes rationem cur.d.l. comparationes sit correcta in apocha, non cõsiderant quod apocha remaneat penes creditorem & possit falso fabricari sed considerant rationem quia datur a debitore creditori ob id imputandum videtur creditori cur non plenius sibi prouiderit per viam instrumenti publici aut alterius solennis scripture

cum subscriptione debitoris & testium. & ꝙ doct. non considerent remanentiam scripture apud creditorem patet quia necessario loquuntur quando producitur scriptura per creditorem & sic necessario presupponunt ꝙ esset apud eum quia alias producere non posset & maxime hoc procedit dum loquuntur in epistola que a parte ad partē transmittitur & sic remanet apud creditorem & tamē eius fides plene iuuatur per solam comparationē quia in ea creditori imputari non potest cur non solennius eam conscribi curaūerit cū fiat inter absentes. Iam ex alio ostendo ꝙ istud dictum Paul. procedere non potest, doct. in apocha dicunt ꝙ facilius falsificari potest ꝙ̄ vnus liber rationum aut alia scriptura priuata plura continens, ergo presupponunt existentiam & remanentiam libri apud creditorem quia alias frustra dicerent quod non ita de facili falsificari potest sicut vna apocha.

184 VNdecimo † quero vidimus ꝙ in alijs scripturis priuatis excepta apocha, sola litterarum comparatio plene probat, an talis scriptura probata per comparationem litterarum fidem faciet contra tertium licet non habeat subscriptionem partium & testium, prout requirit. d. l. scripturas. Respondeo ꝙ non quia si scriptura non habeat subscriptionē partium & testium licet iuuetur aut probetur comparatione litterarū, talis tamen comparatio solum probabit contra debitorem aut habentes causam ab eo secundum ea que supra dicta sunt, Sed non

contra tertium quia in tertio vt ei noceat requiritur quando tertius nititur instrumento publico, requiritur ꝙ talis scriptura sit solennis habens subscriptionem partium & testium prout requirit.d.l. scriptu-
15 ras Immo † contra tertium etiam semiplene non probat ut supra diximus num.clxxviij. allegando Corn.in.d.consi.cxxxviij.libr.i.quem sequitur purpuratus in.d.l.admonendi col.xxviij.circa fi. num. clxxx.& ꝙ istud sit verum probatur ex conclusione Barto. supra commemorata numer. clxxvij. & per doct.communiter approbata, ꝙ vbi producitur scriptura priuata habens subscriptionem testiū tantum non etiam partium non sufficit sola testiū recognitio nec sola litterarū comparatio sedvtrūq; simul & copulatiue requiritur contra tertiū quem etiam opi.tenet Alexand.in consil.cl.colū.v. versic. preterea si essent duo testes libr.v.purpura. in .d.l. admonendi colum.xxvij.& tamen contra partem sufficit sola cōparatio mō nō sit scriptura apoche.

SED ex premissis reddi videtur dubitabile dictum Barto.de quo supra meminimus in sexta .q. huius tertie limitationis dum voluit ꝙ vbi scriptura non habet subscriptionem partium sed testium tantum, qui recognoscunt eorum subscriptiones vel cessante subscriptione deponunt de eorū presentia ꝙ viderunt talem scripturam fieri & ei presentes fuerūt ꝙ talis probatio non sufficit nisi concurrat comparatio litterarum,retuli ibi Ias.post alios per eū allegatos tenere contrariū & licet adduxerim Areti.

Socy. Corn. decium & purpura. tenentes & defendentes opi. Barto. tamen contra Barto. quatenus loquimur de fide scripture contra partem scribentem aut subscribentem, videtur facere conclusio supra firmata videlicet quod excepta apocha, in alia scriptura priuata sola comparatio litterarum videtur sufficere ad plenam probationem contra partem, si sufficit sola comparatio, a fortiori sufficiet recognitio testium subscriptorum vel eorum depositio super presentia quod ipsum videtur tutius ac certius multo testimonium q̄ sit comparatio, & sic Barto. opinio videtur restringenda vel in scriptura apoche vel si loquamur in alia scriptura priuata in qua sufficit sola comparatio quando ageretur contra tertium non contra ipsum debitorem vel partem ipsam principalem.

186 NON omitto † etiam circa premissa vnum dictum notabile rippe. in. d. l. admonendi colum. xx. post med. quod in casibus in quibus sola comparatio litterarum sufficit & plene probat, illud procedit quando ageretur ciuiliter secus si criminaliter puta in crimine falsi quia ad probandum falsitatem sola comparatio litterarum non sufficeret, idem tradit Deci. in consi. cccccxv. colum. i. purpuratus tamen in. d. l. admonendi colum. xxx. in princi. voluit fieri posse indiciū ad torturam secundum qualitatem personarum quod satis admitterem contra personam male famatam.

187 VNum † etiam non omitto quod licet in apo-

cha sola comparatio litterarum non sufficiat, ut supra dictum est, valeret tamen pactum aut conuentio partium ꝙ ex sola comparatione litterarum fides detur apoche, modo de tali conuentione legitime appareat Alexand. in. d. consil. lxxvi. colū. ij. versi. vel secundum Raphaelem lib. iij.

188 DVodecimo † quero dictum est supra ꝙ vbi scriptura habet subscriptionem partium & testium ꝙ illa probari potest ex sola comparatione litterarum, quomodo & qualiter facienda sit huiusmodi comparatio, breuiter de modo faciendi comparationem & quomodo illa fieri debeat non solum de principali scriptura partium & earum subscriptionibus sed etiam de subscriptionibus testium clare tradit Alexand. in. d. consi. lxxvi. colū. ij. versi. quinimo posito ꝙ per comparationem lib. iij. & in. d. consi. cxiiij. colum. pen. versic. & aduertatur circa modum lib. vij. Deci. in. d. consil. cccccxv. colū. ij. versi. similiter circa secundum.

189 DEcimo tertio † quero in materia. d. l. scripturas, pone ꝙ tres testes subscripti ad formam. d. l. recognoscant eorū subscriptiones, tamen non deponant se fuisse presentes illi scripture sed dicant ꝙ debitor coram eis confessus est ꝙ fuit scripta a tertio de partiū voluntate & ꝙ ipse debitor eam subscripsit An talis scriptura probet, decisio neapolitana decis. ciiij. dicit se mirari ꝙ Alex. & Iaso. in. d. l. admonendi casum hunc omisserint & ꝙ tactum non inuenit nisi in quibusdā recollectis domini caroli

de rogerijs in.d.l. admonendi vbi concludit talem scripturam fidem facere & ita dicit decisio predicta fuisse iudicatum in curia neapolitana quia paria sunt confessio debitoris vel quod testes viderint eum scribere & pro hoc allegat roma in.d.l.admonendi vbi si producitur scriptura facta a tertio non subscripta a partibus sed a testibus qui dicant eam factam a tertio de voluntate & mandato ipsarum partium, talis scriptura probat.

SED aduerte licet decisio Neapoli. dicat ꝙ nullus ex dominis consiliarijs aliquam decisionem in terminis inuenire potuit & ꝙ Alexand.& Iaso. casum hunc omisserunt, mihi videtur ꝙ immo ex dictis supra in sexta & decima questionibus decisa videatur questio proposita per Matheum de aflictis, nã in dictis sexta & decima questionibus vidimus ꝙ vbi scriptura non habet subscriptionem vtriusque partis sed testium tantum vel vnius partis tantum tunc non probatur fides scripture ex recognitionibus testium subscriptorum licet dicant se fuisse presentes illi scripture & eam scribi viderint, nisi etiam iuuetur scripture fides comparatione litterarum si sola testium recognitio non sufficit licet fuerint presentes scripture & dicant se vidisse eam scribi, quantominus sufficiet talis recognitio sola in questione proposita quando testes non fuerunt presentes sed solum intellexerũt sic scriptam fuisse per confessionem debitoris. Ideo in casu dicte decisionis puto ꝙ fuerit iudicatum contra opi. Barto. communiter

approbatam saltem in apocha ut supra abunde dictum est in memoratis questionibus sexta & decima. Bene fatear q si in casu dicte questionis formate per dominum de aflictis fuisse subsciptio utriusq; partis, sufficiens visa esset illa testiū recognitio etiam q scripture presentes non fuissent cū deponant de confessione debitoris presente creditore secus si creditore absente maxime cū talis cōfessio nō respiciat veritatē negocij sed solū q ita subscripsit debitor.

190 DEcimo quarto † quero in materia.d.l.scripturas, an omnino sint paria scripturam fuisse scriptā a partibus vel a tertio de volūtate & mandato ipsarum partium, videretur dicendum q sic quia factum a partibus videtur quod fit de mandato earum.l.ita aucten §.gesisse.ff.de admi.tuto. reg. qui per alium & dictum est supra in proxima & precedenti q.tradunt glo.hosti.Io.andr.& doct.in .d. c.ij.de fide instrument Areti.in.d.consi lxiiij. colū. ij. Addo Bald. in consil. xcviij. nam probant libr. ij.vbi q talis scriptura tertij facta vtraq; parte mandante plene probat etiam si statutum dicat q non credatur scripture tertij.

SED istud non puto procedere ita generaliter quando scriptura facta per tertium caret subscriptione ipsarum partium, quia tunc duo copulatiue videntur necessaria id est & recognitio testium subscriptorum & comparatio litterarum per supradicta, si enim ista duo copulatiue requirūtur quando scriptura solū esset facta aut subscripta ab altera parte

tantum ut supravidimus in dictis questionibus sexta, decima & decima tertia, a fortiori quando est scripta per tertium sine aliqua subscriptione partium. Immo d.l. scripturas requirens subscriptionẽ partiũ necessario videtur presupponere casum quã do confecta esset scriptura per tertium quia si partes scripsissent, necessaria non esset earum subscriptio vt supra diximus in tertia. q. huius teertie limitationis, Dum ergo Barto & doct. requirũt probationem ex utroq; fieri idest ex recognitione triũ testium & comparatione litterarũ quando scriptura caret subscriptione partium, videntur loqui in casu isto quando facta esset scriptura per tertium de mandato partium quia si a partibus facta esset, necessaria non esset subscriptio earum.

191 DEcimoquinto † ad perfectã intelligentia huius materie quero quando fit probatio scripture ex vtroq; idest ex recognitione testium & comparatione litterarum, an sit necessaria comparatio etiam quoad subscriptiones ipsorum testium, puto ꝙ nõ ex quo testes eorum subscriptiones recognoscunt, Ideo si testes essent mortui qui recognoscere non possent, talis scriptura fidẽ nõ faceret hoc casu quo premissa duo copulatiue requirũtur. & sic mortuis testibus frustra queritur de comparatione litterarũ subscriptionis eorum ex quo recognitio erat necessaria si autem viuunt & recognoscunt, etiam querendum non est de comparatione litterarũ quoad ipsas subscriptiones.

192 Decimosexto quero † pone ꝙ scriptura sit facta manu creditoris subscripta tamen tribus testibus sine alia subscriptione debitoris, an fidem faciet cō currentibus illis duobus requisitis idest recognitione testium & comparatione litterarū, Io. de ana. in consi. xl. simpliciter tenet iuuari talem scripturam propter subscriptionem triū testium. Sequitur Ias. in. d. consi. cxxix. col. iij. libr. i. & nihil dicunt Io. de ana. & Ias ꝙ si isti tres testes recognoscant, necessaria etiam sit litterarū comparatio Ego puto quod si ipse creditor agat contra debitorem & testes recognoscentes dicant factam esse scripturam manu creditoris de voluntate & mandato debitoris, ꝙ elusoria dicatur comparatio litterarum creditoris ex quo creditor ipse approbat, dum enim doct. dicunt comparationem esse necessariam, debent intelligi quando negatur scriptura manu illius per quem scripta dicitur & ideo non videretur isto casu necessaria nisi etiam debitor negaret illam scripturam confectam manu ipsius creditoris, sed si debitor non negaret scripturam sed solum debitum & diceret non esse habendam fidem scripture creditoris in facto eius proprio, tunc sola recognitio testium sufficeret sine comparatione, & ista erit una declaratio ad omnia precedentia in quibus dictum est comparationem litterarū esse necessariam vt procedant quando vtrunq; negatur idest & scriptura & debitū, si vero debitū tantum negetur, scriptura vero concedatur, quorsum attinet fidē scripture

probare per comparationem litterarum, testium tamen recognitio est necessaria quando negatur debitum licet non scriptura, nisi esset scriptura propria confitentis quia tunc etiam debiti probatio per testes recognoscentes non esset necessaria quia satis probatur debitum dum recognoscit scripturam a se factam ex propria eius confessione que ratio nō militat in scriptura facta ab alio quia stant simul ꝙ tertius scripserit me esse debitorem alterius & tamē vere debitor nō sim quia potuit falso scribere que
193 † falsitas allegari non potest contra propriam confessionem quia esset allegare turpitudinē suam l. transactione. C. de transa. l. cū profitearis. C. de reuocan. dona. l. filios. C. de reno. his que in frau. credi. c. inter dilectos de dona. non esset tamen necessaria recognitio testium subscriptorum quando eorum subscriptiones pars recognosceret et fateretur, frustra enim queritur de recognitione testium vbi partis confessionem habemus.

EX premissis explicatam habemus hanc tertiam limitationem non minus vtiliter ꝙ copiose.

194 QVarto † limitatur dicta conclusio que habet ꝙ scriptura priuata non probat vt non procedat in scriptura archiui publici. l. census. ff. de probat. aucten. ad hec. C. de fide instrument. ca. ad audientiam de prescriptio vbi Fely. ꝙ istud procedit concurrentibus tribus. Primo ꝙ archiuio presit officialis publicus, secūdo ꝙ scriptura sit posita inter scripturas auctenticas, tertio ꝙ fides ex consuetudine

illis

illis detur allegat Io.and.in addi.Spe.in titu. de instrument.editio .§. nunc dicendum in mgna addi. versic.quintum supplementum,idem voluit Bald. in.l.exemplo colum.i.C. de proba. & in rub.C. de fide instrument colum.fi.Idem tradit Socy.in con. cclviij.colum.ij. libr.ij. Addo quartum requisitum quia non sufficit ꝙ talis scriptura sit inuenta in archiuio sed oportet ꝙ habeat testimonium commētariensis aut officialis deputati ad custodiam ipsius archiuij idest vel ꝙ commentariensis fuerit rogatus de tali scriptura & ipse eam scripserit vel ꝙ attestetur esse scripturam archiuij publici ita Corn.in consi.cxlij.col iij.libr.iij.sequitur Deci.in.d.ca. cum causam colū.iij. in quarta fallentia de probatio.

SED aduerte circa secundum requisitum ꝙ oporteat talem scripturam priuatam esse positam inter scripturas auctenticas tantum,ex hoc nimium videtur restringi ista conclusio ꝙ scriptura non solennis reperta in archiuio publico plene probat,nam archiuium publicum solū videretur validare scripturam vnam minus solennem que sit inter alias auctenticas,patet quia si sint plures scripture minus solennes ,nulla videtur probare quia semper dicetur posita inter scripturas non auctenticas,Ideo memorata conclusio tota ferme videtur corruere & esset absurdum ꝙ archiuium publicum vni tantum scripture nō auctentice robur & fidem dare possit.Sed pro solutione puto hoc secundum requisitum intelligendum quando scriptura priuata reperitur inter

ſcripturas auctenticas id eſt que ratione archiuij publici pro auctenticis habentur licet de iure nõ ſint, ſecus quando in archiuio eſſent alique ſcripture nõ auctentice neque de iure communi neque ratione ipſius archiuij puta quia ibi tenerentur etiam littere miſſiue aut alie ſcripture quas vniuerſitas pro publicis non habet, quod nota quia per alium quem legerim, declaratum non vidi.

SImiliter aduertendum eſt circa tertium requiſitum de conſuetudine quia non videtur neceſſarium, quia vbi conſuetudo dat robur ſcripture, fides venit ex conſuetudine non ex archiuio cum ſola conſuetudo ſufficiat cap. cum dilectus de fide inſtrumento. Felyn. in. d. cap. ad audientiam colum. iij. de preſcriptio. mouet difficultatem & ſoluit quod conſuetudo non ſimpliciter validat ſcripturam ſed concurrentibus duobus videlicet loco archiuij & autoritate officialis deputati ad eius cuſtodiam.

195 Sed iſta ſolutio mihi non ſatisfacit quia † ea attenta ſequeretur quod producens hoc ſcripturam archiuij teneretur probare talem conſuetudinem cũ in facto conſiſtat. l. i. & ij. C. que ſit longa conſuetu. Oldra. in conſil. ccxxvi. quidam epiſcopus colũ. fi. verſi. tertia ratio, Bald. in conſil. cclxix. quidam nomine. i. colũ. ij. circa med. lib. i. abb. in conſi. liij. colũ. fi. lib. ſecũdo ſi probatio conſuetudinis ſit neceſſaria, ergo fides fiet ex conſuetudine non ex archiuio, ob id puto iſtus requiſitum non eſſe neceſſarium, ſed ex eo fieri poteſt vna limitatio ad

memoratam conclusionem vt non procedat quan do consuetudo esset in contrarium quod fides non detur huiusmodi scripturis minus solennibus repertis in archiuio publico.
196 S V blimitatur † nunc per doct. ista quarta limitatio vt non procedat extra territorium loci ipsius archiuij Io.and.in d.magna addi.Bald.in.d. l.exemplo.C.de proba.& in.d.rubri.C. de fide instru. Alexan.& Ias.in.d.auchen.si quis in aliquo documento.C.de eden.idem Alex.in cõsi. cxxxviij. col.iij.lib.i.in consi.xvi.col.iij.& in cõsi.xxiij. col. ij.lib.v.Socy. in consi. clxxxvij.col.vij.ver.sed ad premissa respondetur & in.d.con.cclviij.colũ.ij. in fi.versi.preterea tunc scriptura lib.ij.purpuratus in d.aucten.si.quis in aliquo documento col.v.
197 Sed fortiter † opponit cõtra hanc sublimitationem qa videmus ꝙ vbi aliqua scriptura de iure nõ solennis fit valida ratione statuti vel consuetudinis, talis consuetudo extenditur extra territoriũ & scriptura sic roborata a statuto vel consuetudine vbiqꝫ probat Bart.& doct.in.l.i.in septima q.prin.C. de summa trini.& fide catholi. Anto.de Butr.& doc. in.d.c.ij.de fide instru.Bald.in.d.l. exemplo .C. de proba.& in.l.si non speciali per illũ text.C. de testam.sequit Deci.in.c.i.col.xvij.in fi.versi.iij. quod dicit Io.and.de proba.Ias.in.l.si arrogator col.xvi. ff.de adoptio. vbi ꝙ nunꝗ inuenit contradicentẽ licet decisio ipsa videat sibi dura & mirabili, eandẽ opi.sequit idẽ Ias.i.l.quedã.§.numulariorũ i.secũdo.

nota.ff.de eden.vbi reputat hoc valde nota. & idē Iaso.in.d.l.i.colum.v.versi.secundo ex hoc mēbro C. de sum.tri.& fide ca.et Fu. d.l. si non speciali in secundo nota.vi. de testam.bertachi.in suo reperto rio in verbo instrumentum quando valeat versic. xxi. nam circa fidem scripture inspicitur locus vbi facta est vbicunq; postea producatur per.l. si fundus.ff.de euictio.Bald.in consi.clxxix. instrumentum lib.iij.Ias.in.l.ius ante ciuile col.fi.ff.de iusti.& iure & in consi. cxxxiij.colum. ix. libr. iiij. Guido. papē questio. cclxij.

IS tam difficultatē mouet Fely.in.d.c.ad audientiam & refert Areti.in.d.c.cum causam de probatio.tenentem cōtra hanc sublimitationem ꝙ Immo talis scriptura archiuij publici extra territorium & vbiq; probet per doctor.Bart.in.d.l.i.C.de sum.tri.& fide catho.Sed Fely.tenet hanc sublimitationem, ad argumentum supra factum respondet post bellencinum ꝙ dictum Barto.in.d.l.i.non est verum nec procedit extra territorium nisi inter subditos etiam ratione solius cōtractus.Addo ꝙ idem videtur velle Bald. in.d.l. exemplo prout ponderat Ias. in.d. l.si non speciali in secundo nota.Idem vult. Socy. in consi.cxlix.colū.v. versi. circa secundum. libr.i. vbi ꝙ cōsuetudo per quam datur fides libris mercatorū, non extenditur extra territorium. Sed aduerte quia opi.Barto.videtur communis & ex dictis doct.supra alleg pro opi.Barto.apparet ꝙ nō solum scriptura facta secundum solēnitatem vnius

loci vbiq; probat sed etiam si sit scriptura omnino priuata nullam habens solennitatem puta liber mercatoris si ei detur fides per statutum aut consuetudinem probat vbiq; ut per Bald. in .d.l. exemplo in l.ij. colum.ij. in tertio nota.C. de proba. sequuntur moder. in locis supra allegatis Idem libros mercatorum sequitur crotus in.l. omnes populi colum.vi. circa med. versic.ij. queritur .ff. de iusti. & iure licet Corn. non fuerit ausus decidere in consi. cccxix colum.x. versic. nec ob si dicatur ꝙ dicta consuetudo libr.iij. nec Socyn. dicit contrarium in .d. consi. cxlix. col.v. libr.i. quia non dicit ꝙ tales libri vbiq; non probent, tantum dicit ꝙ restringitur consuetudo ad libros scriptos in loco consuetudinis, Itaque modo sit scriptus in loco consuetudinis probabit vbiq;. Eque videtur communis illa opi. ꝙ scriptura archiuij non probet extra territorium ipsius archiuij sed nisi det. ratio diuersitatis inter istos duos casus, oportet alterum necessario corruere. Puto rationẽ diuersitatis esse quia in archiuijs non solent seruari scripture nisi concernentes publicum interesse & in quibus agitur de grauiore preiudicio, ob id ꝙ ratione grauioris preiudicij difficilius fiat extensio extra territorium. secundo consideratur grauius preiudiciũ in scripturis vnius archiuij si vbiq; probent quia difficilius possunt impugnari & reprobari de falso q̃ alie scripture priuatorum, ratione custodie & diuturne occultationis: tertio considero ꝙ in istis scripturis archiuij presupponitur ꝙ

aliunde scriptura sit omnino priuata non confecta secundum solennitatem loci & facilius fit extẽsio in consuetudine exorbitanti aut limitatoria ꝗ in correctoria per ea que no. in l. si cõstante. ff. sol. matri. & in consuetndine quod credatur scripture omnino priuate, illa indistincte non valet vt infra videbimus.

198 SEcundo † sublimitatur dicta quarta limitatio vt non procedat quando ageretur de crimine quia non probatur crimen ex scriptura minus solenni licet reperta in archiuio publico Ias. in cons. xxxiiij. col. pen. in prin. lib. i. Aduerte tamen quia Iaso. non se fundat ex eo ꝙ talis scriptura dicatur minus solennis sed quia per instrumentum etiam solenne & publicum crimen probari non potest Bartol. in .l. in senatus in princ. ff. ad turpil Bald in. l. contra negantem. C. ad legem aquil de quo late per Felyn. in. c. cum in ecclesiis de maio. & obedien.

199 QVInto † limitatur dicta conclusio vt non procedat in scriptura priuata longo tempore obseruata pro publica Alexand. in. d. cõsil. cxxxviij. colum. tertia versic. idem voluit Ioan. and. lib. primo allegat Anto. de Butr. in. d. c. secũdo colũ. tertia versi. octauus casus & seq. de fide instrument. & quod infra dicam nume. cclxxxiiij.

SED aduertendum circa istud dictum quia si Alexã. intelligit de obseruantia scripture pro publica ex eo ꝙ sepius fuerit in iudicio producta & habeat ac obseruata pro publica, non videtur necessarium

ꝙ longo tempore pro tali & publica fuerit obseruata cum ex vnica productione dicatur approbari vt supra late vidimus in materia productionis, nisi dicas ꝙ illud procedit inter ipsas partes secus quoad alios tertios contra quos necessaria videtur obseruantia longi temporis & de ista obseruantia loquitur Alex. in con dxxxvij. lib. vij. Bal. in l. exẽplo. C. de probatio. Bart. in extrauaganti qui sint rebelles in vltima glo. geminia. in consi. xv. reuerẽ de co. fi. circa med. Secũdo modo potest intelligi dictũ Alex. de obseruãtia non ex productione & vsu scripturę sed qa iuxta eius formam & tenorem aliquid fuerit obseruatũ puta in scriptura minus solenni continetur quod titius vendidit Sempronio fundum, reperitur quod sempronius longo tempore tenuit illum fundum prout disponitur in ipsa scriptura, vel producitur testamentum minus solenne, tamen reperitur quod legata fuerunt soluta ad formam ipsius testamenti, quo casu licet certum sit scripturam solennem non esse, tamen veritas facti, an ita actum, sit prout in scriptura continetur, est in dubio Que dubitas, videtur certificari ex obseruantia subsecuta, argu. l. minime & . l. si de interpretatione. ff. de legibus & sic ista obseruantia videtur habere vim testium deponentium super veritate facti quando scriptura, non est solennis & quod ex tali obseruantia detur fides scripture minus, solenni, tradit Cynus. in allegationibus suis,

que sunt inter consilia Bal. post con. cccc. super primo puncto, colum. i. lib. iiij. & dicit Bald. in consil. cccciij. queritur an per solam diffamationem in fin. libr. v. ꝙ instrumenta per sententiam & obseruantiam partium transeunt in perpetuam fidem. Idem voluit Ias. licet premissa non alleget in consil. clxi. colum. iiij. in prin. libr. ij. vbi ꝙ patientia secuta iuxta tenorem precedentis instrumenti non solennis,
200 dat fidem instrumento quia ✝ quando patientia habet aliquod preambulum seu dispositionem precedentem preiudicat & disponit allegat Bald. in .l. licet. C. de iure deliberan. & in rubr. de inuesti. de re alie. facta in vsibus feud. & ꝙ fides scripture non solennis iuuetur ex obseruantia subsecuta scripsi in consi. meo. ci. colum ij. & in consil. clviij. colum. i. Quibus addo text. in l. i. in. l ij. & .l. si veritas .C. de fideicom. vbi ꝙ testamentum minus solenne censetur approbatum ex eius obseruantia & implemento. que iura citat roma. in consi. ccxxij. dubitatur. Sed hoc intellige quando expressa confessio preiudicaret Ideo in testamento non indistincte hoc procederet quia confitens testamentum esse factum sed minus solenniter sibi non preiudicat vt supra vidimus nu. cviij. cxx. ob id non preiudicat obseruantia nisi secundum terminos. d. l. i. ij. & .l. si veritas. C. de fideicom. rursus in ista obseruantia habenda est ratio an quis sciuerit vel ignorauerit ipsam scripturam & defectum eius solennitatis in casibus in quibus toleratur error. iuris per ea que habentur in .l.

si certis annis. C. de pactis & ꝙ ignorans defectum solennitatis non censeatur scripturam approbare tradit Veronensis in consil. liij. colum. v. per text. in l. post legatum in princi. vbi glo. & Barto. ff. de his quibus vt indig. in. l. postq̃ vbi Bald. & Ange. & in. l. legitimam vbi glo. ff. de peti. heredi. tradit Socy. in con. lxxix. colum. v. post med. & seq. lib. iiij. Deci. in consil. ccccccxviij. colum. i.

201 SExtam † limitationem ponit Ias. in repe. d. l. ad monendi colum. xli. versi. adde sextũ casum, quando priuata scriptura reperitur in actis quia fidem plenam facit allegat Bald. in. l. ne in arbitris in tertio nota. per illum text. C. de arbi. sed Ias. refert eundem Bald. in auctен. offeratur colum. pen. C. de litis conte. istud declarantem quando notarius actorum redegit eam in actis & proprio testimonio confirmauit, Idem dicit Iaso. quando priuata scriptura fieret coram iudice & coram & publicaretur, allegat Anto. de Butr. in. d. c. ij. de fide instrum. sed dicit Iaso. fidem tunc fieri propter testes qui interueniunt in publicatione. Addo vltra Iaso. Ioan. de ana. in consi. xl. vbi voluit ꝙ priuata scriptura facta in iudicio probet propter calorem iudicij. si-
202 mile † videmus ꝙ contra mandatum factum in iudicio nihil opponi potest ang. in. §. si autem col. ij. insti. de satisda. per text. in. l. i. C. de satisda. similiter subscriptio duorum notariorum alias necessaria, non requiritur quando actus fit in iudicio Deci. in. c. sicut colum. v. de proba. hyppoli. in rubr.

C.de proba.car.xij.col.iiij.versi.intellige etiam pre dicta rebuffi in tracta.nomina.in.xij.q. prin. num. xvij.pagi.lxxi.Addo dictum Bal. in consi. cxviij. quia plenissime colũ.ij.lib.iij.vbi ꝙ notariatus probatur ex quasi possessione etiam non longi temporis quando fecit quis scripturas in iudicio quia nõ est verisimile ꝙ iudex eum tolerasset pro notario si non fuisset & sic calor iudicij multum addata ro
203 boris addit fidei probatorie.& ista † sexta limitatio vdetur procedere dummodo appareat scripturam factam esse in iudicio per attestationem notarij actorum quo casu non videtur scriptura omnino priuata & solũ speciale videtur in tali scriptura ꝙ non requiritur illa sollennitas de qua in.d.l. scripturas.C.qui potio. in pign. hab. sine testimonio autem notarij actorũ esset absurdũ ꝙ scriptura priuata reperta in actis fidem faceret qa in actis multa producuntur que fidem non faciunt, Ideo oportet ꝙ notarius actorum testetur non ꝙ talis scriptura in actis producta est sed ꝙ apud acta fa
204 cta est & † talis attestatio aut subscriptio notarij actorũ vim habet subscriptionis testium Guido pape.q.clxxv.allegat salice.in.l.ad instructionẽ.C. de epi.& cleri. & licet Guido pape requirat etiam sigillum,illud est in litteris iudicialibus que non recipiunt fomentum a consensu aut rogitu partium secus in scriptura iudiciali que fit de mandato & voluntate partium.

205 SEptima † datur limitatio in libro rationũ scri-

bentis quando continet verisimilia Guil. de cu. in. l. edita. col. iij. versi. sed quero quem effectũ habet. C. de eden. vbi ꝙ libro rationũ tutoris, procuratoris seu negociorũ gestoris creditur cũ iuramento scribentis quando cõtinet verisimilia arg. l. si quis pro redẽptione. C. de dona. & l. per hanc. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. sequit̃ Bal. in. l. i. ante fi. C. de edẽ. & ibi Alex. ante fi. versi. extra glos. & idem Alex. in consi. liiij. col. ij. versi. & tanto magis lib. ij. Deci. in. d. l. i in secundo nota. C. de eden.

SED aduertendũ est circa hanc limitationem ad multa, & primo dũ videtur equiparari tutor, procurator & negociorũ gestor circa fidem librorum, nam videtur ꝙ inter eos magna sic differentia & in primis non videtur bona differentia inter tutorem & negociorum gestorem, quia officium tutoris est necessariũ, gestoris vero negociorũ voluntariũ & magis videtur imputandũ negociorum gestori qui vltro se ad gerendum obtulit cur non cautius sibi prouidit q̃ tutori arg. l. si fideiussor §. qui necessaria ff. qui satisda. cog. Rursus tutoris persona videtur approbata siue a testatore siue a iudice quando sumus in tutore testamẽtario vel datiuo, cuius approbationis ratione fides maior habenda videtur eius scripture q̃ scripture vnius negociorũ gestoris per ea que supra dicta sunt in secunda limitatione & per ea que statim dicam in scriptura procuratoris.

SImiliter non bene videtur equiparari procurator tutori, & minus negociorum, gestori quia

persona procuratoris expresse & immediate approbatur a domino constituente sine ad iudicia sine ad negocia, & dominus constituendo procuratorem videtur confessus de eius & legalitate ob id scriptura vnius procuratoris sic approbati. maiorem fidem videtur facere & plene videtur probare pro scribente contra constituentem cum iuramẽto ipsius scribentis. & ita hac ratione in libro prepositi negociationi exercende decidit Pau. de castr. in consil. cccxiiij. omisso primo colum. ij. circa med. lib. ij. allegat nota. in. l. fi. §. in cõputatione super gl. in versi. approbauerit. C. de iure delib. & l. fi. §. vt autem. C. de bonis auto. iudi. pos. l. theopompus in arg. ff. de dote prelega. Ad idem facit quod Socy. scribit in consil. ccxci. colum. viij. in fi. versi. preterea etiam predicta comprobantur libr. ij. vbi ꝙ scripta a communi institore continentia data & recepta presumuntur scripta de voluntate et mandato sociorum quia presumitur pro institore deputato & approbato ipsis partibus.

206 SE cundo aduertendum ✝ in libro administratoris puta tutoris curatoris & similium quorum persone nõ ita immediate a parte approbantur, ꝙ non simpliciter videtur fidem facere etiam in verisimilibus & cum iuramento, quid enim si agatur de magna summa, certe si in magnis fidem faceret, occasio videretur prestari delinquendi & pupillos aut adultos spoliandi & sic dictum illud Guil. de cu. in. d. l. edita restringendum videtur ad summas

paruas aut mediocres non etiam intellig[e]ndum in summis magnis que res arbitrio iudicis committi videtur, ita Alexand. in consi. vltimo col. iij. versi. consideratur etiam aliud lib. vij. & in expensis magnis q non probentur libro rationum administratoris tradit Ang. de cast. inter consilia calca. in cõs. xciiij. versi. quantum vero ad secundum de expensis Bald. in. l. id quod pauperibus ante fin. versi. ij. quero & in. l. nulli colum. iij. in fi. versi. ex predictis sequitur determinatio. C. de epi. & cleri. quem refert & sequitur Pau. de cast. in consil. ccci. ad bene examinandum in tertio dubio lib. i. Deci. in. d. l. in secundo nota. C. de edendo & in. d. ca. ij. colum. v. circa med. versi. eodem modo de fide instru.

SED considera circa istas summas magnas q immo videntur probari libro rationum si sunt verisimiles ex eo quod scribit Barto. in. d. l. fi. §. in computatione colum. i. versi. vltimo possumus dicere. C. de iure deliber. vbi q etiam expensam magnam iudex taxat inspecta qualitate cause in qua expenditur prout etiam dicitur de expensis litis, si iudex taxat expensam magnam secũdũ qualitatem cause quid aliud importat qualitas cause q̃ ipsa verisimilitudo, si enim qualitas cause ob quam expensum sit non suadeat tantam expensam, quanta in libro descripta sit, iam liber dicitur continere expensam non verisimilem. & q Bart. valuerit expensam magnam probari libro rationũ quando est verisimilis, adduco Socy. in consi. lxxxij. colum. vij. post

med. libo.vij. vbi Socyn. allegat Bartol. in. d.§. in computatione velle expensam probari assertione tutoris quatenus est verisimilis per .l. fina. C. de alim. pup. pre. & tamen dum Bartol. allegat. d.l. fin. loquitur in ista expensa magna. ob id tota vis consistere videtur in ista verisimilitudine an sit vehemens aut leuis Quid enim si administrator scripsit in libro se dedisse annulos aut iocalia pro sorore pupilli aut adulti etiam magni valoris & hoc sit multum verisimile secundum qualitatem personarum & consuetudinem regionis & ipse administrator sit persona legalis & fidedigna vel quid si etiam de summis magnis administratores instrumenta fieri facere non consueuerũt, Certe isto casu cessare videtur fundamentum Bal. in.d.l.id quod pauperibus & .d.l.nulli.C.de epi.& cleri.vbi voluit imputandum esse administratori cur non curauerit instrumentum fieri de summa
207 magna nam † dico culpam administratori imputandam non esse si id non egit quod ab alijs fieri consuetũ non est sed satis est ꝙ imitatus fuerit consuetudinem aliorum omnia describendo in libro rationum l si pignore.§.fi.vbi Barto.ff. de pigno. actio.Pau.de cast.in consi.cccexxiij.quia scio colũ. pen.post med.lib.i.vbi ꝙ sufficit fieri quod ab alijs consuetum est fieri & in pulchro casu tradit Anchar.in consi.cccxlviij. pro decisione Ioan. de ana. in consilio. lxxi.columna tertia Areti. in consilio. xxxi.considerata columna. fin.versicu. preterea vt

in facto Corn. in consilio. cviij. columna tertia versiculo nec etiã obstat quod plures lib. primo & in consilio. xxviij. lib. tertio cum simil. & in terminis expense magne quod probetur libro rationũ administratoris quando de ea instrumenta fieri non consueuerunt tradit Corn. in consilio. lxxxi. colũ. pen. post med. lib. quarto ad idem facit abb. in consilio. xxxvi. columna fin. lib. secundo vbi quod liber rationum probat pro scribente in his de quibus instrumenta fieri non consueuerunt.

208 CONsidero † etiã circa magnitudinẽ cause aut expensarum quod illa probatur solo libro rationum cum iuramento scribentis quando talis expensa probatur verisimilis ex euidentia operis puta testator mandauit construi capellam quam tutor edificari fecit vel domus minoris, refecta est, euidentia enim edificij satis arguit veritatem ipsius libri ita Bald. in. d. rubr. C. de fide instrumento. columna. x. versiculo sequitur videre, quid si ex alio expensa magna sit verisimilis & ex alijs coniecturis, certe idem iuris videtur statuendum vt ibi, per Bald. & verisimilitudo est illa que totum facit siue expensa sit parua, siue magna, bene fateor quod verisimilitudo, maior desideratur, in expensa & causa magna quàm in parua.

209 NON omitto † circa dictum Bal. in. d. l. id quod pauperibus & in. d. l. nulli. C. de epi. & cleri. ꝙ ex eo videtur impugnari dictum Pau. de castr. in. d. consi. cccxiiij. libr. ij. vbi voluit standum esse libro

institoris etiam pro eo aut in eius fauorem contra dominos cõstituentes quasi eius fides censeatur approbata, nam Bald. in. d. l. nulli ex hac ratione primo arguit in fauorem executoris ꝙ eius assertioni & libro rationum credatur quasi eius conscientie totum commissum sit & tamen contrarium determinat Bald ꝙ immò ei non credatur in summis magnis sed ꝙ ei videtur imputandum cur non super magnis instrumentum fieri curauerit. Solutio dici potest ꝙ data paritate terminorum nulla sit repugnantia inter dictum Bald. & Paul. quia aut est in vtroqꝫ consuetudo ꝙ de magnis fiant instrumẽta & idem in vtroqꝫ videtur dicendum Aut est consuetudo contraria quod non fiant instrumenta & idem similiter ius aut nulla probetur consuetudo & tunc forte dictum Bal. videtur verius etiam in institore, nec obstat approbatio domini preponentis eum quia licet approbetur persona, non tamen censetur approbatum eius dictum & scriptura vt habetur in. l. si quis testibus. C. de testibus, Prete-

210 rea † constitutio institoris censeri debet facta secundum dispositionem iuris communis & prout ius commune disponit. l. quero. §. inter locatorem ff. locati. l. gallus §. quidam recte. ff. de lib. et posthu. l. si duo vbi Bald ff. de acq. heredi. c. ex litteris de cõstitu. c. sedes de rescript. c. venientes de iureiurand. Barto. & doct. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. Bald. in. l. precibus colum. xij versi. procedo vlterius & quero. C. de impub. calderi. in consi. xi. in

fi. in

fi. in titu. de feudis. Itaque si ius commune disponit quod administratores de rebus magnis instrumenta conficcerent, secundum ipsius iuris formam debet institor facere, cum aliter approbatus non dicatur quam ius disponat.

21 TErtio principaliter † aduertendum pro declaratione huius septime limitationis quod in casibus in quibus liber rationum administratoris probat, illud videtur intelligendum dummodo scribens sit persona fidedigna Bald. in d. l. vnica colũ. iij. C. de confessis Alexan. in d. consil. vltimo colũ. iij. lib. vij. Socy in consil. clxi. colũ. ij. versi. nec obstat si dicatur lib. ij. & pro hoc facit, nam stante statuto quod credatur iuramento alicuius, oportet iurantem esse omni exceptione maiorem dictum est Anto. de Alexan. in l. qui accusare col. ij. C. de edendo sequitur Deci in consil. xxxvij. col. iiij. versi. iij. principaliter, ob id infamis infamia facti non gauderet beneficio huius statuti Felyn. in c. fi. col. i. de testibus sequitur hippa in d. l ij. col. iij. ante med. ff. de damno infec. illud etiam dictum Anto. de Alexandro sequitur Iaso. in repe. d l. admonendi colum. cvij. versi. xxxvi. istud iuramentum. Similiter licet stetur assertioni iurate eius a cuius animo aut consciẽtia quid dependet, istud intelligitur dummodo iurans sit bene fame glos. in c. significasti, in versic. si ita est de homicidio. Bald. in l. falsus. colũ. iij. C. de furtis Ias. in §. sed iste col. xix. nu. xcvi. inst. de actio.

22 QVarto † procedit ista septima limitatio con-

295 cernat earum fauorem tantum, Ideo † potest quis conuenire de stando dicto sui aduersarij vt habetur per Barto. in. l. fi. ff. de pretor. stipula. Bal. Alex. & moder in. l. iusiurandum quod ex conuenctione in prin. ff. de iureiuran. Alexan. in consil. liiij. col. i. in consi. lxvij. colum ij. post med. versi. faciunt no. plene & in consi. ccij. libr. ij. sed dando potestatem arbitratori ꝙ procedat & iudicat de facto & sola facti veritate inspecta, videtur remissa illa sollennitas & ꝙ posset arbiter pro eius conscientia pronũciare si illa ad veritatem pertineret Aut si arbitrator facti veritatem ipse notam non haberet ꝙ posset testibus credere quos certos & veridicos videret licet non ita plene deponerent & ꝙ etiam scripture priuate alicuius fidem maiorem haberet ꝙ̃
296 alius iudex secudum premissa, videmus enim † ꝙ iudex etiam qui non potest iudicare sola veritate

facti inspecta sed secundum allegata & probata .l. illicitas .§. veritas.ff. de offi. presi.potest tamen ex causa testibus etiam non plene deponentibus fidem habere Barto.& doct.in.l.lucius .ff. de infamibus, Ideo potest iudex fidem plenam adhibere testibus singularibus, si ex eis inducat̃ ad credulitatem Pau. de castr.in.d.l.admonendi colum.vij.& in.d lucius quod dictum pro eleganti refert & sequitur Socy. in consi.cclxij.colum.v.ad fi.versi.& pro certo lib. ij. Veronensis in cons. iij. in fi. Deci.in consi.clxiij. colum.ij.ij.versic.& per hoc non obstat ꝙ confessiones & in consi.cccclxiij. in fin. Curtius iunior in consi.cvi.colum.i.post med.& colum.iij.ante med. iusta autem causa credendi est integritas & legalitas personarum Deci.in.d.consil.cccclxiij.in fin.marsilius in consil. xxxix. colum.iij.in fin. & in consil. lxxiij.col.iij.circa med. Addo aliam causam quando deponerent verisimilia per dicta supra numer. ccxiiij.& nu.ccxvi.arguendo ab appositis.

297 NONA † datur limitatio in scriptura priuata facta in lapidibus aut columnis quia fidem plenam facit in antiquis licet scriptura priuata in antiquis solum faciat probationem semiplenam & sic quando talis scriptura priuata est in loco publico & manifesto, in antiquis plene probat glo.in.d.c. cũ causam de ꝓbatio.per tex.in.c.sane colum. ij. xxiiij.q. ij.vbi text. loquitur de scriptis sanctorũm patrum predecessorum in dictis idest columnis vt ibi exponit glo.idem tenet Specu.in titu.de probatio.§. vi-

dendum restat versi.nono per libros, Bal. in consi. cccx.an patronatus lib.v.ubi ꝙ ex talibus litteris ꝓbatur ius patronatus sequitur Deci.in cons.cxxxv. post princ.Idem tenet Imola in consil lx. latius calca.in consi.xc.colum.ij Sed Bart.in.l.i.in prin.ff. de bon.pos.secun tabu.hoc intelligit quando tales litterē essent sic scripte aut incise de partium uoluntate sequitur Felyn.in.d. cap. cum causam colum. secunda de probatio. per text in .l. monumentorum .C. de religio.

SED ad.d.l.monumentorum respondet Bald.in.d. consi.cccx. ꝙ loquitur in scriptura facta de recenti non de antiquo. ¶ Secundo respondent Bartol. & Bal.in.d.l.monumentorum quod illa.l loquitur in casu certo in quo apparebat illam scripturam factam in monumento non fuisse appositam de uoluntate eius, ad quem negociū pertinebat, Sed in casu dubio ꝙ presumitur facta de uolūtate partis.

EX hac secunda responsione Bartol. & Bald. infertur ꝙ talis scriptura incisa in lapide aut columnis plene probat etiam in non antiquis quando nō apparet eam factam cōtra uoluntatem domini quod etiam voluit calca.in d. consil. xc. colum. secunda ubi quod saltem inducit presumptionem donec probetur contrarium Immo sine dubio uidetur quod inducat semiplenam probationem in antiq. non antiquis, si enim in antiquis plene probat, ergo in non antiquis videtur semiplene probare. & ratio diuersitatis inter talem scripturam priuatam

incisam in lapidibus aut columnis & alias scripturas priuatas est, quia talis scriptura in lapidibus aut columnis publice omnibus apparet & inducit notorium vt dicunt Bartol. & Bald. in. d. l. monumentorum calca. in. d. consil. xc. colum. secunda ob id imputandum videtur ei de cuius preiudicio agitur, cur non contradixerit.

ET sine dubio probant tales littere incise in lapidibus aut columnis etiam in factis recentibus quando non agitur de preiudicio tertij puta quod ecclesia fuerit consecrata Innoc. in rubr. de consecra. eccles. vel alta. Idem quando agitur de preiudicio tertij non tamen magno prout in questione confinium glos. in. d. c. cum causam Geminia. in consi. c. colum. ij. circa med. & colum. iij.

298 VI so † de scriptura priuata an probet in antiquis & non antiquis, posset dubitari de scriptura omnino non priuata puta quia sit scriptura notarij, tamen defectuosa quia careat aliquibus sollennitatibus, an illa probet, Breuiter si sumus in facto recenti & notarius ad huc viuit, talis scriptura nihil probat sed imputatur parti producenti cur non adeat notarium, & redigi eam faciat in formam legitimam. si vero notarius mortuus est, tale instrumentum defectuosum probat semiplene Bartol. & doct. in dicta. l. admonendi colum. viij. versicu. quero quid si in instrumento reperitur defectus; sequitur Anto. de Butr. in capit. fin. de iureiurand. Alexandr. in. l. de pupillo

§.qui nunciat colum.ij.versi. non omitto tamen .ff. de operis noui nuncia.in consil.lix.colum.ij. in fin. versic.nec predictis etiam obstat si diceretur libr.ij. & in consil.clxxxvij.libr.vij.Iaso.in.d.l.admonendi colum.xix.versi.quartus & vltimus & in repe. colum.lxiij.versi.iiij.& vltimo querit Barto.nume. cxxxij.Corn.in consil.xxij.colum.iij.lib.iij.Est verum ꝙ Bald.in consil. clxxix. instrumentum in finalibus verbis libr.iij. dicit ꝙ tale instrumentũ defectuosum aut minus solenne facit indicium sed ibi non aperit de vita vel morte notarij Ideo quod dicit de indicio, posset procedere viuente notario quia eo mortuo non solum facit indicium sed semiplene probat vt etiam supradictũ est nu.ccxxiij.

299 EX premissis † videtur inferri ꝙ tale instrumẽtũ minus solenne plene probet in antiquis, si enim mortuo notario probat semiplene etiam in facto de recenti, ergo in antiquis deberet plene probare, Quod ipsum vtiqꝫ concederem si habeat testes signum & subscriptionem notarij licet careat aliqua alia solennitate puta indictione loco aut die quando questio non esset in tempore aut loco, si vero careat signo aut subscriptione notarij vel testibus, apparet ꝙ est scriptura omnino priuata, ob id idem dicendum quod in scriptura omnino priua-

300 ta sicut † dicitur de scriptura priuilegij antiqui ꝙ non probat qñ sigillũ est corruptum aut nõ bene apparet alias mille fraudes cõmitti possent.c. inter dilectos de fide instru.Socy.in consi.cclviij.col.iij.

versi.preterea & secundo respondetur libr.ij. & di xi in consil.xlvi.colum.ij.circa med.videtur autem instrumentum minus solenne sine dubio probare etiam in non antiquis, quando reperitur in archiuio publico Corn.in consil.clxxi.colum.fin.versic. quantum autem ad exemplum libr.i.

301 QVID † in instrumento cuius originale non inuenitur, sed insertum reperitur in priuilegio principis, an fidem faciat, Dic q non nisi fuerit insertũ de consensu partis aut ea legitime citata vt habetur per moder.in.c.venerabilis vbi Deci.colum.fin. de confirma.vtili vel inutili. Cessante autem consensu aut vocatione partis an probet in antiquis vel recentibus recurrendnm est ad ea que supra diximus circa verba enunciatiua principis & intellectum clementi.i. de probatio.

VISO in hac prima parte huius tractatus, an verba enunciatiua, an scriptura priuata probet in an-
302 tiquis, videndum † est de fama an in antiquis plene probet, etiam vbi agitur de graui preiudicio puta de probatione dominij, Dic q sic Innō.in.c. veniens de verbo.signi.Bald.in.l. proprietatis in fi.C. de proba.cũ simil. vt Alexand. tradit in consil. iiij. colum.v.versi.potest alius modus seruari libr. ij. in consil.xv.colum.i.in consil.xxiiij.colum.fin.libr.v. & in cōsi.ci.quarto dubio libr.vij.Aret.in cōs.xv. colum.iiij.calca.in consi.xi.colum.v.in prin. Corn. in consi.xlviij.colum.ij.post med. libr.iiij. decius in d.c.cum causam in .ij.nota.de proba. in .c.i. col.iij.

in fi.de appella.in consi.xlij.colũ.ij.in consi.cxxvi. colum.ij.in consil.cxlvi.colum.v.in consil. clxxiiij. colũ.ij Ias.in repe.d.l. admonendi colum. lxxxvij. versi.limita.tamen singulariter in .d.l. cum aliquis colum.fi.versi.confirmo & tertio .C. de iure deliberan.& in consi.cxxviij.colum.ij.libr.i.

C O ntrarium ꝙ Immo sola fama non plene probet in antiquis nisi concurrant alia adminicula tenet Corn.in consi.ccciij.colum.v.versi. his tamen non obstantibus lib.iij.vbi ꝙ solum plene probat in his que sunt notoria seu pro notorijs habentur de antiquo ita ꝙ communis omnium opinio sine aliqua contradictione ita habet puta mortem christi redẽptoris humani generis,donationem factam ecclesie per cõstantinum imperatorem vel si presens status rei,correspondeat dominio de preterito vt quia de presenti probatur possessio.x.xx.xxx.aut.xl. annorum, nam ex ista possessione coadiuuatur possessione & dominiũ de preterito, secus si volo simpliciter probare per famam ꝙ talis res fuit talis sine alia adminiculo presentis possessionis vel communis omnium opinionis que notorium inducat, Aliud etiam adminiculum considerat Corn.vbi supra quando appareret de aliqua emptione facta per eum,de cuius dominij antiqui probatione agitur , dum respondet ad glos. in .d.l. proprietatis in verbo legitimis

S E D contra Corn.dicit communem opi. esse decius in.d.c.i.col.iiij.de appella. Sed aduerte vltra Deci.

nam Corn. non negat ꝙ si produceretur titulus acquisitionis illius, de cuius dominio agitur & probaretur dominium eius per famam, ꝙ talis fama consentiens & correspondens tali titulo, plene probet, hoc enim vult glo. fin. in d. l. proprietatis, ergo idem si producatur titulus alienationis facte per eũ de cuius dominio queritur, siue inter viuos siue in vltima voluntate, par enim videtur ratio & sic semper erit verum dicere quod fama coadiuuetur alio adminiculo, nec fere tractatur de probando dominium alicuius de antiquo, nisi vt probetur veritas & effectus eius tituli siue in acquirendo siue in alienando.

303 SED quero † hic an ista probatio dominij antiqui per famam sufficiat ad probandum dominiũ etiam de presenti, puta volo probare ꝙ sum dominus huius domus, nihil probo de possessione mea ꝙ ego possederim per tempus sufficiens ad prescribendum saltem iuncto tempore autorũ meorum, sed tantum probo de dominio autorũ meorum per famam in antiquis, an ista probatio sufficiat, Abb. in. c. veniens el i. & in. c. licet ex quadam de testib. tenet ꝙ non contra Anto. de Bu. Ideo dicit Abb. si probo ꝙ sunt iam mille anni quibus domus tua fuit ecclesie consecrata, hoc non sufficit ad domum tibi auferendo, cum non probetur ius ecclesie de presenti, sequitur Corn. in consil. xxxv. colum pen. libr. i. in consi. xix. col. ij. circa med libr. ij. in consil. cxlij. colum iij. circa med. versicu. nec

obſtat ꝙ facta libr. iij. latius in conſil. xxiiij. colũ. ij. & in conſil.cxxx colum.ij.libr iiij.

SED contra Corn. dicit communem opi. eſſe decius in.d.c.i. colum iiij. de appella. & latius tradit idem decius in cõſi.ccccxxviij.& ibi ꝙ Areti.in.d.c. Veniens el.i.colum pen. de teſtibus reſpondet rationibus que in contrarium adducuntur. Rippa autem in.l.rem que nobis colum.pen. in fi.ff. de acq.poſſ. videtur concordare opi. diſtinguendo ꝙ aut preſens ſtatus repugnat dominio de preterito , puta ſi dicatur ꝙ res prophana olim fuerit conſecrata eccleſie,nam preſens ſtatus repugnat , & non probetur dominium de preſenti ſed tantum de preterito per famam,aut preſens ſtatus non repugnat & tũc probetur etiam dominium de preſenti . ſed iſta diſtinctio videtur contra doct. communiter nam qñ probatur de dominio auctorum meorum in antiquis,& modo reperitur res apud aduerſarium,nõ habentem cauſam ab eis, preſens ſtatus ſatis videtur antiquo repugnare & tamen doct. communiter tenent probationem dominij de antiquo ſufficere etiam de preſenti,modo preſens meum dominium preſcriptum non ſit ab aduerſario. ob id illud ſolũ puto conſiderandum an cum iſta repugnantia preſentis ſtatus cum antiquo, concurrat preſcriptio vel non quia ſi concurrat preſcriptio fruſtra tractatur de antiquo domino quod per cauſam preſcriptionis perditum dicitur. Que tamen conſideratio ceſſaret in re eccleſie conſecrata quia res ſacra poſſideri

non potest, ob id ne prescribi quidem. §. sed aliquã do insti. de vsuca. Ideo si probatur per famam rẽ olim fuisse ecclesie consecratam, talis probatio videtur sufficere quoad ius de presenti, licet aduersarius lõgissimo tẽpore eam vt prophanã possederit.

PO ssem in materia fame qualiter probari debeat & de eius effectibus quasi volumen in farcire, sed non interimo permittitur tempus, tum etiam habetur eius materia in locis vulgaribus, plura etiam de fama cõsulendo scripsimus tam in cõsilijs iã proditis q̃ alijs quandoq; in lucem duo auspice exituris.

304 VISO † de fama in antiquis an & quomodo probet, videamus de testibus, in quare sciẽdum est ꝙ in antiquis admittuntur testes deponentes de credulitate & plene probent. c. quotiens in fi. in versi. accepisse a maioribus suis & credere de testibus Abb. in. d. c. licet ex quadam eod. titu. Alexand. in consil. clxxxvij. colum. fin. libr. ij. Iaso. in rubr. ff. de iureiuran. colum. iiij. circa med. versic. iiij. & vltimo in consil. lxv. colum. pen. circa med. libr. iij. & in consil. clxvi. colum. iij. post med. libr. iiij.

305 SI militer † in antiquis testimonium de auditu & de auditu auditus plene probat. d. c. licet ex quadã vbi late doct. Alexan. in. d. consil. clxxxvij. colum. fin. libr. ij. Areti. in consil. xxxvii. sequendo ordinẽ in secundo dubio Socy. in consi. ccv. colum. ij. in fi. versicu. iiij optime ad propositum libr. ij. Iaso. in consi. cxxviij. colum. ij in princ. libr. i. in. d. consil. lxv. colum. pen. circa med. libr. iij. & in. d. consil.

clxvi. colum. iij. post. med. libr. quarto.

SED aduerte circa istud testimonium de auditu in antiquis, quia non puto ꝙ plene probet vbi agitur de graui preiudicio, nisi ex tali testimonio inferatur ad probationem fame, in fama necessario inest testestimonium de auditu, et ita tenet Abb. post hosti. & Io. and. in .d.c.licet ex quadam quod tamen Areti. in consil. ciij. colū. ij. reliquit indecisum Idem sentit decius in consil. cxlviij. ante fi. versi. nam quando de tanto tempore, dum loquitur copulatiue de fama & auditu. Bene dicit Deci. ꝙ ad probandum prescriptionem tanti temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium, sufficiunt testes de auditu, sed in prescriptione coadiuuatur probatio ex possessione de presenti per dicta supra circa probationem per famam. & ꝙ solum testimonium de auditu nō sufficiat etiam in antiquis, probari videtur sit, doct. communiter concludunt ꝙ dominium in antiquis probatur per solam famam vt supra dictum est, fama autem debet legitime probari secūdum doctri. Bar. & doct. in. l. de minore. §. plurium ff. de questio. Ergo infertur necessario ꝙ testimonium simplex de auditu non sufficeret, nam si sufficeret, non esset necesse famam plene probari cum (vt dixi) in probatione fame insit testimonium de auditu necessario, Ideo Corn. in consi. cccxxxiij. col. vi. versi. iuuatur itaqꝫ communitas campli libr. i. dicit ꝙ in antiquis admittitur quandoqꝫ testimonium de auditu quasi dicat nō semper. & vbi suf-

ficeret testimonium de auditu simpliciter sine alia probatione fame illud est in his que de sui natura sunt difficilis probationis prout est probatio parentele aut consanguinitatis in terminis .d.c. licet ex quadam quo casu videtur sufficere testimoniũ de auditu tantum sine alio adminiculo dummdo deponant testes ad formam.d.c.licet ex quadã Corn. in consi.lxxviij.colum.iij. post med. versic. his tamen non obstantibus lib.iij. secus vbi ageretur de probatione dominij aut alterius iuris preiudicialis cuius probatio de sui natura non est difficilis quia tunc sine dubio testes de auditu tantum non sufficeret nisi concurrat probatio fame aut aliud admi-
306 niculũ.fortius ✝ voluit Paul.de cast.in consi.lvi. super primo quesito colum ij.post med lib.i.quod text.in d.c licet ex quadam solum procedat quando agitur de probanda parentela aut consanguinitate in causa matrimonij non etiam si ageretur de cõsanguinitate ob causam alicuius successionis aut hereditatis & sic Pau.directo contrariatur Corn.in d consi.lxxviij.col.iij.post med.lib iij.vbi Corn.dicit probari consanguinitatem per testes de auditu licet agatur de hereditate.quod dictum videꝛ confirmari ex eo quod dicitur quasi possessionem filiationis sufficere etiam vbi agitur de hereditate obtinenda Pau.de ca in cõsi.cli.lib.i & in cõs.cccxcij.col fi. lib.ij.Cor in cõs.i.col.x.ĩ fi.lib.iij.Deci.ĩ cõs.liiij.co. fi.tñ doc.cõueniũt in hoc ꝙ excepta cã cõsanguinitatis aut parentele, testimoniũ de auditu nõ sufficit.

SED multa super hoc dici possent quia Deci. fuit sibi contrarius in consil.cccxxi.colum.pen.

307 ET aduertendum † ꝙ ad hoc vt probetur consanguinitas per testes de auditu, debent concurrere duodecim requisita que enumerantur in .d.c. licet ex quadam Paul.de castr. in.d. consi.lvi. colum.ij. post med.libr.i.Socy.in consil.xlvij.colum.iij.in fi. libr.iiij.Corn. in consil. cxlvi.libr. iij. & circa illud requisitum ꝙ testes debent deponere se dici audiuisse post litem motam, addo ꝙ si testes deponerent se dici audiuisse post litem motam, non facerent etiam presumptionem Deci in con.lxxxij.col. i.allegat Archid.in.c.i.xxxv.q.vi. vbi vero sumus non antiquis testimonium de auditu licet non probet.l.testium.C.de testibus.c.tam litteris de testibus c.inquisitionis de accusa.tamen transfert onus probandi in aduersarium archid.in.c. hoc videt. xxij. q.v.quod dictũ pro mirabili refert & sequitur roma.in sing.cccxli.testimoniũ de auditu Deci.in cõsi. cclxxij. colum.ij. circa med. & in consil. cccccxcv. colum.i.in fi.addo Socy.in consil. ccxcv. colum.ij. circa med. versi.ij. principaliter libr.ij. & vltra Socyn. & decium addo Bald. in consil. ccxix. testes colum. ij.libr.iiij. Curtium senniorem consi. lxx. colum. ij. circa med.

SED aduerte quia non sine causa roma.in.d.singulari.cccxli.reputat hoc dictum mirabile quia videtur continere iniquitatem si ita simpliciter intelligatur nam pone ꝙ persone a quibus testes dici audiuerunt

runt agant in humanis & possint examinari, nonne videtur durum q testes deponentes de auditu faciant talem presumptionem que onus probandi
308 transferat in aduersarium, immo † isto casu presumptio & suspitio videtur contra partem producentem testes cur non eos produxerit & examinari fecerit qui verisimiliter facti veritatem magis intelligerent & a quibus alij dici audiuerũt, Pro hoc quod scribit Areti. in consil. xiij. colum. vi. ver. preterea cum in matrimonio & in consil. lxxxij. colũ. iij. versi. nisi forte obstaret vbi q suspitio est contra partem que paucos testes sibi magis amicos fecit examinari super eo in quo dicitur multos fuisse presentes. ob id istud dictum videtur intelligendum mortuis autoribus testiũ idest personis a quibus testes audiuerunt vel eis longe adeo absentibus q examinari non possint, Alias istud dictum videtur durum & abhorens a iuris ratione & equitate. ¶ Nec dicatur istud dictum intelligi per doct. quando testes deponerent de auditu a parte quia tunc tractaretur de confessione extraiudiciali que presente parte plene probat, ea vero absente semiplene vt habetur in. d. l. admonendi.
309 VNum † etiam omittendum est in hac materia testimonij de auditu, q tale testimonium quia fundatur in iure speciali prosternitur si testes in aliquo deficiant Raph. cuma. in consi. lxxvij. visis libello colum. ij. versi. ad quartum, quod dictum pro notabili refert & sequit̃ Curtius Iunior in consi. xvij

in prin. vbi idem dicit in probatione fame & allegat in arg. text. in l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. mili. vbi quod ius speciale facilius tollitur quam ius commune tanquam debilius. Addo vltra Curtium Anchara. in consil. cxciiij. in causa & questione Ioannis colum. ij. versicu. non est etiam verisimile vbi quod de facili inueniuntur testes qui dicant sic & sic audiuisse & sic sentit Aanchara. quod tale testimonium de auditu non solum sit debile sed etiam multum suspectum & hoc dictum Anchar. optime videtur facere ad id quod supra proxime dixi quod testimonium de auditu non videtur inducere presumptionem que onus probandi transferat in aduersarium quando supersunt persone a quibus dici audiuerunt.

310 QVero † etiam in premissis & ad intellectum premissorum, in casibus in quibus admittitur testimonium de auditu vel ad plenam probationem vel ad presumptionem quo casu necesse est quod nominentur persone a quibus testes dici audiuerunt vt habetur in. d. c. licet ex quadam de testibus, an sit necesse quod testes dici audierint ab eisdem personis, aut sufficiat quod a pluribus & diuersis personis dici audierint, Corn. in consil. lxxviij. colum. i. in fi. lib. iij. quod non nocet diuersitas personarum a quibus auditum sit.

SED contrarium tenet Alexan. in consil. lxxxij. col. ij. versi. preterea secundum hosti. libr. i. vbi quod testes dicuntur singulares quando dicunt audiuisse a di-

uersis personis allegat hosti.& Ioan.and.in.d.c. licet ex quadam sequitur Deci. in consil. cccxxi. colum. iiij.in fi.& ista opi. magis placet maxime quia, vt dixi, istud testimonium de auditu valde fundatur in iure speciali Ideo specialia non sunt multiplicanda.l.i.C.de,dotis promis & quia alias dicit Ancha. in.d. consil. cxciiij. de facili possent inueniri testes qui dicerent se audiuisse vnus ab vno alter ab altero & sic deinceps.

§ 21 AMplius † circa materiam testium in antiquis sciendum est quod admittunt in antiquis etiam testes domestici etiam vxoris alijs deficientibus probationibus Bald.in.c.i.§.vasallus circa fin. si feudo fuerit controuer.inter domi. & agna per text. in .l.ij.C. quan.& quibus quar. pars libr.x. sequitur Bertachinus in prima parte sui repertorij in verbo domesticus versic.xxiij cuius dicta ad verbum transportauit aufrerius in decis.tolosa.q iiij.

SED aduertendum circa hoc dictum, nam aut queritur de testimonio domesticorum per sensum corporis alium quam auditus puta quod ipsi domestici sciant factum per visum aut auditum proprium si sit questio de probando aliquam confessionem extraiudicialem, & istud videtur impossibile, quia in materia probationis antiquum dicitur quod excedit centum annos, vt supra dictum est ab initio, huius prime partis tractatus, Ideo oporteret rem probari per domesticum. excedentem annos decem supra centum quotusquisque enim

312 inueniatur qui perteniat ad id etatis. Aut † que-
ritur de testimonio domesticorum per auditum au
ditus & sic per auditum alienum in casu quo tale
testimonium admittitur, & tunc posset procedere
dictum Bald. in his que in domo tantum fieri con-
sueuerunt & que per alios sciri non possunt quo ca
su testimonium domesticorum admittitur etiam in
non antiquis modo deponant concludenter per
sensum corporis aliter q̃ per auditum alienum .l.
consensu. C. de repud. vbi Bald. Bart. in .l. si quan-
do colum. fin. C. vnde vi Alexan. in consil. xxiiij.
colum. iij. post med. versi. pro hoc benefacit libr. ij.
Immo in talibus testes domestici preferuntur alijs
tanq̃ melius scientes veritatem facti. l. quotiens vbi
Barto. C. de naufra. lib. xij. Areti. in consi. xiij. viso
colum. vij. versi. venio nũc ad quintum, sed in alijs
que per alios etiam non domesticos sciri possunt
non puto admitti testimonium domesticorum, &
sic dictum Bald. videtur restrigendum in his que ni
si per domesticos de facili sciri non possunt prout
in casu in quo loquitur Bald. ad sciendum an aliqua
bona fuerint possessa tanq̃ feudalia.

313 Amplius † considero ꝙ Bertachi. & aufrerius
male videntur intellexisse Bal. in. d. §. vasallus quia
Bald. ibi non dicit ꝙ admittatur testimonium do-
mestici pro domestico in antiquis Immo sensus
Bald. videtur ꝙ in istis antiquis quando agitur de
probando bona esse feudalia, poterunt interroga-
ri domestici contra domesticum vt cogantur de-

ponere an talia bona fuerint possessa tanq̃ feudalia in subsidium, nam Bald. in specie loquitur de vxore que regulariter cogi nõ põt ad deponendum cõtra maritum. l. ij. C. de testibus sed hoc fallit in subsidium propter inopiam probationum quando veritas aliter haberi non potest Abb. in. c. in litteris in fi. de testibus Alexan. in consil. ij. in vltimo dubio libr. vij. appella tolosa. q. iij. licet secus in marito qui cogitur testificari contra vxorem vt ibi habetur per capellam & in decis. cxxiij. quia non imminet ratio periculi in marito deponente contra vxorẽ que in vxore deponente cõtra maritum. Ad quod respectum videtur habuisse Bald. in. d. §. vasallus vt scilicet in istis antiquis, quorum probatio est difficilis, vxor cogatur testificari contra maritum & domesticus contra domesticum & ꝙ iste fuerit sensus Bald. probatur ex. l. quam allegat in. d. l. ij. C. quan. & quibus quarta pars libr. x. vbi glos. in versi. iurata fide notat ꝙ vxor cogitur manifestare bona heredibus mariti per iuramentum & similiter vasalli feuda, Conuertenda est igitur conclusio ꝙ in antiquis domestici coguntur testificari contra domesticos, Pro eis autem testificari non poterunt nisi vt

314 supra. ¶ Istud † autem ꝙ domestici coguntur testificari contra domesticos in subsidium, videtur intelligendum in his que de sui natura ab alijs sciri non possunt & sic ab alijs probari non possunt, prout in his que fiunt in domo per ea que no. Anto. de Bu. Imo. et doc. in. c. iij. loco de proba. Anto.

de Butr. in consil. xxiiij. questio hec circa fi. vbi testis inhabilis admittitur in subsidium quando res per alios verisimiliter probari nõ potest nec actu nec habitu secus si habitu licet non actu & in terminis coactionis testium ita tradit Alexand. in consil. lxiiij. colum. ij. versi. ij. respondeo lib. i.

315 IN hac † etiam materia antiquitatis non solum admittitur probatio lenior, verum etiam ipsa antiquitas probationem videtur prestare, puta constitutum non operatur nisi probetur ꝙ constituens rem teneret & possideret de tempore constituti Ang. & Alex. in. l. quãuis. §. si conductor. ff. de acq. pos. cum simil. vt per decium in consil. cccc. colum. pen. in princ. Iaso. in. l. quotiens colum. iiij. C. de rei vendi. Istud tamen fallit in antiquis in quibus non est necesse probare possessionem constituentis de tempore constituti, sed illa presumitur Socyn. in consil. clxxxvij in controuersia colum. v. versicu. secunda ratio libr. ij. sequitur Deci. in consil. cccij. colum. iij. versi. non obstat quod non apparet ꝙ possessio, allegat Paul. de castr. in consil. lxxxi. in causa que vertitur inter reuerendum patrem col. ij. in fi. versi. patet etiam ex instrumento lib. ij. vbi ꝙ possessio probatur per instrumentũ antiquum in quo dicit̃ possessionẽ esse apud talem quod Paul. dictũ etiam refert & sequitur idem Decius in cõsi. xxxvi. colum iiij. versi. i. igitur non obstat, Addo Panor. in. c. cũ nobis col. ij. de prescriptio. quem sequitur Curtius iunior ĩ cõsi. xc. col. fi. vbi ꝙ in an-

tiquis possessio põt probari per sola instr̃a. Addo vltra deciũ & Curtiũ Socy.in cõs.cvi.col.ij.libr.iij. vbi idẽ voluit q̃d in.d cõsi.clxxxvij.ꝙ scilicet in antiquis presumit̃ possessio cõstituẽtis de tp̃e cõstituti.
SED aduerte quia istud dictum ꝙ probet̃ possessio ex instr̃o antiquo in preiudicium tertij, videtur dubitabile quando talis possessio afferret graue preiudicium puta quia ex ea inferretur ad probationẽ dominij & istud dictũ eo casu videt̃ contra cõmunem cõclusionẽ doct. supra firmatam ꝙ verba enũciatiua instr̃i non probant contra tertiũ in antiquis siue prolata sint principaliter & directo ꝓpter se, siue incidenter propter aliud, Ideo nõ putarem ꝙ ex simplici constituto in antiquis probetur possessio constituentis, quando per tales cõstitutũ agitur de probatione dominij contra tertiũ quoad plenã probationem, sed semiplena tm̃ inducat̃ probatio que suppleat̃ ex alijs indicijs aut adminiculis iuxta ea que in precedẽtibus dicta sunt de ꝓbatione verborum enunciatiuorũ in antiquis contra tertium.
NEC obstat dictũ Bald. allegatũ per Socy. in dictis consilijs in aucten. quas actiones circa fin. C. de sacrosan. eccles. vbi ꝙ possessio probatur per instrumenta successiue facta super possessione & redditibus per.l. põponius. ff. quibus modis vsusfru. amitta. quia Bal. loquitur in pluribus instrumentis que equipollent probationi fame. vt in precedentibus dictum est, nimirum si ex talibus pluribus instrumentis fit plena probatio quia fama in anti-

quis plene probat etiam vbi agitur de graui preiudicio & de probatione dominij vt supra vidimus. ¶ Non ob. etiam Abb. in. d. c. cū nobis quia Abb. loquitur eo casu quo etiam probaretur possessio in recentibus puta puando in scriptura continetur ꝙ quis missus est in possessionem rei autoritate iudicis ita ꝙ per scripturam notarij apparet ꝙ missus apprehendit possessionem vel quando in rei presentia venditor tradidit rem emptori & de hoc notarius attestatur & quando Abb. loquitur de constituto, presupponit habilia aliunde, idest ꝙ non sit dubium de possessione constituentis per. l. qui testamento in princ. ff. de testam.

316 SED dicet † aliquis, quando producitur instrumentum de antiquo, non videtur necessaria probatio notariatus, sed ille presumitur propter antiquitatem temporis Bald. in. d. aucten. quas actiones circa fi. & infra dicemus, ergo eadem ratione idem videtur dicendum in constituto aut recognitione ꝙ presumatur possessio de tempore constituti aut recognitionis in antiquis ita ꝙ agens ex tali constituto aut recognitione habeat intentionem fundatam, saltem donec probetur de contrario, Respondeo ꝙ magna inter ista videtur ratio diuersitatis, primo quia in notariatu non agitur de presumenda substantia rei sed de qualitate aut solennitate tā

317 tum requisita ad fidem instrumenti que † qualitas aut solennitas facilius presumitur ꝙ̄ substantia arg. no. per Barto. & doct. in. l. certi conditio. §. quo

niam .ff. si cer. pet. vbi quando aliquid non potest probari nisi per instrumentum, eius tamen qualitas probari potest per testes similiter licet rescriptum testibus probari non posset sed scripturam requirat Bald. in l. humanum. C. de legibus & in. l. nec exemplo. C. de falsis moder in rubr. extra de constitutio. qualitas tamen rescripti testibus probari potest c. auditis vbi Abb. in .ij nota. de resti. in integr. Deci. in. c. pastoralis colum. iij. in princ. de rescriptis, sed quando agitur de probatione dominij aut possessionis, dicitur agi de probatione substantie et ipsius negocij principalis. ¶ Secundo respondeo quod lex facilius presumit pro instrumento publico quam pro assertionibus priuatorum aliquid asserentium super dominio aut possessione, ex qua inferatur ad probationem dominij.

315 SED rursus † instabit aliquis, tu dicis quod in antiquis probatur possessio constituentis aut recognoscentis de tempore constituti aut recognitionis semiplene, ergo fortius videris cōcedere quam Socy. & decius qui dicūt presumi talem possessionem in antiquis, Probatio enim semiplena plus videtur in se habere quam presumptio vt habetur in. l. admonendi. ff. de iureiuran. Respōdeo quod respectu transferendi onus probandi in aduersarium plus efficacie videtur obtinere presumptio quam semiplena probatio patet quia iuris presumptio transfert onus probandi in aduesarium l. fi. in princi. ff. quod metus cau. l. nuptura in fi. ff. de iure dot. l. si chirographū. l.

verius &.l.ab ea parte.ff.de probatio .l. generaliter §.si petitum.ff.de fideicom.liber.l.siue possidetis.C. de probatio.c. ex insinuatione de procura.c.vnico vt eccle.benefi. Oldra. in consil. cclxi. in vnionē & in consi.cclxxvij quod Abbas in fi. Calderi.in cōs. v.in fi.in titu.de probatio.& tamen non sic videtur in semiplena probatione quia actor probans semiplene non obtinet licet reus nihil probet nisi sit casus in quo actori deferatur iuramentum suppletiuum . & ꝙ iuris presumptio efficacior sit probatione semiplena, apparet quia iuris presumptio dicitur probatio liquidissima .l. licet imperator vbi glos.& doct.ff.de legat.i.& latius in precedentibus vidimus quod non eque dicitur in probatione semiplena, Quod igitur dicitur presumptionem minus esse ꝙ̄ probationē semiplenā, id vr̄ intelligēdū in presumptione hominis vel in alia leui iuris presumptione de qua per glos.& doct.in.l.si duo patroni in princ.ff.de iureiuran.vbi ꝙ ex sententia inter alios lata sit aliqualis presumptio iuris non tñ talis que onus probandi transferat in aduersarium sed que ceteris paribus faciat obtinere partem pro
319 qua talis presumptio sit.¶ Sed posset † hic dubitari pone quod aliquis habet presumptionem iuris pro se & alius semiplene probat, an sit locus iuramento suppletiuo, Dic quod non quia eliditur semiplena probatio ex presumptione iuris que est cōtra eam.l.i.cum glo.nota.vbi Bar. C. qui & aduer. quos roma.in cōsi.xci. colum.pen. post med.

verius &.l.ab ea parte.ff.de probatio .l. generaliter §.si petitum.ff.de fideicom.liber.l.siue possidetis.C. de probatio.c. ex insinuatione de procura.c.vnico vt eccle.benefi. Oldra. in consil. cclxi. in vnione & in consi.cclxxvij quod Abbas in fi. Calderi.in cõs. v.in fi.in titu.de probatio.& tamen non sic videtur in semiplena probatione quia actor probans semiplene non obtinet licet reus nihil probet nisi sit casus in quo actori deferatur iuramentum suppletiuum . & ꝙ iuris presumptio efficacior sit probatione semiplena, apparet quia inris presumptio dicitur probatio liquidissima .l. licet imperator vbi glos,& doct.ff.de legat.i.& latius in precedentibus vidimus quod non eque dicitur in probatione semiplena, Quod igitur dicitur presumptionem minus esse q̃ probationẽ semiplenã, id vr̃ intelligẽdũ in presumptione hominis vel in alia leui iuris presumptione de qua per glos.& doct.in.l.si duo patroni in princ.ff.de iureiuran.vbi ꝙ ex sententia inter alios lata fit aliqualis presumptio iuris non tñ talis que onus probandi transferat in aduersarium sed que ceteris paribus faciat obtinere partem pro
319 qua talis presumptio sit. ¶ Sed posset † hic dubitari pone quod aliquis habet presumptionem iuris pro se & alius semiplene probat, an sit locus iuramento suppletiuo, Dic quod non quia eliditur semiplena probatio ex presumptione iuris que est cõtra eam.l.i.cum glo nota.vbi Bar. C. qui & aduer. quos roma.in cõsi.xci. colum.pen. post med.

verſi. item procedit dicta regula Iaſo. in repe.l. admonendi colum. ciiij. verſi. decimus nonus caſus & ſic vides fortiorem eſſe preſumptionem iuris probatione ſemiplena.

VIdimus in ſpecie multos caſus in quibus propter antiquitatem temporis faciliores ac leniores admittuntur probationes, ſed non erit inconueniens poſt ſpecialia ſubijcere clauſulam aut concluſionem generalem ꝙ regulariter in antiquis probationes leniores ſufficiunt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. ff.
320 ad legem aquil. Generalis † igitur habentur concluſio ꝙ in antiquis probationes leniores facilioresque ſufficiunt & ſufficit probatio per indicia & coniecturas. l. cenſus & monumenta & quod ibi no. ff. de proba. l. qui ex litteris ff. de bono. poſſ. ſecun. tabu. c. cum cauſam de proba. c. cum olim de cenſibus & vtrobique no. tradit Paul. de caſtr. in conſi. clxiiij. in preſenti cauſa que vertitur vocatur maiore colum. i. libr. ij. Ancha. in conſil. cccx. tres dominij magnifici colum ſecunda verſi & iſte probationes & dicit idem Anchara. in conſil. vltimo colum. vi. in fine tertij dubij quod in antiquis ſufficit probatio preſumptiua & adminicularis, & ꝙ in antiquis ſufficiat probatio per indicia, tradit calca. in conſil. viij. colum. v. ante med. Idem voluit Iaſo. in conſil. cxxviij. colum. i. in fi. libr. i. vbi quod in antiquis ſufficit probatio coniecturalis licet neceſſario non concludat. & varia ac plurima id genus dicta & exempla lector aſſiduus inuenire

poterit apud doct. tam legendo q̃ consulendo.

321 LImitatur † nunc ista conclusio q̄ in antiquis probationes leniores sufficiunt, vt non procedat contra possessorem aut reum de cuius possessionis iustitia apparet quia probatio que fit ex temporis antiquitate, dicitur presumptiua & coniecturalis, Ideo admitti non debet contra veritatem idest contra eum de cuius possessionis iustitia apparet, Ita Socy. in consil. cxciiij. colum. fi. libr. ij. vbi quando is contra quem agitur, apparet iustus possessor, actor debet plene probare non obstante antiquitate temporis, allegat Innoc. & doct. communiter in d.c. cum causam de probatio.

PLane aduertendũ est circa istam limitationem Socy. quia aut reus possidens prescripsit rem quam possidet & tunc frustra tractamus de probatione actoris, posito enim plenissime probet de iure suo, talis probatio non releuat siue in antiquis siue in recentibus quia presens ius rei extinguit ius actoris antiquum & prescriptum Corn. in consil. cxlij. colum. iij. ad fi. libr. iij. Aut reus nondum prescripsit contra actorem & tunc licet sit iustus possessor cum titulo & bonafide, dico sufficere probationes per indicia & coniecturas in antiquis, nec obstat q̄ actor debet plene probare de iure suo, quia fateor, sed dico quod talis probatio in antiquis dicitur plena & legitima.

322 SEcundo † limitatur dicta conclusio vt procedat quando agitur de probando aliquid quod sit

de antiquo, tunc enim probationes leniores sufficiunt secus si agatur de probando aliquid quod non sit antiquum, quia tunc illud non probaretur per instrumentum de antiquo vbi alias tale instrumentum probaret si res esset de antiquo Ita Deci. in consil. xiij. colum. pen. versi. ij. dato. sed aduerte vltra decium quia videtur impossibile q̄ res non antiqua probetur per instrumentum antiquum q̄a non potuit fieri instrumentum super re que nondū erat de tempore ipsius instrumenti benefateor q̄ instrumentum de antiquo posset iuuare probationem rei non antique incipiendo ab origine & probando q̄ res presens habuit originem a re de qua instrumentum de antiquo loquitur. puta in casu in quo decius loquitur videlicet in consanguinitate de presenti que non probatur per instrumentum de antiquo in quo fit mentio de prioribus gradibus ipsius consanguinitatis, nam tale instrumentum solum non sufficeret quia presens consanguinitas potest aliter probari incipiendo ab vlterioribus gradibus, tamen si sit questio de gradu anteriore de quo fit mentio in ipso instrumento & q̄ ego sim de descendentibus ab illo, forte nō procederet dictum decij quia tunc videtur agi de re antiqua, licet gradus sequentes non fiet antiqui.

323 TErtio † limitatur dicta conclusio vt non procedat in materia in qua lex vel statutum requireret plenam probationem, nam non sufficeret probatio per indicia & coniecturas etiam in antiquis ita

Socy.in.d.consil.cxciiij.colum.fi.versi. sed ad ambo fundamenta libr.ij.& exemplificat Socy.quando ageretur de retractatione sententie per viam restitutionis in integrum, nam tunc probationes desiderantur luce ipsa clariores.l. fi. in versi. luce clarior vbi Bald. C. si minor se maior. dix. Isto enim casu quo probatio plene requiritur, non sufficeret semiplena etiam cum iuramento, ergo multo minus sufficient indicia & coniecture.

SED aduertendum circa hanc limitationem Socyn. nam fateor q vbi probatio plena requiritur, non sufficeret semiplena cum iuramento, sed dico q in istis antiquis per indicia & presumptiones fit plena probatio non semiplena tantũ, & licet dicatur probatio coniecturalis plena tamen est & sufficit talis probatio, licet actor tendat ad aliquid infringendũ aut impugnandũ Pau.de ca.in consi.cclxxxi.in causa ista quinque colũ.ij.versi.nec obstat si dicatur & in consi.sequen.cclxxxij.col.iij.post med.versi.& si dicatur dictus Albertus lib.i.vbi q solum repellitur ista probatio coniecturalis in causa criminali per.l. fi.C.de probatio.sed in causa ciuili sufficit licet tendat ad impugnationẽ aut rescisionem alicuius actus

324 Iam † ista limitatio Socy.aperte confunditur per dicta decij in rubr.extra de probatio.col.xvij. versi. secunda conclusio vbi q probatio presumptiua habetur pro vera probatione etiam vbi requiritur probatio instrumentalis allegat Bald. in.l.i.col.vi. versi.quero quid si statutum C. de fideicom. & idẽ

Deci. in consil. liiij. col. fi. versi. nam solet Deci. Addo Alex. in consi cxxvi. colum ij. post med. versi. fortificantur predicta libr. vi. & tradunt moder. in d. l. licet imperator. ff. de lega. i. vbi quod probatio presumptiua dicitur euidens quando sunt presumptiones a iure approbate, vbi tamen non allegant consilia Paul. de castr. supra memorata. Addo etiã Calderi. in consil. xv. in fi. in titu. de vsur. vbi quod manifestum quid dicitur ex sola presumptione inferens ad vsurarium manifestum licet hoc dictum de vsurario manifesto ad presens non discutiam. Preterea attenta ista limitatione Socyn. sequeretur quod lex preclusam esse voluisset quodammodo viam probandi in istis antiquis cum aliter probari non possint quã m per presumptiones indicia aut famam. Amplius dicitur quod presumptio iuris habetur pro notorio. c. litteras de presumptio. c. clericos de cohabi. cleri. & mulie c. tua iuncta glos. in versicu. non ex euidentia eod. titu. glo. in capit. Michael de filijs. presby. que iura ad hoc citat glos. pragma. in titu. de concubina. §. publici in verbo dimittit in fin. car. clxxxvi.

325 QVarto † limitatur premissa conclusio vt nõ procedat in substantialibus alicuius instrumenti corrosis vel deletis ex temporis antiquitate puta indictio licet appareant anni ex quibus inferri possit que indictio cureret de illo tempore quia tali casu antiquitas temporis non supplet fidem instrumenti. Ita Corn. in consil. xciij libr. iiij. reprobando

Bald.in.l.vnũ ex familia.§.si omissa.ff.de lega. ij.
SED puto ꝙ ipse Corn. reprehensione egeat & ꝙ Bald.melius loquatur, nam si ex antiquitate temporis presumitur notariatus sine alia eius probatione vt supra dictum est & inferius dicemus, multofortius presumi debet pro indictione que declarari possit ex ipsa expressione annorum licet indictio ipsa sit delata ob temporis antiquitatem. ¶ Secundo nos videmus ꝙ instrumentum minus solenne probat semiplene mortuo notario licet res non sit de antiquo Bart.& doct in.d.l.admonendi col. viij.& supra latius diximus, quanto fortius dicendum erit quando defectus solennitatis apparet prouenisse non ex vitio aut culpa notarij sed solũ propter lapsum temporis omnia consumentis & verbum aliquod substantiale corrodentis Immo supra diximus ꝙ instrumentum minus solenne & cuius defectus processit vitio notarij omittentis aliquam solennitatem puta locum aut indictionem videtur plene probare in antiquis ex quo in non antiquis semiplene probat quanto fortius quando apparet ꝙ instrumentum ab initio fuit solenne sed post ob temporis lapsum verbum aliquod substantiale oblitũ aut deletũ sit maxime qñ ex precedentibus aut sequẽtibus sciri põt quid illud importaret.
326 NEC † premissis obstat text. in.c. inter dilectos de fide instrument.allegatus per Corn.in .d. consi. xciij.libr.iiij.quia scriptura ibi tota nitebatur super sigillo,non mirum si consumptio aut deletio sigilli

vitiat

vitiat eius fidem , secus est in instrumento in quo plura sunt alia solẽnia & in quo solennitas indictio nis consumpte ex temporis antiquitate suppleri potest ex annorum expressione . ob id cum interpretationes ad hoc inuente sint vt actus sustineatur non pereat.l.quotiens.ff. de verbo. obli.l.iij .ff. de testam.mili.cum simil.Baldi opinionem amplector tanq̃ benigniorem & de iure etiam veriorẽ quicquid in contrarium arguat Corn. Preterea contra Corn.adduco Barto.in l.nominatim .ff. de condi. & dem.vbi ꝙ appositio indictionis corrupte facta non vitiat instrumentum quia ex appositione annorum apparet de qua indictione notarius senserit & sic apparet ex omnis de errore notarij in appositione indictionis sequitur Iaso. alia allegans in d.l.admonendi colum.xix.versi.intellige tamen .ff. de iureiuran.& in repe colum lxiiij.in fi.versi.item attende dum Barto. si appositio indictionis erronea non vitiat quando ex annis de ea potest apparere,multominus debet vitiare consumptio ex antiquitate temporis aut saltem eadem est ratio non vitiandi in vtroq;,sed magis in terminis cõtra Cor. adduco Imo.in.l.i.ff de his que in testam.delen.vbi ꝙ si indictio est erronea & consumpta ex toto & de omnis non apparet , instrumentum non probat sequitur Fely.in.d.c.inter dilectos colum. vij.vers. vnde dicit Imo.de fide instrumento. & sic Imo. & Felyn.non solum volunt instrumentum probare quando indictio est consumpta si ex annis de ea

poſſit apparere, ſed etiam ſi duo concurrat ꝙ ſit
327 conſumpta & erronea, itaq; † facilis pernimium
fuit Corn. ad conſulendum contra fidem inſtrumē-
ti, & forte iudex ſententiam dixerit ad formam il-
lius conſilij Corn. fraudando partem iure ſuo, opti
mo, cuius probatio in promptu erat per inſtrumen
tum eiuſmodi. Equidem non breuis ſit conſulen-
tium ſarcina, pleriq; animo oſtentandi vt plus ſape-
re videantur opiniones rectas impugnabunt cauil-
loſis quibuſdam interpretationibus & iure noſtro
hodie abutimur, plurimum que preſtitiſſe arbitra-
mur quotiens clientis cauſam etiam per iniuram ad
victoriam pertulerimus. ita fit vt cruciatus nobis la
boremus dum glorie aut alieno ſtudemus commo-
do Non tot tante que doct. varietates in iure fo-
rent ſi ad veritatē omnes reſpicerent, ſed enim quo
tiens caſus conſulentis propoſitus ſit, illud primum
omnium nonnulli querunt quomodo veras rectas
que opi. clientis deſiderio minime commodas
liceat effugere etiam opi. alias reproba-
tas & ab omni ratione equitate
que alienas manibus pedibus
que (quod aiunt) per-
tinaciter ſuſcipi-
endo ac tu
tando.

*

SECVNDA PARS TRACTA. DE ANTIQVItate temporis domini Aymonis Crauette a Sauiliano.

EX premiſſis abſolutam habemus primam hanc partem tractatus noſtri de temporis antiquitate circa materiam probatoriam, In qua ipſa prolixior longe fuit atq; exiſtimarem, ſed non potui latius ſcribere pro difficultatum & caſuum onere non breui. veniamus interim ad ſecundam partem circa materiam preſumende ſolennitatis extrinſece ob temporis antiquitatem in actis iudicialibus, quando quid dicatur de antiquo vt fiat, talis preſumptio & de queſtionibus oportune occurrentibus ſecundum materiam ſubiectam.

1 PRImo igitur † quero in hac ſecũnda parte quando quid dicatur de antiquo in ſententia vt omnia preſumantur ſolenniter acta, puta litem fuiſſe conteſtatam, partẽ citatam, & alias ſolennitates fuiſſe adhibitas neceſſarias ad ipſam ſententia, Reſpõdeo ꝙ vario modo res dicitur de antiquo in hac materia, nam quandoq; ſufficit lapſus decem dierum quod tempus datur ad appellandum, nam ſi lapſum ſit tempus appellandi & ſolennitates enuncientur in ſententia & illa feratur preſentibus parti-

bus & non appellantibus, omnia presumuntur solenniter acta prout in sententia enunciatur Brrt. in l.i.C.de rela.in.l acta.ff.de re iudi.& in .l.fi.ff.quando appellan.sit Bald.in consil.ccxvij.citatio lib.iiij. Abb.in consil.xcij.colum.i.in fi. libr.i. & in consil. lx.colum.fi.libr.ij. Veronensis in consil. lxiij. colũ. iij. &.iiij. Alex.in con.xlij.viso processu circa prin. libr.iiij Deci.in consil.xlij.colum.vi.versi.ij. hoc deducitur Aufrer.in decisio. tolosa.q. cccxxviij. habetur in auct.si quis in aliquo documento vbi Ias. in fi.commenti.C.de edendo.

2 ID em † si lata sit sententia contra absentem & cõtumacem vera contumacia rota decis.ccci. si petatur in nouis Corn.in consil cclxxviij. colum ij. & iij. libr. iiij. & opi.ꝙ requiratur vera contumacia, attestatur communem Areti.in consi.lxij.ex facto col.ij.Addo Geminia.in consi.liij.col.iij.circa med.

SED ꝙ idem sit in facto contumace tenet Fely.in.c. quoniam contra colum.xiiij.in fi.versi.quarta conclusio de probatio.sed magis placet prima opi.nam fictus contumax potest appellare vt habetur in .l. fi.ff.de resti.in integrum in.l.properandum.§.sinaute reus C.de iudi.& in.l.ea que.C.quomo.& quan. iud. ergo intelligitur ꝙ poterit appellare intra decem dies a die noticie habite de sententia aucten. hodie in glo.C. de appella .c. concertationi de appella.libr.vi.quod procedit licet statutum dicat ꝙ tempus appellandi currat a die sententie Corn. in consi.xvij.colum.iiij.libr.i.

& ſic apparet ꝙ ficte contumax non habetur pro preſente ſed pro abſente nec probetur contumaciam fictam cenſetur approbare ſententiam quia ſi cenſeretur approbare, non poſſet appellare ſi non cenſetur approbare ſententiam ergo nec ſolennitates in ea enunciatas & ſic quoad iſtum caſum fictus contumax habebitur pro abſente vt ſolennitas enunciatorum in ſententia non preſumatur contra eum poſt lapſum decem dierum a tempore ſententie ſed computabitur iſtud tempus decem dierum a tempore noticie. Poteſt tamen dici ꝙ contra fictum contumacem preſumatur ſolennitas ex antiquitate temporis decem aut viginti annorum per id quod ſcribit Geminia. in cōſi. liij. col. ij. ante med.

3 AD uertendum autem † hic eſt ꝙ licet Barto. & doct. pleriq; in hac meteria ſimpliciter loquantur ꝙ tales ſolennitates enunciate in ſententia preſumantur quando lata eſt ſententia preſentibus partibus nec diſtinguant an lapſum ſit tempus appellandi vel non, tamen neceſſario debent intelligi poſt lapſum tempus ad appellandi, nam qua ratione ante lapſum id tempus poſſunt non cenſentur approbare ſententiam, eadem nec enunciata in ea, & ita intelligunt moder. in. d. c. quoniam contra vbi Fely. colum. xiiij. verſi. quarta concluſio, Deci. col. xxi. verſi. ij. predicta concluſio, de probatio. Addo Paul. de caſtr. in conſil. xvi. ſi ponderentur colum. ij. verſi. reſtat nunc reſpondere libr. i. Bald. in. d. cōſ. ccxvij. libr. iiij. Abb. in. d. conſil. xcij. libr. i. vbi Bal.

Paul.& Abb.hoc volunt procedere quando pars non appellauit & consequenter lapso tempore ad appellandum quia ante eius lapsum dici non potest q̄ non appellauerit cū adhuc possit appellare.

4 SEcundo † quero in hac secunda parte, tu dicis quod vbi lapsum est tempus appellandi, sententia dicitur de antiquo quoad hoc vt presumantur solennitates enunciate in ea, quando est lata contra presentem vel vere contumacem, quero inquam an istud procedat indistincte etiam quod tales solennitates non enuncientur in ipsa sententia, Pau.de castr.in consi.ccij.in causa confinium colum. tertia libr.i.refert Innoc.in.c.cum in iure de offic. delega. tenentem quod sic, Paul. tamen non bene firmat nisi simus in antiquis, opi. etiam Innoc. quod presumantur solennia sententie post decursa fatalia & sic postquam sententia transiuit in rem iudicatam, licet illa in sententia non exprimantur saltem in antiquis tenet Veronensis in consil. xxvi. in secundo dubio & in consil.lxiij.colum.iiij.versi. vltra etiam predicta.idem videt̄ tenere Corn.in cōsi. cccxxxiij. colum.iiij.post med. libr.i. vbi quod creditur sententie antique licet acta non producantur maxime si acta refert, ergo idem videtur velle licet acta non referat idem & clare voluit Gozadi. in consil. xcvi. colum. fin. versicu. sexto adduco vbi quod presumitur pro sententia quoad citationem lapso tempore ad appellandum licet de citatione mentio non fiat idem voluit Felyn.in.d.capit.quoniam

contra colum.xix.versic. quinimo est vnus casus, vbi ꝙ presumitur pro decreto in antiquis etiã quoad solennitates in eo non expressas idem voluit Iaso.in .l.iiij.§. condemnatum colum.ij. circa med. ff.de re iudic. vbi quod presumitur pro sententia a qua non fuit appellatum, respectu citationis, licet de ea in sententia mentio non fiat post Specu. per eum allega.& quod non requiratur enunciatio in antiquis tenet Areti. in consil. xxxvi. colum. fin. versic.ad secundum dico breuiter.

SED contrariũ etiam in antiquis tenet Pau. de ca. in cõsi.lxxvi.in facto isto quattuor col.ij.lib.ij.vbi ꝙ nõ presumit̃ pro sententia etiam in antiqs quoad acta, nisi de eis fiat mẽtio in sententia, Idem voluit Bald.in cõsil.cciiij.lõgũ thema col.ij circa med.ver. & hec vera si cõstat &c.lib.iij.Idẽ videt̃ velle Alex. in cõsi.cxxiij.col.ij.versi.preterea predicta sentẽtia lib.ij.Pro hoc quod scribit Aret.in cõsi.lxviij.col. iij.post med.versi.preterea posito, vbi qñ iudici creditur attestanti de actis, intelligitur qñ de eis attestatur particulariter. Ad idẽ quod scribit Pau. de ca. in consi.cxxxix. pro declaratione eius de quo queritur ante fi. lib.i. vbi. ꝙ laudũ in quo enunciat̃ instrumẽtũ transactionis inter pñtes, ipsam transactionem nõ probat qñ tenor ipsius transactionis in specie exprimitur. Ad idem quod scribit Oldr.in cõs. cclxij.in questione col.ij.versi.sed predictis obstare videtur vbi si in instrumento vnionis dicatur ꝙ vnio fuit facta cum omniũ iurium solennitate, talia

verba non probant solennitates precessisse, nisi in specie exprimantur omnes solennitates ad vnionem necessarie. Ad idem quod scribit rota decis. cxc. quoad reuocationem in nouis, vbi ꝙ non sufficit confessio appellati ꝙ fuerit appellatum, nisi dicatur & probetur in specie ꝙ fuerit appellatum infra decem dies & per habentem potestatem interponendi ipsam appellationem de quo dixi in cõs. xxix. colum. ij. post med. & supra etiam dictum est in prima parte numer. lxxx. Addo decium in. d. c. quoniam contra col. xxij. in fi. versi. & istud quod dictum est de decreto de proba. vbi ꝙ tunc demũ presumitur pro decreto iudicis quando in eo enũciantur solennitates ad actum necessarie addo Bal. vltra eum in. c. in presentia col. fi. de renuncia. Socy. in consil. xxix. colum. v. in fi. versi. secundum argumentum similiter non obstat libr. i. vbi ꝙ non presumitur solennitas extrinseca de qua non fit mentio in instrumento quibus potuerit adhiberi de tempore actus & quibus partes illi potuerint renunciare & in decreto tradit Bald. in consil. clxxxiiij. ad intelligentiam circa prin. libr. ij. Pau. de cast. in consi. clxxiiij. contra superius consulta colũ. ij. versi. Preterea dicebat Bald. libr. i.

qn prot creto

5 QVID † tenendum in tanta varietate & difficultate, breuiter resoluendo aut loquimur in presumptione sententie respectu actorum, aut respectu solennitatum si respectu actorum que pertinent ad iustitiam cause puta circa testes, instrumenta aut

alias probationes, considerandum est ꝙ facilius presumitur pro sententia quoad acta q̃ꝫ respectu solennitatis Bald. in consil. ccccxcij. in causa vertente inter Blasium colum. ij. in fi. versic. modo restat respondere libr. iij. Socy. in in consil. clviij. colum. iij. in fi. versi. sed ego etiam respondeo clarius libr. ij. Deci. in. c. super eo colum. i. in fi. versi. quartus & vltimus casus est de appella. & in. c. consuluit. i. ante fin. eodem titu. Ideo respectu actorum videtur presumi debere pro sententia siue referat acta siue nõ quia non est verisimile ꝙ iudex aliquem condemnauerit vel absoluerit sine probationibus & ita in probationibus loquitur Alex. in consil. cv. in prin. libr. v. vbi ꝙ presumitur iudicem pronunciasse ex causa vera & iusta licet non appareat de probationibus & quoad acta probatoria idem voluit Bald.
6 in. d. c. presentia colum. fi. de renuncia. Aut † loquimur respectu solennitatis & tunc aut solennitas exprimitur in sententia saltem in genere & similiter videtur presumendum pro sententia Paul. de cast. in. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transact. vbi ꝙ satis est exprimi in decreto iudicis ꝙ causa cognita processerit licet in specie non exprimantur omnes solẽnitates requisite ad tale decretum, sequitur Alex. in consil. lxxx. colum. ij. libr. v. in consil. clxxix. col. iij. versi. & tantomagis si in instrumento & in consi. ccxiij. in fin. lib. vij. Deci. in consil. cccxli. colum. v. in fi. in consil. ccclxxiij. colum. ij. post med. Iaso. in cõsi. xl. col. pen. circa med. versic. iij. respõdet lib. iij.

addo eũndem Paul. de castr. in. d. consil. clxxiiij. cõtra superius consulta colum. ij. versi. preterea dicebat Bald. libr. i si vero tales solennitates non enunciantur in sententia, secus videtur dicendum.

SED dicet aliquis quid respondetur ad contraria supra adducta in quibus apparet quod tales solennitates debent in specie enunciari, Respondeo ꝙ procedunt in actibus priuatorum aut notariorũ tantum, pro quibus non ita presumitur sicut pro actu iudicis istam responsionem tradit Deci. in. d. c. quoniam cõtra colum. xxij. versi. postremo in casibus, vbi quod aut verba concipiuntur in personam iudicis & sufficit expressio generalis quod causa cognita aut solennibus adhibitis processerit, aut concipiuntur in personam notarij & tunc requiritur expressio specifica & istud dicit colligi ex decisione Io. fabri. in. §. fi. insti. de fideiuss.

SED aduertendum circa istam responsionem decij quia videtur dubitabilis multum, nam procederet quando ageretur de preiudicando tertio quia magis presumeretur pro actu iudicis ꝙ̃ notarij aut vnius priuati, sed quando agitur de preiudicio ipsarum partium presentium & consentientium expresse vel tacite, quare non ita sufficere debet generalis expressio ad earum preiudicium sicut in actu iudicis. Preterea cõtra istam responsionem arguitur sic, doct. dicunt ꝙ ad hoc vt solennia sententie presumantur, requiritur ꝙ partes fuerint presentes vel ꝙ habuerint noticiam & non appellauerint, & sic

ista presumptio non fundatur propter personam iudicis, sed in presentia aut noticia partium quibus imputandum est cur non appellauerint sed consenserint actui iudicis tacendo & non appellando, que ratio pariter militat in alijs actibus priuatorum in quibus partes consenserint expresse vel tacite. ob id puto non esse differentia an verba concipiantur in personam iudicis vel notarij super enunciatione solennitatum, quando actus legitur habitus inter partes presentes & que sibi ipsis potuerunt preiudicare & quod vtroque casu presumatur solennitas licet in genere tantum exprimatur, Que tamen conclusio clarius explicabitur limitationibus quas statim subijcio, nam istud intelligo quando notarius ita attestaretur in presentia iudicis secus si per ipsum solum cum ipsius officium non sit qualia sint iuris solennia per ea que infra dicam de enunciatione notarij.

7 LImitatur † igitur premissa conclusio quod statur assertioni iudicis super solennitatibus sententie aut decreti vt procedat contra ipsas partes presentes & consentientes expresse vel tacite puta non appellando aut cōtra alios causam habentes ab ipsis partibus presentibus secus contra tertios absentes, ita volunt doct. supra alleg. in principio prime questionis huius secūde partis trac. nostri vbi expresse pōderant presentiam partium. & idem dico in actu notarij eo casu quo actus geritur inter presentes & eos qui sibi ipsis potuerunt preiudicare & multo

fortius. in actu notarij procedet hec limitatio vt eius enunciatio non preiudicet tertijs absentibus.

8 SEcundo + limitatur vt non procedat in solennitatibus quibus nec iudex nec partes potuerunt renunciare Ideo si iudex interponat decretum super alienatione rerum minoris vel ecclesie & asserat se adhibuisse plenam cause cognitionem, non videtur credendum tali assertioni per. l. si forte. ff. de castren. pecu. l. si donatione. C. de collatio. vbi late moder. Ita in specie determinat Paul. de castr. in consil. xxxviij. super eo, quod queritur lib. ij. sequitur Deci. in consil. ccccclvi. colum. i. in fin. Hypoli. in sing. cccxcix. multi sunt. d. Rebuffi super concorda. in titu. de conclusio. latera. conci. pagi. ccli. versicu. iij. in fertur. Idem sequi videtur Ias. in. l. nec quicq̄. §. vbi decretum colum. xij. versic. no. & secundo diligenter. ff. de offi procon. Ad idem facit quod Ias. scribit in. l. admonendi colum. vij versic. quero an stetur. ff. de iureiuran. vbi ꝙ non creditur iudici asserenti se detulisse iuramentum suppletiuum causa cognita cum sine cause cognitione deferre non posset. Ad idem facit dictum Bald. in. l. omnem. C. ad tertullia. vbi ꝙ non statur soli assertioni iudicis dicentis se dedisse tutorem cum cause cognitione, quod dictum pro notabili refert & sequitur Iaso. in consil. cxlix. colum. iij. ante med. libr. ij. Ad idem facit Deci in. c. que in ecclesiarum colum. xiij. versi. non ob. ꝙ presumatur de constitu. vbi ꝙ non creditur iudici super causa, sine qua actum facere non

potest in qua fundamentum sue potestatis consi-
stit Alibi scribit Ange. in consil. cvij. Iacobellus in fin. q nõ creditur iudici dicenti se sequestrare possessionem timore armorum & ratione scandali euitandi sine quo scandalo talis sequestratio fieri non potest, sequitur Deci. in consil. cclxvi. colum. pen. circa med. hoc etiam dictum Paul. de castr. in. d. cõs. xxxviij. in specie refert & sequitur Felyn. in. c. ecclesia. S. marie colum. viij. versi. vndecimo pro hac parte extra de constitu.

SED ista limitatio videtur dubitabilis, & ea attenta se qui videtur destructio communis conclusionis supra firmate in prima. q. huius secunde partis q vbi sententia fertur contra presentes. presumit pro
9 eius solennitatibus enunciatis in ea, nam † nec iudex nec partes possunt renunciare solennitatibus iudicij substantialibus ita q sententia sine eis lata valeat vt sententia vt habetur in. l. ius publicum. ff. de pac. & in. l. si conuenerit ff. de re iudi. Bald. in cons. ccccxxvij. in causa spectabilis lib. i. Guido pape. q. ccxvi. cum simil. ergo sequeretur q licet tales solennitates omnes in specie enuncientur in sententia & lapsum sit tempus appellandi, non tamen presumantur, quia non credatur iudici in his quibus per eum nec per partes renunciari non poterat.

RV r sus ista limitatio videtur contra cõmunem cõclusionem doct. q stetur assertioni iudicis in decreto q illud interposuit causa cognita etiam q in specie nõ exprimantur solẽnia requisita ad ipsum

actum super quo decretum interponitur & loquũtur doct. etiam in actu in quo tales solennitates remitti non poterant vt in alienatione bonorũ ecclesie vel minoris, ita licet videre in casibus & exẽplis in quibus doct. supra commemorati loquuntur in. d. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transac. vbi Bal. & Pau. & in alijs locis supra relatis. iam cõtra Pau. de castr. in. d. consil. xxxviij. dicit communem opi. esse Socy. in consil. cxv. circa primam questionem in primo dubio libr. i contra Paul. etiam in specie tenet Alexandr. in. l. sciendum colum. vij. ff. de verbo. obliga.

10 SED dicet † aliquis tu confundis in hac materiam sententiam iudicis & eius decretum ꝙ vtroq; casu credatur iudici super solennibus, modo sententia transierit in rem iudicatam, cum tamen videat̃ differentia quia magis videtur credẽdum iudici in decreto ꝗ̃ in sententia quia decretum interponitur de plano extraiudicialiter inter consentientes & requirentes, sententia vero fertur inter nolentes per viam cõtentiose iurisditionis, ob id solẽnia sentẽtie presumi nõ debent nisi de eis appareat ex actis ita Bald. in. d. l. cum hi. §. si pretor in finalibus verbis ff. de transact. in. l. non aliter colum ij. in fi. versic. & no. tamen ꝙ vbi decretum. ff. de adoptio. & in. c. in presentia col fi. de renuncia. sequitur Imola in cons. xcviij. col. ij. circa med. Socy. in. d. consil. cxv. col. ij. versi. & ꝙ quando superior libr. ij. Corn. in consil. lxxi. colũ. i. in fi. versi. & ꝙ quando superior lib. iij.

Aliam rationem diuersitatis assignat Imo. in.d. cõsi. xcviij. colũ.ij.ante med. quia in decreto potuit iudex se informare extraiudicialiter anteq̃ illud interponeret nimirum si in decreto magis presumitur pro iudice. Addo Bart. vltra alios in.l. ambitiosa col.pen.vers.preterea in istis extraiudicialibus .ff. de decre.ab ordi fac.vbi q magis creditur assertioni alicuius puta decurionum in extraiudicialibus q̃ in iudicialibus idem voluit Oldr.in consi.ci.quia cuiuslibet col.ij.ante med.Ideo doct.in hac materia quod presumatur pro iudice in decreto ,non distinguunt an res sit de antiquo vel non . Amplius & fortius voluit Alex.in consi.lxxx.colũ.ij. libr.v. q presumatur pro decreto iudicis q causa cognita processerit & solennitatibus adhibitis,licet hoc non exprimatur in eo dum dicit q tanto tutius presumitur quando id exprimitur , ergo idem vult si non exprimatur,idem voluit Socy in.d.consi.cxv. col. ij.lib.i.clarius Imo in.d.consi.xcviij.col.ij.& seq.

SED cõtra istam differentiam aperte tenet Alex. in cõsi.cv.col.i.lib.v.vbi q magis presumitur pro sententia q̃ pro decreto quia sententia transit in rem iudicatam secus in decreto, Addo vltra Alexan. q idem tenet ang.in.l.quecũq̃.§.fi.ff. de publicia.vbi vult q nõ presumatur pro decreto , secus pro sententia quando est lata contra presentem & nõ reclamantem. quoad omnia enunciata in ea etiam q nõ potuerint interuenire de tempore actus,satis est enim q per presentiam & taciturnitatem cõfiteatur

quis ea interuenisse. sed vltra autoritatem Alexan. & Ange. considero rationem, nam aut loquimur de presumptione pro sententia respectu persone iudicis aut respectu partium presentium & non reclamantiū, si respectu iudicis, videtur ꝙ magis presumi debeat pro eo in foro contentioso q̄ꝫ in foro voluntario & sic magis in sententia que dicitur fori contentiosi quā in decreto quod dicitur fori voluntarij quia in foro contentioso timet vel timere potest de reuocatione suorum gestorum per appellationē secus in decreto quod interponit partibus postulantibus. & videmus a communiter accidentibus ꝙ in huiusmodi decretis que interponuntur inter presentes, petentes & consentientes, nihil aliud queri tpretor q̄ꝫ partium concordiam .l. si conuenerit. ff. de re iudi. & raro videas decreti interpositionem denegari metu amissionis emolumēti pro decretis constituti, & apud iudices plerosqꝫ inferiores, solum valent decreta eiusmodi ad commodū bursale, nouit deus si p̄ter vectigal hoc, aliud iudices eiusmodi querunt, videmus etiam a communiter accidentibus ꝙ maturius & deliberatius procedunt iudices in iudicialibus & contentiosis q̄ꝫ in istis extraiudicialibus, ob id plus placet opin. Alexan. ꝙ magis presumatur pro iudice in sententia q̄ꝫ in decreto & si presumitur pro decreto iudicis a fortiori pro eius sententia. similiter si consideramus personas partiū, eadem videtur ratio presumendi presupposita earū presentia & taciturnitate

ex qua

ex qua re approbatio sententia inducitur. Sit igitur conclusio ꝙ presumitur pro iudice quoad enũciata siue in sententia quando transiuit in rem iudicatam, siue in decreto etiam in casu in quo solennitas enunciata non dependet a potestate iudicis neq; partiũ & in sententia a qua nõ est appellatum, ꝙ omnia presumantur solenniter acta, tenet Alex. in.l.sciendum colum.v.versi.item fallit in iudice.ff. de verb.obli.& ibidem Alexan colũ.vij.versi. pro hoc optime facit equiparat ista duo sententiam & decretum Immo maius dubium presupponit in decreto ꝗ̃ in sententia & in decreto ꝙ pro eo nõ presumatur adduco Bald. sibi contrarium in consil. cclxxvi.questio libr.primo.

11 NEC obstat † argumentum Paul. de castr. in d. consil.xxxviij.lib. ij.fundatum super regula d.l.si forte.ff.de castrensi peculio.quia illa regula procedit in priuatis nõ in iudice pro quo iura presumũt nec ita contra eum suspicantur sicut cõtra priuatũ, Ita in specie respõdet Alex in.d.l. sciendum colũ. vij.post med.ver.& istam partem simpliciter tenuit ff de verb.obli.Eandem respõsionem ad illud cõsi. Pau de castr.& ad.d.l.si forte tradit Iaso.in.l.i. col. xiiij.in fine quinti nota.ff de officio eius. Confirmatur ista responsio ex his que Barto. scribit in.d. l.ambitiosa col pen.vers.visis & examinatis iũcto eo qđ dixerat in eadem.l ambitiosa col.i.post med. versi. quero vtrũ liceat vbi dixerat decuriones nõ posse donare nisi ex causa remunerationis si remu-

neretur aliquis benafaciens aut benemeritus de ciuitate aut vniuersitate, postea in.d. versic. visis quærit Bart. an in casibus in qbus decuriones quid facere possunt ex aliqua causa, stetur eorũ assertioni super talis causa puta si in prefatione donationis faciant mentionem de benemeritis, & concludit Bar. ꝙ sic propter qualitatem & grauitatem personarũ ipsorum decurionum per text. in l.i.ff.de offi. prefecti preto.& sic aperte vult Barto.ꝙ tex.in d.l. si forte solum procedat in personis priuatis secus in personis publice electis pro quibus iura presumunt & illud dictum Barto. refert & sequitur Alexan. in consil.xxxiiij.ante fi.lib.iiij. Deci. in consil. cxci. colũ.iij.circa med.Ias.in consi.ci.col.iiij.in fi. lib.iiij.

SED istam responsionem impugnat Deci in.c. cũ sit romana in tertio nota de appella.vbi vult ꝙ iudici non credatur super causa sine qua actum facere non potest & ꝙ regula .d.l. si forte procedit etiam in iudice.Sed idem Deci.in.d.l.i.col.xx circa med. ff.de offi.eius videtur velle ꝙ.d.l. si forte non procedat in iudice quando ad eum commodũ nõ pertinet & iudex interesse proprium pretendere non potest.& forte opi.decij in .d.c. cum sit romana ꝙ indistincte non credatur iudici in his super quibus potestatem non habet seu que non dependent ab eius arbitrio videtur verior.

12 IDeo vltra † Alexan.& Iaso. aliter & secundo respondeo ad .d.l.si forte ꝙ non procedit quando cum tali assertione concurrit verisimilitudo ꝙ ita

ſit prout aſſeritur Saly.in.l. ſi mater.C. de contrahen.emptio. Alexan.in conſi.xviij. libr. iij.& latius ſupra dixi in prima parte in quinto requiſito ſeſptime limitationis nume lxiiij lxv.& nume. ccxv. & ibi in terminis allegaui dictum Anchara.in cõſi. cclxxvij. colum. fin. quod eſt repetitum in conſil. ccccxxxix vbi quod ſtatur aſſertioni iudicis quando alias non ſtaretur, vbi illa eſt veriſimilis, ſed dico quod aſſertioni iudicis ſiue in ſententia ſiue in decreto eſt pluſquã m veriſimilis poſtquã m partes ſunt preſentes & non contradicunt nec appellant a ſententia eo modo tacite ſententiam approbando .l.prima.C.de poſtulan.l.prima.C.ſi ſepius in integr.reſtitu.poſtu.c.quod ad conſultationem de re iudi. neque enim veriſimile eſt quod ſi aſſertio iudicis in eius ſententia aut decreto veritatem non contineret, pars de cuius preiudicio agitur, contineret argu.l. cum de indebito .ff. de probatio. Ideo non ab re doct. loquuntur quod preſumitur pro aſſertione iudicis contra partes preſentes vel quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam & ſic nolunt docto. quod ſimpliciter & indiſtincte preſumatur pro iudice ſolum habito reſpectu ad qualitatem eius perſone ſed propter veriſimilitudinem que cauſatur ex eo quod partes acquieſcunt eius ſententie & illam approbant expreſſe vel tacite. & ex hac reſponſione, tolluntur omnes deciſiones docto. ſupra allegate in contrarium, per quas apparet non credi

assertioni iudicis in his que nō dependent ab eius arbitrio, nam si doct. consideres, loquūtur quando partes non consentiunt actui iudicis sed reclamant infra tempus debitum.

HIC tamen omittendum nō est, esse differentiam an pars reclamet infra tempus appellandi, an post q̄a si infra tempus, reclamans non tenebitur probare de contrario sed satis erit apellanti producere sententiam iudicis aut acta ex quibus nō appareat de veritate assertorum per iudicem. sed quando post debitum tempus reclamatur quia actus iudicis fuit approbatus sic habet iudex presumptionem pro se, talis presumptio transfert onus probandi contrarium in aduersariū & tenetur aduersarius pro-
13 bare aliter esse q̄ iudex asseruerit si ex tali † assertione velit arguere nullitatem que nunq̄ transit in rem iudicatam & de qua perpetuo dici potest vsq̄ ad triginta annos glo. in. c. vnde queritur in fi. glo. magne. xxxv. q. ix. Ange. in. l. sicut per no. per glo. ibi. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorum Bald. in. l. scire oportet. §. fi. ff. de excu. tu. cū simil. que Ias. adducit in consil. xxi. colū. ij. circa fi. lib. i. Addo Bal. in. l. post mortem in prin. ff. de adoptio. vbi q̄ ius agendi de nullitate est perpetuum nisi in causa status in qua durat solum annis decem Itaque reclamans contra sententiam post tempus apppellandi tenetur probare de eius nullitate vel per inspectionem actorum vel aliter per testes quando de actis non apparet quia presumitur pro iudice ex quo

pars fuit presens & non contradixit sed quando contradixit infra tempus si nulla sint acta, non tenebitur probare per testes quia tūc iudex nō habet p̄sumptionē pro se nisi quatenus apparet ex actis.

EX premissis apparet hanc secundam limitationem de iure nō procedere & ꝙ immo presumitur pro iudice in sentētia lata contra presentes vel a qua nō fuit appellatum, etiam quoad solennia qbus nec iudex nec partes potuerunt renunciare quia presumuntur interuenisse ex quo non fuit appellatū. & licet partes expresse renūciare non possent, tamē presumuntur adhibita ex quo non contradixerūt & sic non ob. id. l. si forte alleg. per Pau. de castr. in d. consi. xxxviij. lib. ij. ex quo adsunt cōiecture ex quibus iustificetur assertio iudicis.

SED hic considero aliam & tertiam responsionem ad. d. l. si forte & ad dictum Pau. de cast. in. d. consi. xxxviij. videlicet posito ꝙ dictū Paul. sit verum in se ꝙ indistincte nō credatur iudici sic asserenti, ta-
14 men † ex quo partes fuerūt presentes & nō contradixerunt, dico ꝙ tacite remittere potuerūt substantialia iudicij licet expresse id facere nō possent c. si. de probatio. vbi Deci. versi. iij. responderi potest & idem Deci. in. l. vinum col pen. ante med. ver. sed responderi potest. ff. si cer. pet. & hoc modo cōsiderando in totū corruit conclusio ꝙ presumatur pro sententia iudicis quoad solennia quando ab ea non est appellatum qa ꝙ sententia teneat quando est lata contra presentes & non contradicen-

tes, illud non est propter presumptionem sententie sed propter tacitam renunciationem talium solennitatum etiam substantialium.

SED tamen ista tertia responsio non satisfacit quia procederet quando appareret de actis ex quorum inspectione apparet solennia non fuisse adhibita nec etiam partes opposuisse defectum omissionis solennitatum sed conclusio loquitur quando solum apparet de sententia sine actis lata contra presentes, an omnia presumantur solenniter acta.

15 QVarta † respõsio potest accommodari ad cõsilium Pau de cast. ꝙ presupposita presentia partiũ, cesset ratio presumptionis sed tũc simus in casu claro ꝙ cause cognitio processerit quia cause cognitio cõsideretur & arguitur ex hoc ꝙ iudex procedit partibus presentibus vel cõtumaciter absentibus l. in cause. §. causa cognita. ff. de minor. Bar. in. l. pro latam. C. de senten. Pau. de cast. in cõsi. ccccxij. visis punctis seu casibus col i. lib. ij. Socy. in consi. xlvi. col. fi. versi. preterea dictam consignatio lib. iiij. Ias. in. l. ait pretor. § si iudex colũ. iij. circa med. ff. de re iudi. sed etiam ista responsio nõ satisfacit quia ex sola presentia partium nõ dicitur iudex procedere causa cognita, quid enim si ex abrupto & velo levato presentem statim cõdemnet, dicetur ne adhibita cause cognitio sed hoc intelligitur quando apparet de actis gestis contra presentẽ vel cõtumaciter absentẽ. Ideo secunda responsio per nos cõsiderata videtur ceteras anteire. Aduerte tamen ꝙ ex sola

citatione nõ argueretur partem fuisse presentẽ maxime quando negaret pars se fuisse citatam freder. de senis in consil. clxx. questio.

16. TErtio † limitatur vt procedat in solennitatibus que potuerunt interuenire de tempore sententie vel decreti iudicis quia quoad eas presumitur pro iudice secus quoad eas que de tempore actus interuenire nõ potuerũt ita Pau. de cast. in cõsi. ccccxxviij. uisis & cõsideratis colũ ij. lib i. & in. d cõsi. xxxviij. lib. ij. Alex in consi. clxxix. colũ iij. versi. item inquantũ in priore cõsilio lib. vij. Socy in cõsi. xxix. col. vi. lib. i. Curtius iunior in cõsi. xxix. col. v. in fi. d. Rebuffi super cõcorda. in titu. de cõclu. latera. cõci. pagi. ccli. versi. ij. infertur. Addo Bald. ultra moder. in cõsi. ccclxxvi. q̃stio lib. i. Areti. in cõsi xxxiij. consultatio col. ij. circa med. versi. his ita premissis.

SED nec ista tertia limitatio placet nam conclusio loquitur quãdo iudex procedit partibus presentibus uel contumaciter absentibus & sic quando partes tacite confitent̃ & approbant uera esse que in sentẽtia aut decreto enunciantur, quo casu ita possunt confiteri & approbare, illa fuisse adhibita ante actum sicut de tempore actus. & in terminis ita tenet Ang. in. d. l. quecunq; §. fi. col secũda post med. versi. nec etiam presumitur. ff. de publicia. ubi quod non presumitur pro enunciatis in instrumento sententie que non potuerunt interuenire de tempore ipsius sententie nisi illa lata sit contra presentem & non reclamantem ergo vult quod si dicatur sen-

tentia cõtra presentem & non reclamantem ꝙ presumatur pro enunciatis in ea licet illa tunc non potuerint interuenire. Ad idem adduco Pau. de castr. in consil.clxxxvi.in causa que vertitur pisis colũ. iiij.circa med.& in consil.ccij. in causa confiniũ col. ij.circa fi.lib.i.vbi ꝙ creditur enũciatis per notariũ in instrumento inter ipsas partes presentes & consentientes licet illa interuenire non potuerint de tempore ipsius instrumenti.facit quod scribit Anto. de Butr. in cõsi.xxxij.in quesito predicto circa fi.vbi ꝙ notarius potest cõficere instrumentũ & attestari de eo qđ in preteritũ gestũ & qñ de eo rogatus est.

17 QVarto limitatur † vt procedat quando ageretur ad eum effectum ad quem iudex pronunciauit quia tunc presumitur pro ipsa sententia quoad solẽnia & iustitiam postq̃ sententia transiuit in rem iudicatam, secus si agatur ad aliũ effectũ, ita Alex. in consil.xxi.col.ij. versi. potest etiam responderi lib.i.vbi licet presumatur pro decreto iudicis vt is minor presumatur cui iudex tanq̃ minori curatorem decreuit, Istud procedit quando agit̃ ad sustinendum validitatem illius decreti , secus si quoad alium effectum & pro hoc facit nam exceptio rei iudicate non obstat quotiens agitur ad alium effectum aut ad alium finem l. vindicantem cũ l. seq. vbi Bar.ff.de euictio.Bar.in.l.qui rome.§.duo fratres in.v.oppo.ff.de verbo.obliga Socy.in consil. cclxiiij.in .vi.q. libr.ij. si non obstat sententia ergo nec enunciata in ea arg.l. cum principalis.ff.

de regu. iuris tamen istud argumentum non videtur bene tantum qa exceptio rei iudicare videtur obstare licet agatur ad aliũ finem modo non agaẽ ex diuersa causa Alex in repe. l. sepe colũ. xvi. vers. non obstat ꝙ mutetur finis & colũ. xxv. versi. sed aduerte qa non puto. ff. de re iudi. Ideo etiam ista quarta limitatio videẽ dubitabilis, nec obstat arg. Alex. ꝙ verba enunciatiua propter aliud non probant quando principaliter disputatur de veritate enũciati iuxta no. per Anto. de Butr. & doct. in. c. illud de presumptio. & late supra vidimus in prima parte in materia verborum enunciatiuorũ, qa hic non sumus in verbis enũciatiuis propter aliud immo ista solennia iudicij principaliter enũciantur propter se & ad effectũ principalis sententie. Puto igitur ꝙ in casibus in qbus obstat exceptio rei iudi. in eis procedat conclusio ꝙ presumitur pro sententia quoad solennia & iustitiam & ecõtra ꝙ pro sententia non presumatur quotiens exceptio non obstat qa frustra tunc queritur de presumptione.

18 SED circa premissa † quero, dictum fuit satis esse ꝙ iudex asserat in genere cause cognitionem adhibuisse vel solennia processisse, an idem sit in assertione notarij aut partium, videretur dicendum ꝙ sic quasi partes potuerint ista fateri ad earum preiudicium cum maiorem potestatem habeant partes in rebus proprijs vt sibi ipsis preiudicare possint ꝙ̃ iudex, Contrarium puto verius quia partes nihil possunt confiteri in his que sunt iuris quia

ad eas non pertinet.l.ornamentorum ff.de auro & argen.lega.& sic partes bene possunt confiteri factum,puta quod ita & ita factum est in specie sed in genere asserere quod cause cognitio precessit, istud ad eas non pertinet nec ad notarium.sed ad ius
19 & iudicem ministrum iuris, sicut † dicitur de teste quod solum debet deponere super facto non super iure Innoc.Bald.& doct.in.c.cū causam de testibus Bald.in l.solam colum.i.C.eodem titu. in cōsil. lxxxi.in causa ista libr.iij.& in consi.cccxxiij. premittendum est in fi.lib.iiij.& in consil.ccccxxv. statuto cauetur quod nullus lib.v.Barto.in cōsil.cxiij. processum est in fi.& alibi sepe doct.& isto casu ꝓcedant allegata in contrarium quod enunciatio solennitatum debet esse specifica nec sufficit generalis quia intelligitur quando fieret a notario aut ab alio ad quem non spectat iudicare que & qualia sint iuris solennia.& ita procedant que ego scripsi in cōs. xxix.colum.ij.circa med.& in notario quod non sufficiat expressio aut enunciatio in genere, tradit Iaso.post Alberi.in d.l.sciendum colum.vi. versic. limita istā doctr'.Bar.ff.de verb.obli. Ex premissis habetur conclusio quod vbi sententia lata est de recenti contra presentem vel contumaciter absentem & transiuit in rem iudicatam, ita demum presumitur pro ea si acta & solennia referat saltem in genere,si vero de antiquo lata sit,presumitur pro ea licet acta non referat.

20 SED hic † videndū est quando dicat̃ de antiquo

lata vt pro ea presumatur licet de solennitatibus aut actis non habeatur in ea mentio, secundum aliquos sufficit biennium, secundum aliquos post xx annos secundum omnes committitur iudicantis arbitrio Alexan. in consil. ccxix. colum. iiij. post med. versic. preterea vt presupponitur libr. vi. idem voluit ipse Alexan. in consil. xvij. colum. ij. versic. nec obstat quod no. Cy. lib iiij. dum se remittit ad doct. per eum alleg. in. d. consi. ccxix. & hanc opi. quod relinquatur arbitrio iudicis sequitur Areti. in consil. xxxvi. colum. fin.

SED idem Alex. in. l. fi. §. illud. ff. quando appel. sit in addi. ad Bar. sequitur opi q̃ sufficiat bienniũ, refert & sequit̃ Bertachi. in. ij. parte sui repertorij in verbo sententia presumitur ante finem primi versi.

IDEM Alex. in cõs. cxxiij. col. ij. versi. preterea predicta sententia lib. ij. voluit q̃ sufficiat tẽpus. x. annorũ refert & sequitur Gozadinus in consi. xxix. col. fi. vers. vi. adduco. Addo Veronẽsem in cõsi. xxvi. col. iiij. ad fi. Abb. autẽ in cõsi. lxi. col. pe. post med. versi. nunc venio ad responsionẽ li. i. sequitur opi. Ioan. Calderi. in. d. c. quoniam contra de probatio. q̃ requiratur tẽpus viginti annorum. eandem opi. tenet calca. in consil. viij. colum. iiij. in fi.

EX premissis apparet q̃ certa doctrina dari nõ põt circa istud tempus, ob id totum videtur relinquẽdũ arbitrio iudicis qui varie arbitrari poterit secundũ
21 qualitates iudicũ qui pronunciauerũt q̃a † magis presumetur pro sententia vnius iudicis maioris q̃;

inferioris in dubio.l.i.ff.de offi.prefecti preto. Bal. in.l.tutores.ff.de confir.tuto.Iaso.in.l. pacta nouissima in tertio nota.C.de pactis. in.c.i. colū.iij. ad fi. qui feu.dare poss.m in rubr.C. qui admitti col.ij. in fi.& hoc quando qualitas iudicis maioris nō esset nota iudici arbitranti, si enim nota esset & iudicem sciret imperitum, precipitem aut alias conscientie nebulose aut minus integre, arbitrium eius considerabit tempus longius q̄ in iudice recto & integro perito eque & inculpato. vbi vero tempus exactum esset annorum triginta, illud sine dubio videtur sufficere Veronensis in consi.lxiij.col.ij.

22 SED hic quero † quando sententia lata est de antiquo, an ita demum presumatur pro ea ; si lata sit contra presentem aut contumaciter absentem, an vero etiam si contra absentem non contumacem, Corn.in consil.cccxxxiij.colum.iiij.in fi.lib.i.ꝙ dicta distinctio an feratur sententia contra presentem aut contumaciter absentem vel absentem citra contumaciam, solum fit quando sententia est de recenti, sed vbi de antiquo est, indistincte pro ea presumitur, Addo rationem vltra Corn. nam ideo presumitur pro sententia recenti contra presentem vel contumaciter absentem, quia imputandum est ei cur non appellauit vel cur contumacem egit & ꝙ non appellandi censetur acquieuisse sententie & approbasse omnia enunciata in ea, sed ista ratio militat etiam contra absentem non contumacem vbi

23 sumus in antiquis quia † propter diuturnitatem

sctia sin-
natis
i anniqs

temporis presumitur scientia idest ꝙ is contra quem pronunciatum est, noticiam habuerit de sententia Sali.in.l.autoritatem versi. quero de questione facti.C.vnde vi quem refert & sequitur Deci. in cōsi. clxxxv.colum.vi. Addo Calderi.in consi.xv. col. i.versi.ex quo sequitur in titu.de preben.licet contrarium voluerit bellamera in consil.x.col.x. in fi. vers.quoad primam difficultatē & col.xiij.in prin.

ET ex hac ratione infertur ꝙ vbi alias posset probari scientia absentis, nō contumacis ꝙ noticiam habuerit de sententia & ab ea non appellauerit infra tempus debitum a die scientie, ita presumetur pro sententia contra talem absentem etiam non contumacem sicut contra presentem, ita Barto. in consi. xcviij.apparet sentētia col.ij.versi & idē intelligo, calca.in consil.lxxvi.colum.vij. & in consil. lxxx. colū.iiij.in fi.Imo in.l.iiij.§.condemnatū ff. de re iudi.quem refert & sequitur Gozadi.in.d.cōsil. xcvi. col.fi.versi.vij.adduco.Quod intellige in casibus in qbus absens post noticiā habitam tenet appellare.

EX premissis habes duas differentias an sententia que transiuit in rem iudicatam sit de recenti vel de antiquo, quia vbi est de recenti, oportet ꝙ sit lata cōtra presentem ita ꝙ appareat sententiam transiuisse in rem iudicatam per consensum presentis expressum vel tacitum ad hoc vt presumatur pro tali sententia, secundo oportet ꝙ sententia solennia referat saltem in genere, vbi vero est de antiquo, ista duo non videntur necessaria. Est verū circa secūdū

requisitum vt oporteat solennia sententie in ea enũciari saltem in genere, quod multi talem enunciationem non requirunt & etiam in sententia de recenti, postq̃ transiuit in rem iudicatam. vt in precedentibus visum est.

CONclusio etiam ex premissis infertur quod presumitur pro sententia quando trāsiuit in rem iudicatam contra presentem vel contumaciter absentem licet sit sententia de recenti, si vero de antiquo, etiam cōtra absentem citra contumaciam.

24 QVE conclusio † limitatur vt non procedat in preiudicium tertij contra quem pronunciatum nō est quia contra eum non presumitur pro sententia etiam in antiquis Pau. de cast. in consil. xcix. circa primum quesitum colum. ij. versi. nec obstat quod presumitur lib. ij. Socy. in consi. clviij. colũ. iij. in fi. versi. sed ego etiam respondeo clarius lib. ij. Abb. in. c. cum inter. r. colũ. iij. de electio. Fely. in. d. c quoniam contra colũ. xiiij. de proba. rippa. in. l. ij. §. voluntatem col. v. circa med. ff. solu. matr. vbi tamen de Pau. & Socy. non meminit. & faciunt que scripsi supra in. i. parte de verbis enunciatiuis nu. lxx. ꝙ tertio non preiudicant etiam in antiquis.

SED aduerte ꝙ ista limitatio dependet ab illa questione an sententia lata inter alios, alijs preiudicet, quia in casibus in quibus preiudicat tertio, pariter videtur ꝙ pro ipsa sententia presumatur contra tertiũ & siquidem sententia in totum & plene preiudicet tertio, pariter dicendum videtur ꝙ plene

pro ea presumatur contra tertium, si in parte, pro ea parte. Que materia an sententia preiudicet tertio habetur plenissime in.l.sepe.ff.de re iudi.vbi Alex. repetendo, ead.mat.versi.fortius dixit post notarij verborum φ semiplene probat contra tertiū. Non
25 † dicam hic quando res inter alios acta. alijs plene preiudicet, sed pro intelligentia huius limitationis videndum esset, in casibus in quibus plene nō preiudicat, an saltem preiudiciū aliquod pariat, Alex. in.d.l.sepe col.xx.versi fortius dixit post nu. lxxi. φ parit preiudicium quoad semiplenam probationem & idem Alex.in consi.clvi in fi.lib.ij. Ancha. in consil.cclxxvi.visa diligenter colū.i. circa med. versi.ego his nō obstantibus, roma.in cōsi cccxliij. ante fi.versi.φ autem aliquale preiudicium. Socy. in consi.cxlix.colū.vi.versi. confirmantur predicta lib.i Deci.in cōsi.xlij.colū. fi.in consi cix.colū.i. in consi.cclxxij.col.iij. & in consi.cccccxcvi.Corn.in cōsi.cccxix.colū.pen lib.iij. vbi voluit φ scriptura priuata inter alios cū vno teste integro plene probet, ergo vult φ talis scriptura semiplene probet & dicit Iaso.in.l.decē col.ix.versi. sed vnū fortiter obstat.ff.de vrbo.obli. φ liber estimi aut catastri inducit presumptionem contra tertium que onus probādi in eū transferat que sane presumptio iuris plus videt̃ habere φ̃ ꝓbatio semplena cū talis ꝓbatio semiplena nō trāsferat onus ꝓbādi in aduersariū nisi eo casu quo semiplene ꝓbāti deferēdū sit iur̄um suppletiuū quo ēt cāu ad euitādū tale iur̄m sufficere

videtur aduersario ꝙ parem & semiplenam probationem prestet per ea que habentur in .l. admonendi .ff. de iureiuran. sed vbi † presumptio iuris
26 transfert in alium onus probandi, necessaria videtur probatio plena immo fortior videtur necessaria probatio propter talem presumptionem que sit contra eum. quia verisimile vbi Abb. in secundo nota. de presemptio. Immo isto casu probationes debent esse apertissime & tales testes de quibus nõ sit aliqua verisimilis dubitatio ꝙ debeant deierare per text. cum glo. in. l. non est verisimile. ff. quod metus cau. in. c. super hoc de renuncia. & in. d. c. qa verisimile, habetur per glos. & doct. in. l. transactione. C. de transactio. Socy. in consil. cclxiij. colũ. vi. versi. ij. respondeo lib. ij. Deci. in consil. cv. col. iij. in consi. clxxv. col. v. & in consil. clxxvij. colũ. i. Iaso. in. l. si extraneus in. vi. nota. ff. de condi. ob cau. & in l. sciendum col. v ff. de verbo. obliga. Addo bonũ text. in. l. sicuti. C. de questio. vbi ꝙ testimoniũ Socij criminis non facile admittitur contra apprehendentem vel custodientem eum quia non est verisimile ꝙ eum apprehendisset aut custodiret si se cõsciũ aut complicem videret & sic ista iuris presumptio que est cõtra testimonium socij criminis, illud repellit vbi alias admitteretur. Amplius quando qs vult probare contra illud quod lex presumit, requiruntur tres testes idonei vel saltem duo excellentes vt resultet plena probatio Specu. in titu. de probatio. §. fi. versi. fi. qđ dictũ pro stupendo refert

& sequitur

& sequitur Iaso.in.d.l.sciendum colum.v.versi. no. tamen stupendum dictum.ff.de verbo.oblga.illud etiam dictum pro singulari refert & sequitur Curtius iunior in consil.lij.colum.iij.circa med.Idem est in suspitione quia fortiores requiruntur probationes in eo contra quem militat suspitio Areti.in cõs. lxiiij.colum.iiij.versi.item ex clausulis.

SED ꝙ res inter alios acta non pariat preiudicium semiplene probationis contra tertium sed tantum presumptionem aliqualem aut leuem faciat, tenet Areti.in consil.clxiij.sicut Ioannes colum.ij. versic. vtrum autem iste probationes Curti. senior in cõsi. lxxiij.colum.ij.in fi.& seq.vbi late. idem tenet Deci.sibi contrarius in.l.ij.colum.x.C.de eden. vbi ꝙ solum inducit semiplenam probationem in causa connexa ratione connexitatis.Idem tenet Iaso.in .l. si duo patroni in princ.colum.ij.ff. de iureiurand. Addo Bald.in consil.ij.si egresse in fi.libr.iiij.vbi ꝙ confessio maioris etatis facit indicium inter alios, tamen in confessione videtur ꝙ faciat semiplenam probationem vt habetur in. d.l. admonendi & tradit Veronensis in consil.xlv. colum.ij. circa fi. Rippa etiam in.d.l.admonendi colum.pen.& in.d.l.ij. col. xi.post med.C.de edendo ꝙ res inter alios acta solum inducit qualem qualem presumptionem que operatur vt data paritate probationem; is causam vincat pro quo sit talis presumptio. per glo. in .d.l. si duo patroni in prin.Aliũ effectum ponit Curti. in.d.consil.lxxiij.colum iij.vt iudex faueat in defe-

rendo. iuramentum suppletiuum habenti vnum testem cum ista quali quali presumptione. & colũ. iiij. dicit Curti. ꝙ istud quale quale preiudicicium non fit tertio ex sententia iniusta aut nulla etiam confirmata rescripto principis.

ET hanc vltimã opi puto de iure veriorem in facto de recenti, in antiquis autem procedat prima opi. ꝙ inducatur semiplena probatio. & in antiquis ita tenet Areti. in consil. xv. colum. ij. post med. versi. & istud indubitanter Curti. in. d. consi. lxxiij. colũ. iij. versic. tertio respondemus vbi quando ex antiquitate temporis verisimiliter acta & processus forent de perdita, tunc ex sententia fit preiudicium tertio quoad semiplenam probationem Iaso. in. d. l. si duo colum. ij. ff. de iureiuran. & que scripsi supra in prima parte circa verba enunciatiua & circa scripturam priuatam ꝙ in antiquis probant semiplene cõtra tertiũ. & sic quatenus sententia inter alios lata alijs preiudicat, eatenus pro ea prusumet̃.

27 SEcundo † limitatur premissa conclusio ꝙ pro sententia presumitur quando transiuit in rem iudic. contra presentem vel absentem secundum supradicta, vt procedat in his in quibus non ualet sententia ex defectu consensus partium, quia partes non appellando censentur consentire & tacite remittere talem defectum, secus si sententia aliunde sit nulla ꝗ̃ ex defectu consensus partium ut quia lata sit sine cause cognitione ita calca. in cõs. lxxxviij. colum. ij. Sed nescio quid velet calca. dicere, nam

si velit intelligere ꝙ non presumatur pro solennitatibus quas partes expresse remittere non possunt tanq; substantiales male loquitur quia fateor ꝙ partes expresse non possunt remittere, sed dico ꝙ lex presumit eas interuenisse quando sententia transiuit in rē iudicatam uel quando lata est de antiquo & sic isto casu non consideratur consensus partis non appellantis circa remissionem solennitatum, sed consideratur presumptio iuris pro sententia ꝙ rite recteq; lata sit ut supra uisum est. & quod dicit calca. ꝙ non presumitur pro cognitione cause ꝙ causa cognita lata sit quia tunc non est nulla ex defectu cōsensus partis, Dico ꝙ male loquitur quia doct. dicunt ꝙ presumitur pro sententia & quoad solennia & quoad iustitiam, immo facilius respectu iustitie q̃ solennitatis, cause autem cognitio magis respicit iustitiam quam solennitates & in specie supra probatum & ꝙ presumitur pro sententia respectu cognitionis cause dum dximus nō esse differentiam inter decretum iudicis & eius sententiam sed in decreto iudicis doct. communiter cōueniunt ꝙ presumatur adhibitū cā cognita. Bene-
25 fateor † ꝙ si uere appareret latam esse sententiam sine cognitione cause, tunc cessaret presumptio que cessat in casu claro vbi aliter de veritate apparet. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. & ita declarat Fely. in. d. cap. quoniam cōtra col. xv. in fi. versicu. secundo declara. de porbatio. & latius infra habetur numero. xxx. & si bene consideres

calca. voluit vnum quod est contra omnes doct. communiter ꝙ magis presumatur pro sententia respectu solennitatis ꝙ̃ iustitie.

NEC ob. argumentum calca. ꝙ sententia nulla ratificari nõ potest vt ualeat tanꝗ̃ sententia quia fateor vbi apparet de nullitate, sed dico ꝙ in dubio non presumitur nulla ex defectu solennitatum quando fertur contra presentes & transiuit tempus appellandi vel qñ contra absentes & sumus in antiqs qa omnia p̃sumunt̃ solẽniter acta & sic cessat nullitas.

29 TErtio † limitatur predicta conclusio ut solum procedat quo ad iustitiam & veritatem sententie pro qua presumitur non respectu ordinis iudiciarij Bald. in consi. ccccxcij. in causa vertente inter Blasium colum. ij. in fi. versic. modo restat respondere lib. iij. sed ista limitatio non placet quia ut sepius dictum est, presumit̃ pro sententia que transiuit in rẽ iudi. etiam respectu solẽnitatis & ordinis iudiciarij.

30 QVarto † limitatur ut non procedat quando libellus est ineptus, Bald. in consil. ccli. posito libr. iiij. sed ista non est proprie limitatio quia conclusio loquitur ꝙ presumitur pro sententia in casu dubio, sed quando apparet de ineptitudine libelli, sumus in casu claro, in quo clare constat de nullitate sententie propter ineptitudinem libelli. Quando enim producuntur acta ex quorum productione apparet de nullitate aut iniustitia sententie, tunc uere & clare dicitur probari de nullitate & iustitia, nec tunc tractari potest aliqua presumptione pro

ipsa sententia Barto.in.l.i.ff.si tutor uel cura.appel. in.l.qui ad ciuilia.C.de appella.& in consil.xcviij. apparet sententia in fi.Fely.in d.c. quoniam contra colum.xv.in fi.versi.ij.declara.de probatio. Socy. in consil.xlvi.colum. ix. circa med. versi. sed clare etiam respondetur libr.iiij. Areti.in consi.lxij. ex facto ante fi.Iaso.in.l. iiij.§. condemuatum colum.ij. in fi.versi.ij.contra Barto.facit ff.de re iudi. & que infra dicam in tertia parte huius tracta.in. vij. limitatione.numer.xv.& in.iiij.parte in.xij.q.& quod proxime dictum est nume.xxviij.

SED istud ꝙ probetur solennitatem sententie nõ interuenisse ex inspectione actorum, nõ uidetur procedere in his que sunt voluntarie iurisditionis quia potuit adhiberi solennitas in alijs actis, ita Corn. in cõsil.penul.colum.fi.libr.i facit Imo.in cõsi. xcviij. colum.iij.ante med.ubi ꝙ magis presumitur pro decreto iudicis quod est uolũtarie iurisditionis ꝙ̃ pro sententia quia in decreto potuit iudex se informare extraiudicialiter anteꝙ̃ illud interponeret:

SED istud dictum Corn.non videtur tutũ quia pluralitas actorum non presumitur glos. in.l.omnium C.de testam.Saly.in.l.ij.C.de errore aduoc. ob id non potest presumi de alijs actis de quibus non ap-
31 paret & sufficit † parti producenti acta negare ꝙ sint alia acta & si aduersarius pretendat esse plura, tenetur probare glo.in.l.cum de lege.ff. de proba. Bald.in consi.lx.generalitas lib.iiij. roma. in consil. ccxxij.dubitatur in fi.Paul.de cast.in consi.clxxvij.

uiso suprascripto punto primo ueniam colum.i.& in consil.ccxij. supradicta omnia quesita colum.ij. in secundo dubio libr.i.Alexan.in consil.xli in fin. libr.iij.in consi lxxi.colum.ii.lib.iiij.& in cõsi xvi. colũ.ii.lib.v.Ias.in.l.cum ex causa ff.de re iudi Curtius iunior in consi.cl. colũ.v. post med. ubi ꝙ illa glo.in. d.l. cum de.lege est communiter approbata quam etiam nouissime sequitur Gozadi in consil. xciiij.colum. vij.post med. & sine dubio procedit illa gl.quando presumptio est pro negante aliquid de pluri esse Iaso.in.l.si constante colum.xix.num. cxx.ff.solu.matri.& in consi.xxxiij.col.ij.in fi. & seq.lib.i.sed hic presumptio est pro negante ꝙ alia sint acta preter producta quia pluralitas factorum non presumitur ut supra dixi.

NON ob etiam ratio Imole ꝙ potuit iudex extrajudicialiter se informare ante decretum quia fateor sed dictũ Imo.procedit quando simpliciter producitur decretũ nec apparet de aliquibus actis cognitionis cause circa ipsum decretum,nos uero loquimur quando producuntur acta ex quorum inspectione apparet de defectu solennitatum, tunc enim non militat presumptio ꝙ potuerint procedere alia acta quia pluralitas actorum non presumitur & verisimile est ꝙ si alia acta processissent etiam illa in scriptis redacta essent.

DIctum tamen Corn saluari posset in vno casu quando non appareret de notario rogato de ipsis actis & in actis productis multa enunciantur de qui-

bus non apparet vnde rogari potuit alius notarius ut verisimile sit alia plura esse acta & ita erat in casu Cor. sed aduerte si non apparebat in casu Cor. de persona notarij rogati, quomodo poterat probari negatiua ex inspectione aut productione actorum, cum illa productio fidem non faceret.

32 QVinto † limitatur premissa conclusio ut procedat quando producitur sententia in forma probanti, ita q fidem facit, tunc enim pro ea presumitur respectu rititudidis & retitudinis, secus si instrumentum sententie non sit publicum nec fidem faciat quia aliqua requisita desint ad fidem instrumenti, nam tunc frustra tractatur de presumptione sententie ex quo de ea non apparet ita Socy. in consi. ij. colum. secunda in princ. libr. iij. allegat Bald. & clarius Imo. in l. i. ff. de his que in testam. delen. sed de hoc dubitare Socinum non oportebat quia paria sunt q nulla sententia lata sit vel q de ea non appareat. l. in lege. ff. de contra. emptio. l. duo sunt titij. ff. de testam. tute. cap. i. de presbi. nondum bapti. ministran. c. solennitates. i. de consecra. d. i. & qui non probat quod allegat aut producit, dicitur carere iure. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. quidā tabularum. ff. de furtis, que duo iura ad hoc citat Bald. in consil. lxvij. quia ex facto colum. secunda circa med. libr. iij. & de hac limitationi habetur infra in tertia parte numer. xiiij.

33 SExto † limitatur ut procedat in his que fiunt coram ipso iudice, secus in alijs que coram iudice nō

pœnalibus extẽsio nõ fiat a maiori nisi eo casu quo
si extensio nõ fieret, resultaret absurdũ puta qñ ali
cui interdicitur dignitate inferiori vel accessu ad su-
burbia, nõne plusq; absurdũ esset si obtinere posset
dignitatẽ maiorẽ uel si ad vrbem ingredi posset &
ita absurditatẽ cõsiderant iura supra allegata maxi
me tex. in d. l. cui pacto siliter in. l. nec ĩ ea. ff. de adul
ter. ubi sicut licitũ est patri adulterũ & adulterã oc
cidere impune, a fortiori poterit cõtumelia afficere,
nã absurdissimũ videret̃ puniri, quẽ pro cõtumelia
in eũ cõmissa q homicidij nomine minime teneret̃.
Idẽ in alijs excplis adductis ꝑ moder in l. in suis. ff.
de libr. & post. ꝑ Deci. in. c. qa in tm̃ de preben. in
qbus in delictis & pœnalibus arguit̃ a maiori, nam
inueniẽs ꝙ absurdũ sequeret̃ nisi ita liceret arguere
quo casu ne absurdũ inducat̃ extẽsio fit ut supra di
ximus in. v. limitatione. Confirmatur ista declaratio

ex eo quod scribunt Barto. & doct. communiter in d.l. transigere. C. de transact. vbi ꝙ illa. l. prohibens transigi super adulterio non extenditur ad raptum licet raptus sit grauior adulterio. Ex hac declaratione infertur ꝙ si per statutum aut cõsuetudinem imponatur aliqua magna pœna pro aliquo delicto ratione aliqua puta frequentie illius delicti aut aliter cum secundum locorum diuersitatem delictorum etiam qualitas varietur respectu magnitudinis, nam in francia falsitas capitaliter punit͂ per edictum regium non itidem seruatur apud alias regiones, immo vt supra dictum est apud cuneates delictum falsitatis tenue reputatur ex eorum statuto quod pœnam per breuem constituit, licet illud obseruari non arbitrer. similiter per legem iuliam crimen adulterij capitaliter punitur que tamen pœna apud posteros in dissuetudinem abijt, his inquam casibus non puto legem aut consuetudinem pœnalem extendi ad maiora delicta arguendo a fortiori quia cessat absurdum, modo & ipsum delictum maius impunitum non maneat, Quid enim absurdum videatur si aliquod delictum quod minus videatur ex aliqua causa acerbius vindicetur q̃ꝫ aliud
113 crimen quod grauius visum sit videmus † enim ꝙ pœna furcarum est maior q̃ꝫ pœna capitis quia pœna furcarum est magis ignominiosa Barto. in. l. capitalium. §. serui. ff. de pœnis in. l. desertorem in prin. ff. de re mili. Bal. in. l. omnes. C. de delato. libr. x. vbi si quis fuerit condemnatus pœna furcarum

& pœna

& pœna capitis diuersis sententijs & non potest cõ
stare pro quo delicto prius fuerit condemnatus, ca
put amputari debet quia est mitior pœna q̃ furca
rum sequitur Ioan. de ana. in. c. fi. colum. x. de collu
sio. dete. tradit Socy. in consil. clvij. colum. ij. libr. ij.
& tamen pro furto furcis quis suspendetur & pro
homicidio decapitabitur cum homicidium infini-
114 tis partibus sit grauius furto. Nec placet †dictum
decij in. c. at si clerici in princ. colum. v. in septimo
nota. de iudi. & in consil. lxv. colum. ij. q̃ vbi pro
furto maior pœna imponitur q̃ pro homicidio,
tunc furtum dicatur delictum grauius homicidio
quia cum grauitas delictorum insit ab ipsa natura,
non potest lex facere q̃ delictũ maius dicatur mi-
nus & econtra. §. fi. insti. de iure natu. gen. & ciui. l.
eas. ff. de capi. dimi. nec statutum dicitur facere de-
lictum maius quod vere minus sit ob impositionẽ
maioris pœne quia vt dixi potuit. imponere maio
rem pœnam ex aliqua causa puta ut obuietur fre
quentie illius delicti, benefateor q̃ vbi cadere pos-
set dubium probabile an unum delictum sit ma-
ius altero, tũc cognoscetur grauitas delicti ex qua-
litate pœne ut dicit Deci. in. d. consil. lxv. & in. d. c.
at si clerici, sed ubi est notorium unum delictũ esse
maius altero per rerum naturam prout in homici-
dio & in furto, que enim comparatio fieri potest
de offensione in personam ad offensionem in bo-
nis arg. l. in seruorũ in fi. ff. de pœnis & q̃ ex qua-
litate pœne maioris vel minoris non semper ar-

guatur ad qualitatem delicti ut dicatur maius uel minus prout magis uel minus reperitur uindicatum tradit Socy. in d. consi. clvij. colum. pen. in fi. Deci. in aucten. cassa colum. iij. post med. C. de sacrosan. eccles. & in. c. eccl'ia. sancte marie circa prin. de consti tutio. & aduertendum quia Socy. & Deci. consuluerunt in eadem causa licet pro diuersis partibus et dicit Deci. in. d. c. at si clerici in prin. in septimo no. quod obtinuit sentētiam pro eius parte contra cōsi. Socy. sed aduerte quia in casu Socy. & decij nō puto ꝙ fuerit iudicatum pro consil. Decij eo ꝙ delictum furti esset maius homicidio sed quia intentio statuentium seu statuti luce videtur ꝙ dummodo non bannitus interficiat bannitum reum mortis & sic purget prouinciam homine scelerato & patibulo digno, talis occidēs habeat priuilegium liberandi a banno alium bannitum cuius delictum non sit maius delicto eius qui dicitur occisus per non bannitum quasi intentio statuti fuerit ꝙ si non bannitus interficiat bannitum qui a pœna mortis defendi posset, tunc non possit liberare a banno alium bannitum mortis reum sed ubi uterq; bannitus idest & occisus per non bannitum & is de cuius liberatione agitur mortis rei erant, satisfactum videtur intentioni statuti & licet vnum delictum videatur maius altero, tamen ex quo in substantia eadem est pœna mortis, illud plus & minus quod pœnam in substantia non alterant, non habentur in consideratione. l. fin. ff. de fundo instructo. & sic iudex in

causa illa luce magis videtur considerasse effectum statuti quàm verba, effectus autem idem videtur dummodo non bannitus eum interficiat qui morte dignus esset. Concurrebat etiã in casu decij quia statutum luce dat illud beneficium non bannito occidenti bannitum ob publicam vtilitatem ut sic accendantur homines ad extirpandos bannitos & eos occidendos ob id extendendum videtur aut large interpretandum ut ipse Deci. deducit.

215 NONO † nõ procedit p̃missa regula negatiua in correlatiuis in quibus fit extensio etiam in materia pœnali Ideo pœna imposita actori intelligitur etiam imposita reo & econtra glo. in. l. per interuallum. ff. de iudic. & in capitu. primo de confess. libr. vi. & in correlatiuis quod pœna imposita uni extendatur ad alterum, tradit Barto. in. l. prima. ff. quod metus cau. cum simil. ut Iaso. scribit. in. l. non dubium colum. tertia post med. versi. secundo singulariter limita. C. de legib. in. l sicut bonis in secundo not. C. de in ius vocan. & in. l. fin. colum. iij. C. de indic. vidui. tollen.

CONtrarium quod immo in pœnalibus non fiat extensio de uno correlatiuorum ad alterum, tenet Abb. in. c. i. colum. fi. de loca. sequitur Ias. sibi contrarius in. l. fi. in fi. ff. de in ius vocan. Dec. in. l. i. col. ij. circa med. C. de in ius vocan.

PRO resolutione dicendum est q̃ hec nona limitatio procedit respectu vnius & eiusdem actus indiuidui & quando unum non potest prohiberi sine altero

tunc enim pœna imposita uni ex correlatiuis censetur imposita alteri puta per statutũ maritus prohibetur relinquere uxori, certe etiam mulier censetur prohibita accipere, rursus per statutum prohibetur quis vendere sub pœna, certe etiam emptor censetur prohibitus emere sub eadem pœna quia non potest quis uendere sine emptore nec potest maritus vxori relinquere si uxor non accipiat, secus in diuersis actibus puta prohibetur maritus relinquere uxori, an per hoc dicatur prohibita uxor relinquere marito certe non quia isti actus sunt diuersi & separati nec fiet elusoria dispositio statuti prohibentis maritum relinquere uxori licet uxor possit relinquere marito, fieret autem elusoria respectu eiusdem actus si marito ꝓhibito relinquere non censeretur prohibita uxor accipere ita declarat Socy. in. d. consi. lxxiiij. colũ. ij. post med. libr. iij. Curtius iunior in. d. consi. vi. col. vi. post med. & colũ. seq. vbi videtur sibi ascribere hanc declarationem sed ante eum fuit Socy. in. d. consi. lxxiiij. & dixi supra in. x. limitatione nu. xxxv. ad regulam ꝙ consuetudo nõ extenditur & ꝙ in actibus diuersis nõ fiat extensio, adduco Bald. in consil. ccccxxiiij. punctus talis est titius decessit circa fi. libr. iij. vbi licet valeat testamentnm patris inter liberos coram duobus testibus, non tamen ualet testamentum filij inter parentes coram duobus testibus.

VBI autem sumus in diuersis actibus & in quibus vnũ potest stare sine altero, an dispositio extendatᷣ

in correlatiuis, Dic ꝙ aut sumus in correctorijs & tūc nō videtur extendi etiā ex maioritate rationis per dicta supra in octaua limitatione ꝙ in correctorijs non fit extensio etiam ex maioritate rationis. Aut sumus in pœnalibus & fiat eo modo quo diximus fieri in pœnalibus. Aut sumus in his que sunt p̃ter ius & tūc fit distinctio an militet eadē rō vel nō ut p Ias. in. d. l. fi. col. iij. C. de ind. c. vidui. tol.

SED aduerte circa declarationem Socy. in. d. consi. lxxiiij. & Curtij iunioris in. d. consil. vi. dum uolunt ꝙ in correlatiuis fiat extēsio etiam in materia odiosa & pœnali respectu eiusdem actus indiuidui, q̄a ista declaratio bene procedit respectu ipsius actus principalis in quo vnum non potest esse sine altero quia uno prohibito necessario censetur prohibitum, & alterum puta prohibetur quis vendere, necessario prohibet̃ & alter emere, sed non ꝓcedit respectu pœna quia potest vnus puniri sine altero, licet enim contractus non possit prohiberi uni quin prohibeatur & alteri, pœna tamen separari potest simile videmus ꝙ usuram quis committere non potest nisi sit qui ad usuram accipiat & tamē pœna que imponitur vsurarijs non extenditur ad accipientes ut no. in. c. super eo de usuris.

IDeo istud dictum Socy & Curtij ꝙ in correlatiuis fit extensio etiam in materia odiosa & pœnali respectu eiusdem actus indiuidui debet sane intelligi quo ad actum principalem, quoad pœnam vero habenda est distinctio an militet eadem ratio vel

non prout in vsura in qua non militat eadem ratio puniendi accipientem que in dante aut mutuante. Idem si prohibeatur quis conducere domum ante finitam conductionem alterius sub pœna quia si talis prohibitio facta sit ob aliquam rationem que non ita militet in locatore sicut in conductore, talis pœna non extendetur ad locatorem licet non possit quis conducere sine locatore ita declarat Abb.in.d.c.i.colū.pen.in fi.de locato. & sic in correlatiuis procedet hec nona limitatio ꝙ in eis fit extensio in materia pœnali respéctu vnius & eiusdem actus indiuidui & etiam quoad pœnam que diuidua est, quando militat eadē ratio in utroqꝫ & secundum has declarationes resoluitur tota materia extensionis in correlatiuis & decisiones que alioquin videnť diuerse & cōtrarie inuicem recōciliant.

SED contra premissa oppono, tu dicis ꝙ in correlatiuis fit extensio etian in materia pœnali respectu vnius & eiusdem actus indiuidui quādo est eadem ratio in vtroqꝫ, in contrarium adduco Bal. in cōs. ccccl xxxij. magnifici viri colum.ij. libr. primo vbi si quis prohibeatur acquirere & acquirat contra prohibitionem, ipse acquirēs solus conuenitur ad interesse & non transferens & tamen sine transferente non potest quis acquirere nec distinguit Bal. an sit eadem ratio in transferente vel non sed simpliciter hoc dicit & mouetur quia verba prohibitionis in transferentem directa non sunt.

116 SOlutio † Bald. loquitur quando prohibitio

erat facta per pactum & sic in prohibitione hominis, nos vero in prohibitione legis, constat autem difficilius extendi dispositionem hominis ꝙ legis c.susceptum de rescript. libr. sexto .c. cum illis de preben.eo.libr.per que iura ita declarat Imo. in .d. l.si vero.§. de uiro in secundo articulo principali ff.solut.matrimo.sequitur Iaso.in l.iij.in prin.colū. secunda in fi.versi.tertio adducit.ff.de acq.possess. post Areti. ibi. & in terminis correlatiuorum ita declarat Bald. in.c.i. in princ. qualí. domi.propri. feu.prin.per text.in.l.sed interpellatur.§. si ab altera.ff.de arbi. quod dictum pro singulari refert & sequitur Deci.in.d.l prima colū.secunda circa med. C. de in ius vocan.

117 DEcimo † non procedit quando unum venit appellatione alterius saltem de lata signifitione uocabuli quia ad illud fit extēsio etiam in materia pœnali Calderi. in consil. viij.in titu. de electio.vbi ꝙ text.in.c ut auaricie de electio lib.vi. priuans electū administrantem ante cōfirmationem extenditur ad presentatum administrantem ante institutionem qa presentatio saltem large venit appellatione electionis & quedam videtur electio facta per patronos, sed hic videnda sunt que supra diximus in materia correctoria in decima tertia limitatione. Posset etiam dici ꝙ ideo fit extensio de electione ad presentationē qa per iura sexti ut plurimū parificant. Rochus de curte.in.d.c fi.car.xxxiiij.in.iij.limita.

VNdecimo nō ꝓcedit premissa conclusio negatiua

quando in alio casu non reperitur certa pœna constituta quia tunc consuetudo aut lex pœnalis extenditur ad alium casum quia ubi certa pœna nō reperitur statuta, recurritur ad simile legis vel statuti aut consuetudinis Barto. in consi. cvi. statuto castri plebis & sic consuetudo aut lex pœnalis extenditur vt ex ea declaretur pœna in alio casu simili in quo certa pœna constituta non sit.

118 DVodecimo † non procedit in accessorijs qa ad illa trahitur consuetudo aut lex pœnalis. l. fi. C. de fru. vrbis constantino libr. xi. ubi Barto. & Io. de pla. Socy. in consi. xciij. colum. viij. post med. versi. postremo hanc partem confirmo libr. i. nam in. d. l. fi. prohibitio pœnalis de non minuendo aut conuertendo in alium vsum pecuniam publicam deputatam ad emptionem frumenti de tempore necessitatis, extenditur ad lucrum prouenient ex illa pecunia. Ex quo infertur non bene locutū Bald. nouel. in trac. de dote in octaūa parte priuil. vi. col. vi. post med. versi. nec ob. ꝙ priuilegium ubi voluit licet sub dubio forte ꝙ priuilegium principalis non trahit̃ ad accessoria in correctorijs & exorbitantibus & contra eum etiam faciunt que scripsi supra in octaua limitatione ad regu. quod consuetudo non extenditur.

DEcimo tertio non procedit quando dispositio pœnalis loquitur in uno ratione frequentioris vsus qa tunc extendit̃ ad aliud glos. in. l. i. in versi. sponsam C. de raptu virg. vbi illa lex pœnalis loquens in

ſponſo ratione frequentioris vſus habet locū etiam in ſponſa rapiente ſponſum cum ſimi. ut per Curtium ſeniorem in conſil.xi.colum.iij.

Ex premiſſis abūnde declaratam habens hanc vigeſimam primam limitationem an in pœnalibus permiſſa ſit extenſio in qua regulam habes negatiuam cū vndecim limitationibus ex quibus facile erit ad contraria reſpondere, nec erit hec materia ita in cōfuſo & quodammodo arbitraria ꝓut eam reliquit Ange.in.d.§.ius autem ciuile vbi ſolum multiplicat contraria concludens certam doctrinam dari non poſſe ſed ſtandum eſſe dictis glo. & doct. prout deciſa inueniuntur, Ad quem modum facile erit conſulentibus pro & contra in eodem caſu ad arbitriū variare & eo mō loculos implere ad animarū ꝑnicię & pauperū litigantiū enorme diſpendiū.

119 VIgeſimo ſecundo † limitatur predicta concluſio que habet ꝙ conſuetudo nō extenditur, vt nō procedat quando duo gradatim inuicem ſe habēt quia mutatio facta in vno extendit̃ ad alterū, puta de iure antiquo licebat donare certam quantitatē laico ſine inſinuatione & duplum eccleſie etiam ſine inſinuatione & ſic laicus & eccleſia habebant in ſe hanc ordinationē inuicem vt eccleſia poſſet accipere ſine inſinuatione duplum eius quod poterat laicus accipere, poſtea ſuperuenit ius nouum C. per quod quantitas laico donari poterat ſine inſinuatione, aucta fuit vſq; ad quingentos aureos, certe etiam duplicabit̃ ſumma que eccleſie donari po-

terat sine insinuatione Crotus in repe l.omnes populi in materia interpretationis extensiue conclu. xiij.ff.de iusti.& iure.similiter ordines subdiaconatus, diaconatus & subdiaconatus habent inuicem quandam ordinationem vt certum tempus singuli habeant inuicem, si tempus mutetur in uno ordine, illa mutatio trahitur & ad alios ordines glos. in clem.generalem de eta.& quali. cum sim.ut per.d. Rebuffi in tracta.nomina.in.xij.q.prin pagi. lxix.

120 VIgesimo tertio † non procedit propter causam honestatis seruande quia tunc etiam consuetudo aut lex stricti iuris extenditur de casu proprio ad improprium puta lex prohibet parentes vocari in ius sine venia, quomodo intelligetur parentes, si proprie, intelliguntur vsque ad tritanum.l. iurisconsultus.§. parentes.ff. de gradi. tamen quia illud ius prohibitorium non vocandi parentes in ius sine uenia, introductum fuit causa honestatis seruande & vt prestetur reuerentia parentibus a quibus descendimus, extenditur ad omnes parentes cuiuscunque gradus in infinitum.l.iiij.preter ait & ibi Angel.& Iaso.in quarto no.ff.de in ius vocan. quam.l.legit Iaso.simul cum.l ij.& idem Ias.in.§.pœnales. colum. ix.in prin.num.liiij.insti.de actio.& in.l. qui se patris colum.xxv.post med.versi similiter causa honestatis,C.vnde liberi.addo Alex.in.l.nepos proculo in addi.ad Barto.ff. de ver. signi. ¶ Adde quod ea que fiunt causa honestatis seruande necessario & coacte fieri dicuntur ob id ex actu qui fit propter

honestatem seruandam non inducitur renunciatio iuris sui tanq̃ coacte factum dicatur Io. fabri. & Ang. Are. in. §. fi. inst. de iniu. aufrer. in decis. tolosa. q. ccxxxiij. vbi si iniuriam passus recipiat iniuriantem ad osculum pacis in ecclesia quod salua honestate recusare non poterat, a clem fi. de sen. excom. ex tali osculo non censetur iniuriam remisisse quia necessario & coacte ita egit honestate cogente. Idē secundum eos si passus iniuriam & iniurians simul inuitentur ad aliquod festum & conuiuium & ad eandem mensam ponantur , inde simul comedant & bibant quia non censetur iniuria remissa tanq̃ necessario & cogente honestate ita actum sit, Confirmatur istud dictum quia numeratur honestas inter iuris precepta. l. iustitia est. §. i. ff. de iusti. & iure §. iuris precepta insti. eo. titu. & attendi debet non solum quod liceat sed etiam quod honestū sit. l. semper. ff. de ritu nuptia. & publica honestas impedit matrimonium. c. iuuenis & c. ad audientiam de spōsal. no. in c. non debet de consang. & affi. & ius honestatis exceptuatum intelligitur a debito reuerentie ob id dominus non potest subditas cogere vt vadant ad eius domum pro tripudijs aut choreis si causa honestatis nolint accedere Bald. In. l. q̄d ex libera per illum text. C. de operis liber. refert & sequitur Deci. in. c. primo. colum. v. super glo. fi. de
121 constitu. ꝑ Hinc videmus † ꝙ iuramentum de parendo mandatis alicuius, intelligitur de honestis c. veniens & ca. quintauallis de iureiur. c. primo de

iureiuran.libr.vi.& generale ar bitrium concessum alicui non trahitur ad ea sunt que contra honestatem Barto.in l.i.ff.de his qui sunt sui vel alie. iuris Ange.& fulgo.in.l.milites.C.de testam.mili.Socy. in consil.liij.col.ij.lib.iij. Iaso.in l.i.colum.iiij.ff. de legat.i.¶ Nec ualet cõsuetudo contra honestatem.c. cum decorem & .c.cum ab omni de vita & hone. cleri.Abb.in.c. cum inter in.iij.nota. de consuetu. Immo consuetudo contra honestatem a principe approbari non potest Bald. in.c. ad nostram de proba.& ibi Fely.colum.iij.versi.vltimo no. hinc videmus non valere consuetudinem aut statutum ꝙ cessio bonorum fiat modo vituperabili puta percutiendo anũ aut nates ad columnam quia hoc est contra honestatem & bonos mores Cy.& Bald.in l.fi.C qui bonis ced.pos.cum simil.ut per Iaso.in.§. eum quoqꝫ colũ.fi.nume.xxviij.inst.de actio. Addo ꝙ si princeps per eius rescriptũ mandet quem admitti ad cessionem bonorum, debet simpliciter recipi sine aliqua ignominia quia in actu principis glosandum non est ita Bald.in consi.ccci.lib.v.

122 VIgesimo quarto † non procedit in casu presumpto ad quem trahit̃ statutum vel consuetudo ẽt exorbitans, puta stat statutum vel consuetudo ꝙ vxore decedente in matrimonio, maritus lucretur dotem,talis consuetudo extenditur ad dotem presumptam idest quam vxor vere non constituit sed ius constitutam presumit prout quando mulier secundo nubit eo casu quos ius presumit dotem da-

tam primo marito censeri constitutam & secundo viro Barto. in dispu. incip. mulier habens amplum patrimonium Abb. in cõsi. xlvi. tria in. ij. dubio lib. i. cuma. in consil. cix. domina Ioanna in. i dubio refert & sequitur Curtius iunior in consil. iiij. colum. v. Addo Bal. in. l. cum citra. C. de iure dotiũ quem refer. & sequitur Bertachi. in. ij. parte sui reperto. in verbo maritus lucratur ver. xxxvi. vltra Bertachi. idem uoluit Bald. in. l. nulla. C. de iure dotium vbi in illa q. an mulier nubens sine constitutione dotis censeatur dedisse omnia bona sua in dotem, dicit q̃estionẽ esse vtilem ad sciendum vtrum vir qui lucratur partem dotis ex forma statuti, lucretur partem istius dotis presumpte & sic clare presupponit Bald. tale statutum locum habere etiam in dote presumpta & ita Bald. refert & sequitur Socy. in cõsil. viij. colum. fi. libr. iiij. & tamen tale statutum videtur exorbitans & deuiare a iure communi q̃o iure maritus nõ succedit uxori ita Abb. in cõsi. lxxix. colum. i. libr. ij. vbi propterea ꝙ est odiosum immo tale statutum aperte videtur contra ius commune & cõtra. l. vbi adhuc. C. de iure dot. & l. dos a patre C. solu. matri ita Ang. in consi. clviij. ꝙ si aliquod & in consil. clxxx. premitto in princ.

C Ontrarium ꝙ immo tale statutum non habeat locum in dote presumpta tenet Iaso. in consil. l. lib. i. idem videtur velle Corn. in consi. ccliiij. colum. iiij. versi. sed dato quod premissa & colum. fi. versi. insuper si esset obligatio libr. i.

SED ad argumenta Corn.& Iaso.patet respõsio ex dictis cuma.& Socy.in.d. consi.ꝙ procederent in dote putatiua & ficta secus in dote.presumpta que dicitur vera dos quia iuris presumptio dicitur probatio liquidissima.l.si quis locuplex in fi. cum glo. ff.de manu.testam.glos. in.l.si tutor petitus .C. de peri.tuto.l.licet imperator vbi glos. & doct.ff. de lega.i.Ideo perinde est ac si vere probata esset dotis constitutio per instrumentum aut testes Consequenter non videtur hic tractari de extensione aliqua sed proprie intelligi consuetudo aut statutum in casu suo & miror ꝙ in re & questione tam graui Cor.& Iaso.ita leuiter se habuerint.

NON ob.aliud argumentum Cor. ꝙ tale statutum de lucranda dote non videtur interpretandum in preiudicium liberorum primi matrimonij, Quia respondeo dupliciter Primo si mulier secundo nubens expresse dotem constituisset secundo marito,non negat nec negare potest Corn. quin statuto locus sit cum statutum generaliter loquatur nec distinguat in dote mulieris que nondum nupsit vel secundo nubentis & sic apparet de mente statuti ꝙ non habuit rationem in hoc liberorum primi matrimonij sed magis habuit rationem publice vtilitatis vt mediante tali lucro vidue facilius maritos inueniant & ciuitas liberis hominibus impleatur , si igitur in casu vero statutum non habuit rationem liberorum primi matrimonij quare dicetur habuisse in casu presumpto & tacito arg.l. qui ad certum

ff.locati.& sic postq̄ constat q̄ statutum voluit in hoc preiudicare liberis primi matrimonij, non est eundum per coniecturas & dicendum q̄ preiudicare noluerit quia in certis cessant coniecture .l. con-
123 tinuus.§.cum ita ff.de ver.ob. ¶ Secūdo dico † q̄ statutum deferens lucrum dotis marito, extantibus liberis primi matrimonij moderatur & restringitur secundum formam.l.hac edictali.C.de secun. nup. vt solum lucretur quantum vnus ex liberis primi matrimonij cui minus relictum sit ita Bartol. in.d. l.hac edictali in prin.Bal.in consi.ccccxcv. quedam domina helena colum.pen.libr.v.Paul. de castr. in consi.cccxxxix.ad primum quesitum respondetur quod dicta emancipatio in fi.in consil.cccxlviij.viso casu & allegationibus col.ij.& in cōsi.ccclxviij. presupposito q̄ prefatum decretum libr.ij.Deci.in aucten.preterea colum.iij.in fi.& ibi Iaso.late.colū. v.&.vi.C.vnde vir & vxor Deci.in cōsil. xix. col. ij Crotus in repe.l omnes populi colum.i.ff. de iusti.& iure.Curtius iunior in consi. cxxij. colum.iiij. in quibus locis attestantur moder. hanc esse communem opi.quando statutum simpliciter loquitur nisi aliter appareret quod voluerit statutum derogare dispositioni .d.l. hac edictali vt per eos in d.locis quod etiam ante eum voluit Curti. senior in consil.lxxix. col iiij. post med. & sic stante tali restrictione & interpretatione non videtur militare arg.Corn. ¶ Curti. tamen senior in dicto consil. lxxix.voluit istam conclusionem non procedere

audiu

in statuto correctorio iuris communis puta q̄ maritus lucretur dotem nō obstante.d.l.hac edictali qa tunc nō procedit statutum in tali dote presumpta.

24 VIgesimo quinto † licet consuetudo aut statutum contra ius non recipiat extensionem, recipit tamen interpretationem passiuam a iure commni.l.i.§.lex falcidia.ff.ad legem falci.vbi.Barto.& doct. Oldra.in consil.ccxxiiij.iste sunt allegationes colū.vij.in fi.cum simil.vt per Deci.in consil.xxxv.col.iij.& in consil. cclviij. colum.iij. rochus de curte in d.c.fin.car.xxxv.in nona limitatione. Exemplum sumi potest ex dictis proxime in .xxiiij.limitatione, stante statuto aut cōsuetudine q̄ uxore decedente in matrimonio maritus lucretur dotem, istud tamen intelligitur secundum formam.d.l.hac edictali.C.de secun.nup. similiter stante statuto q̄ filiusfamilias possit testari, istud intelligitur seruata tamen forma iuris & sic adhibitis septem testibus Bartol.& docto. in. d.l.i.§. lex falcidia moder. in d. auctenti. preterea.

NON me preterit plurima adhuc dici potuisse in materia extensionis, sed longe nimium videor euagatus a materia operis instituti, Ea scriptis comendatum curaui que vel non ita passim inuenirentur vel que declarationis auxilio maxime indigere visa essent. Ex premissis explicatam abunde habes decimam tertiam differentiam inter consuetudinem et prescriptionem. & conclusionem negatiuam fecimus q̄ cōsuetudo non extendit cū.xxv.limitationibus

nibus

nibus ac plurimis sublimitationibus & limitationum. declarationibus que omnia in usu causarum forensium maxime conducere existimamus & ad acuendos ingeniosorum animos non parum valere iudicauimus. omnia igitur equi bonique lector consulas rogo Deoq; omnipotenti, si quid optati offenderis, omnia accepta feras.

DE cimaquarta differentia colligitur ex his que infra dicam in. vi. q. vbi q in consuetudine non videtur necessaria scientia principis licet sit cõtra ius, secus in prescriptione in qua agitur de derogatione iuris ipsius principis de quo dic ut infra in dicta. vi. q.

AB solutis differentijs quattuordecim inter consuetudinem & prescriptionem cum suis questionibus incidentibus, veniendum est propius ad materiam tractatus nostri in hac quarta parte quando quid dicatur de antiquo in materia cõsuetudinis aut prescriptionis. & quia visum est in quarta differentia quando quid dicatur de antiquo in materia consuetudinis tam de iure ciuili q̃ de iure canonico in his que non desiderant tempus antiquissimum cuius initij memoria non extat in contrarium, restat videre in hac parte quarta de consuetudine aut prescriptione temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium.

125 ET primo quero † quid dicatur de antiquo in consuetudine aut prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium seu quod tempus requiratur in tali prescriptione aut consue-

tudine, Curtius iunior in consi. xc. col. fina. requirit tempus centum annorum, & sic secundum eum in casibus in quibus requiritur prescriptio tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, requiritur lapsus centum annorum, nec sufficeret prescriptio breuioris temporis, fortius voluit Fely. in. c. ad audientiam. col. viij. in fi. versic. limita quinto. de prescript. ꝙ prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium dicitur maior centenaria allegat Card in. c. si diligenti. in fine. de prescriptio. & ibidem Felyn in vltimis verbis, & idem Fely. in. c cum nobis. col. ij. in fi. versi. & ex eo quod dixi eodem titu.

SED contrarium, ꝙ immo prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrariũ, non requirat tempus cẽtum annorum, sed minor dicatur prescriptione cẽtenaria aperte voluit glo. in. c. cum nobis. in versi. centum, de prescriptio. vbi glo. querit. quomodo possit probari prescriptio cẽtenaria que sola currit contra ecclesiam romanam, instrumentis enim non probatur possessio, Testibus etiã non videtur probabilis, quia oporteret testes esse etatis ad minus annorum quattuordecim supra centum; ob id dicit glo. videtur sufficere probatio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrariũ, sed glo. determinat contrarium, ꝙ non sufficit talis probatio, ecce igitur dum glo. dicit non sufficere probationem temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium in presciptione centenaria,

ꝙ clarissime presupponit prescriptionem centenariam esse maiorem prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium.

AD idem adduco Lappum in.c.i.de presceiptio.lib. vi.quem ibi sequuntur Gemin.& Lanfrancus, vbi querunt, cuius etatis debent esse testes ad probandum prescriptionem temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, & concludunt, ꝙ debent esse etatis quinquaginta quattuor annorum, vel saltem tanti temporis, ꝙ possint deponere de visu.xl.annorum.

PRE supponunt ergo clarissime, ꝙ prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, non requirit tempus centum annorum, quia si illud requireret, non sufficeret testes deponere de visu.xl. annorum, aut de tempore annorum quadraginta. Preterea Doc.non dicunt, ꝙ prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium sit impossibilis aut valde difficilis probationis, quod tamē dicūt in probatione prescriptionis cētenarie, vt infra videbimus in.xxi.q.

TER tio ꝙ maior sit prescriptio centenaria ꝙ̄ temporis, cuius initij memoria non extat, in contrariū adduco Alex.in consi.208.col. pen.lib.ij.quod est repetitum in consil.140.lib.vij. dum respondet ad l.si arbiter.ff.de probat. vbi ꝙ in antiquis sufficit probare memoriam, in contrarium non extare, nam dicit Alex.post Imo.per eum allegatum, ꝙ illa probatio admittitur solum in casibus in quibus

expresse cautum est talem probationem sufficere, Ideo dicit Alex. si agatur de probatione dominij per famam, non sufficit probatio, ꝙ memoria hominum in contrarium non existit, quando res non excedit centum annos, & sic clare vult Alexan ꝙ prescriptio tanti tẽporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium dicatur minor centenaria.

QVarto nos habemus, ꝙ iste due prescriptiones videlicet centenaria, & tanti tẽporis, cuius initij memoria non extat in contrarium sunt diuerse, quia diuersis nominibus appellantur. l. si idem C. de codicil. cum simil. que late adduxi in consil. 6. in prin. Rursus prescriptio centenaria soli Romane ecclesie competit priuatiue ad alias ecclesias. d. c. si diligenti. in fi. de prescript. aucten. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. si sola ecclesia Romana gaudet prescriptione centenaria, ergo necessario infertur, ꝙ in casibus in quibus contra alias ecclesias requiritur prescriptio tanti temporis, cuius inicij memoria nõ extat in contrarium, non oportet talem prescriptionem esse centenariam cum illud sit priuilegium Romane ecclesie, tantum alias falsum esset, ꝙ sola Romana ecclesia illo gaudeat beneficio.

QVinto si opi. Cardi. & Felyn. vera sit sequeretur vnum inconueniens, ꝙ alie ecclesie inferiores, immo & laici erunt magis priuilegiati, ꝗ̃ ecclesia Romana in casibus in quibus presumptio iuris est contra posidentem, in quibus requiritur prescriptio temporis, cuius inicij memoria non

extat in contrarium, quia secundum Cardi. & Fely. oportet tale tempus esse maius centum annis, quod ipsum plus satis videtur absurdum.

S Exto ubi ius dicit sufficere prescriptionem tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, nihil loquitur de tempore annorum centum, ergo nec nos subaudire debemus. l. si seruum. §. nõ dixit pretor. ff. de acqui. here. & bene sciuisset lex illud exprimere si uoluisset. l. vni. §. sinautem ad deficientis. C. de caduc. tollen. c. inter corporalia. de translat. prelat. maxime quia in ecclesia Romana, quã lex ita uoluit priuilegiare illud expressũ fuit.

126 NON † ob. modo argumentum Cardi. & Fely. ꝙ in prescriptione centenaria contra ecclesiam Romanam requiritur titulus. d. c. si diligenti. & tamen titulus non requiritur in prescriptione temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium, nam non possum non mirari de tali argumento, tam remoto & male concludenti, que enim consequentia est ista lex uoluit priuilegiare ecclesiam romanam, ut cõtra eam non currat prescriptio nisi centenaria & ipsa titulata ergo in alijs prescriptionibus contra alias ecclesias, aut alias personas, in quibus presumptio iuris communis est contra posſidentem, & in quibus cessante titulo requiritur tempus, cuius inicij memoria non extat in contrarium, oportet ꝙ tale tempus sit maius centum annis quasi alie ecclesie inferiores videantur digne maiori fauore circa tempus ꝙ̃ ecclesia ro-

mana. Profecto quo magis considero eo plus videtur inefficax argumentum Cardi. & Felyn. qui videntur arguere a casibus omnino separatis in dicto & ratione. Ob id puto concludendum in tali prescriptione, cuius inicij memoria non extat in contrarium non requiri tempus non solum vltra centum annos, prout voluerunt Cardina. & Fely. Immo ne annorum quidem centum. sed sufficiat eam probari, iuxta not. in. d. c. i. de prescript. lib. vi. per Lappum & Doct. non omitto tamen quatenus Cardi. & Fely. dicunt requiri titulum in prescriptione centenaria contra ecclesiam romanam, ꝙ idem est in prescriptione quadragenaria contra alias ecclesias, Bellamera in consi. iij. col. iij. circa medium. per tex. in. d. c si diligenti. in fi.

127 Secundo † quero de vi & efficacia istius prescriptionis aut consuetudinis, cuius inicij memoria non extat in contrarium. Respondeo ꝙ habet vim tituli & concessionis seu priuilegij. l. hoc iure. § ductus aque. ff. de aqua quotti. & estiua. c. super quibusdam. §. preterea. de verbo. signifi. facit tex. in. d. c. i. de prescrip. lib. vi. vbi ꝙ in tali prescriptione nõ requiritur titulus licet presumptio iuris sit contra possidentem aut prescribentem, si titulus non requiritur, ergo vim tituli obtinet. Ad idem text. in c. seruicium. xviij. q. vlti. quẽ tex. ad hoc citat Alex. in consil. xxiiij. col. v. lib. v. Ad idem text. in. l. ij. §. idem labeo ait. si in agro. ff. de aqua plu. arc. quem tex. pro notabili ad hoc citat Ias. in. l. is qui putat.

col.ij.ff.de acquir.here.vbi etiam allegat tex. in.c. cõtra morem iiij.dist. Alia etiam iura ad hoc citat Oldra.in consi.172.quia omnes.col.i. Immo prescriptio tanti temporis vim habet priuilegij cõcessi a principe ex certa scientia. Bal.in.c.i.col.ij. in titu. que sint regal.quod dictum refert & sequitur Dec. in cõsi.496.col.ij post med. Addo Bal.in cõs.257. questio vertens,lib.ij,vbi q talis prescriptio habetur pro veritate & solenni priuilegio siue loquamur in prescriptione siue in consuetudine.

128 TErtio quero † an appellatione priuilegij veniat huiusmodi priuilegium tacitũ,quod inducitur ex tempore,cuius inicij memoria non extat in contrarium, Socy in consi cclx ante fi. vers.nec obstat q spectat lib.ij. q non in materia stricta.

CONfirmo hoc dictum Soci.cursus temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium, non operatur respectu incapacitatis persone, vt eam capacem prestet.c.quanto.vbi Doc.de consue.habetur in.c. ij.de prebẽ.lib.vi.Et tamen expresso priuilegio incapax fieri capax potest,ideo laicus potest cõferre beneficia ecclesiastica ex priuilegio pape, immo etiam mulier.c.dilecta.de preben.c.dilecto.de testi. c.is cui.de preben.lib.vi.

SED aduerte circa istud dictum Soci.quia nõ puto, q ita indistincte procedat, & considero q istud priuilegium, quod inducitur ex tempore, cuius inicij memoria non extat in contrarium, dicitur priuilegium fictum quod lex fingit, vt patet ex.d.l.hoc

de prescriptio. Dec. in consi. lxxxv. col. ij. in consi. cclxxi. col. i. in consil. ccxli. col. pe. post med. & in cõsil. ccccxcvi. col. ij post med. Ias. in d. l. imperium. col. ix. Curti. iunior in consi. lxi col. ij. Alexandrinus in cõsi. xxi. col. iij. in quibus locis allegatur Bal. in dicto. c. i. que sint regal.

SED contrarium voluit Bald. in consi. ccclij. materia feudorum. col. ij. post med. lib. i. & in consi. cccxl. si pater. col. ij. lib. v. Alex. etiam in consi. xvi. colũ. vi. versi. posset etiam declinari lib. v. dicit teneri posse scientiam esse necessariam licet non insistat. Idem videtur velle Bal. in consi. cccci. casus talis asseritur, lib. v. vbi ꝙ communis opinio est ꝙ in feudis principũ prescribẽdis requiritur eorum scientia, & Bal. ibi loquitur generaliter adeo, ꝙ eius verba videntur posse trahi etiam ad prescriptionem tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrariũ. Similiter Oldra. in consi. ccliiij. quia tota col. iij. versi. quinto opponitur requirit scientiam superioris in consuetudine iuri contraria, & tamen ex precedentibus & dictis per eum ibi. col. ij. versi. ad secundum respondetur, locutus est etiam in consuetudine tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, & ꝙ in hac prescriptione reseruatorum principi requiratur eius scientia, aut eius procuratorum vel officiariorum, voluit Boerius in suis deci. q. cclxiiij. col. xvij. nu. 19. vbi tamen simpliciter loquitur nulla facta mentione Doct. tenentium contrarium. Scientiam etiã superioris requirit

Abb.in.d.c.cum nobis.col.ij. versicu.in hac tamen consuetudine.de prescrip.& ibidem col.pen.

231 EGO puto † q vbi sumus in his in quibus possessio seu quasi non queritur sine scientia & patientia partis prout in iuribus incorporalibus.l.quotiens. ff.de seruitu.l ratio.§.si iter.ff.de actio.empti.Bart. in.l.ij.in prin.ff.de aqua plu.arcen. Bal in.l.ij.C.de seruitu.Abb.in consil.xviij.col.pen.post medium. lib.ij.non currat prescriptio etiam immemorati temporis contra principem, nisi data eius scientia & patientia sine qua possessio queri non potest consequenter nec prescriptio reg.sine possessione, libro sexto. Est verum isto casu, q propter tempus tam antiquum presumitur scientia principis, aut eius officialium, Salyce.in.l.autoritatem.versi. quero de questione facti.C.vnde vi.refert & sequitur Decius in consil.clxxxv.col.vi. Addo Calderi.in consi.xv.col.i.versi.ex quo sequitur in titu.de preb. Itaque cum scientia presumatur ob temporis antiquitatem, oportebit probare de ignorãtia per fortiores coniecturas aut presumptiones, quod erit difficile. In alijs vero que possidentur sine scientia & patientia partis, non puto necessariam scientiam superioris in prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium: hec tamen difficultas non videtur magni momenti tenendo quod sufficiat scientia officialium principis, de quo infra videbimus; & quod illa presumatur ex temporis antiquitate, quo casu impossi-

bile quodammodo videtur probare de contrario idest de ignorantia. & licet ista scientia & patientia nõ videatur necessaria, boni tamen aduocati semper de ea articulant ad cautelam.

132 SExto quero † quid si quis prescribat regalia aut principi reseruata ipso principe sciente & patiente, an isto casu adhuc erit necessaria prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, Bal. in consi. ccxliij. antiqua questio, lib. ij. ꝙ non, sed sufficit prescriptio quadraginta annorum. Idem uidetur de mente Alex in. d. cõsi. xxiiij. col. v. versi. benefacit, quod not. glo. lib. v. vbi quando tractatur de prescriptione minoris temporis cõtra superiorem interueniente scientia & patientia, non requiritur scientia & patientia ipsius superioris: sed sufficit scientia ciuitatis Metropolytane, que est caput illius prouincie, & sic clare vult Alex. ꝙ sufficiat prescriptio minoris temporis data scientia & patientia non solum ipsius superioris, sed eius etiam officialium presidẽtium in capite prouincie. Immo isto casu videtur sufficere tempus triginta annorum, Ita Ias. in d. l. imperium. col. xi. versi. sed si aliquis prescriberet.

133 SED dubitabilis † videtur ista conclusio in reseruatis principi que sunt incorporalia, & in quibus prescriptio cadere non potest sine scientia & patientia ipsius principis sine qua scientia & patientia possessio & prescriptio nunquam considerari potest, vt supra diximus, & firmat Abb. in. d. c. cũ no-

bis.in duobus locis, similiter cum presumptio iuris sit contra prescribentem in talibus principi reseruatis que priuatis non competunt ob id cessante titulo necessarium videtur tempus, cuius inicij memoria non extat in contrarium.d.c.i.de prescript. lib.vi.&.d.c.preterea.§.super quibusdã. & sic duo copulatiue videntur necessaria, scientia & patientia superioris & tempus cuius inicij memoria non extat in contrariũ, que duo copulatiue requirit Abb. in.d.c.cum nobis.col.ij. versi sed circa hanc particulam, & col pe.versi. quedam sunt iura. Et nescio quomodo Doc. voluerint aut potuerint facere differentiam, an prescribat quis principe sciente & patiente vel non in his in quibus prescriptio considerari non potest sine tali scientia & patientia, & sic non potest cõsiderari aliqua prescriptio quantumcunque antiquissima in istis incorporalibus sine scientia & patientia eius contra quem prescribitur consequenter non potest separari prescriptio sine scientia superioris ab ea in qua interuenit scientia cum semper requirat sciẽtia in istis incorporalibus.

134 ET tenendo † hanc opin. ꝙ requiratur scientia & patientia superioris in istis iuribus incorporalibus circa reseruata principi, non videtur obstare argumentum Doc. tenentium contrarium, ꝙ scientia & patientia non requiratur, quia hic non agitur de prescriptione, sed de consuetudine in qua scientia principis non requiritur. ita respondet Alex. in d.consi.vi.col. pen. lib.i. quia in primis posset dici

ꝙ assumptum sit falsum in consuetudine, que est contra ius in qua scientia superioris videtur necessaria quam opi firmat Io. And. in addi. Spec. in tit. de feudis in rub. col. pen. versi. non omittam, quem refert & sequitur Barba. inter consi. Curtij senioris in consi. lxvij. col. xij. circa med. versi sed stat difficultas, & col. seq. Idem tenet Oldra. in consi. clxxij. quia omnes, col. i. in fi. in consi. ccxxxvij. perlectis. col. i. in consi. ccxliiij. ad obiectus. col. ij. in fi. versic. quinto opponebatur. & in consil. ccliiij. quia tota, col. iij. versi. quinto opponitur, Alex. in consil. vi. lib. v. vbi expresse refert & sequitur Oldrad. in. d. consi. ccxxxvij. Curtius iunior in trac. feud. in quarta parte. q. xxx. col. ij. circa fin.

SEcundo respondeo posito, ꝙ in consuetudine inducenda etiam contra ius non sit necessaria scientia principis prout voluit Alexan. in. d. consi. vi. lib. i. quam opin. etiam firmat Areti. in consi. cliij. consultatio col. i. in fi. & in consi. clix. in octauo & nono dubio, Corn. in consil. cclxviij. colū. iiij. lib. iiij. Rochus de Curte, in. d. c. fi. car. xxxvi. in quarto requisito. Curtius iunior in consi. clxij. col. iij. in fine. Istud tamen sane videtur intelligendum in populo habente potestatem derogandi iuri, vt patet ex no. per Rochum de Curte, in dicto quarto requisito. vbi ꝙ licet non requiratur scientia principis, requiritur tamen scientia populi vel maioris eius partis, quia sicut requiritur consensus populi in statutis condendis sic in consuetudine inducenda, & sic

requiritur ſcientia illius qui poteſt ius condere, modo arguo ſic populus non poſſet ius condere ſuper regalibus aut principi reſeruatis ſine ſcientia & patientia ſuperioris, ergo nec conſuetudinem inducere & vbi populus poſſet conſuetudinem inducere in his ſuper quibus expreſſe non poteſt diſponere, illud intelligitur, quando talis cõſuetudo eſſet preſcripta quo caſu in tali conſuetudine, quam preſcriptam eſſe oportet, neceſſaria videntur ea que ſunt requiſita in ſimplici preſcriptione, vt ſupra abunde vidimus in quinta & ſexta differentia inter conſuetudinem & preſcriptionem conſequenter neceſſaria videtur ſcientia & patientia ſuperioris ſine qua preſcriptio conſiderari non poteſt. Et iſta forte fuerunt motiua quibus motus fuit Alex.in.d.conſi. xvi.col.v.lib.v. vt diceret teneri poſſe ſcientiam principis eſſe neceſſariam in tali preſcriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium.

EX quibus videtur tanta Doc.contrarietas concordari poſſe videlicet, ꝗ vbi populus expreſſe ſtatuere non poteſt ſine licentia ſuperioris, vt quia agitur de preiudicio ipſius principis, puta in regalibus aut in feudis, in his non poſſit induci conſuetudo ſine ſcientia ipſius ſuperioris, & ita procedat quod ſcribit Curtius iunior.in dicto tract.feud.in quarta parte.q.xxx.colum ij.poſt medium. vbi ꝗ conſuetudo diuidendi feudum indiuiſibile de iure, requirit ſcientiam ſuperioris. Pro quo adduco Bal.in

consi.cccci.casus talis asseritur,col.i.in fi.lib.v.vbi ꝙ consuetudo circa feuda scientiam requirit superioris, quia agitur de eius preiudicio cum habeat dominium directum, & ciuilem possesionem, Quod ipsum tamen non puto procedere in consuetudine temporis antiquissimi & immemorati. cessante autem preiudicio principis, scientia eius non sit necessaria prescriptione, sed attenta ista ratione non videtur necessarium tempus in tali consuetudine, cuius inicij memoria non extat in contrarium, cum vt dixi in consuetudine etiam contra ius sufficiant decem anni, & tamen Docto.conueniunt requiri tempus, cuius inicij memoria in contrarium non existat. Dum requirunt tale tempus, aperte volūt ꝙ sit prescriptio propter presumptionem iuris, que est contra prescribentem, dum postea dicunt non esse necessariam scientiam principis volunt esse consuetudinem, que tanta & tam subita variatio, & inconstantia in vna & eadem re diuersum ius statuendo contra. l. eum qui edes.ff.de vsuca.l.si sine.ff.de condi.& demon.c.cum in tua. de decimis.oportet igitur vel ꝙ sit in totum consuetudo, aut in totum prescriptio, vel si volumus, ꝙ dicatur consuetudo prescripta, necessaria videntur requisita ad prescriptionem.

135 CAsus tn̄ † datur in quo in istis iuribus incorporalibus prescribendis non est necessaria scientia & patientia eius contra quem prescribitur, videlicet quando prescribit quis cum titulo habito a non

domino

domino, quia tunc non requiritur scientia veri domini. l. si ego. §. i. in versic. traditis, vel per patientiam constitutis. ff. de publicia. Cyn. in. l. ij. in. vij. q. C. de seruit. quod dictum pro singu. & menti perpetuo tenendo refert & sequitur Pau. de Cast. in. l. seruitutes magna, col. pen. ff. de seruitu. Ias. in. l. i. in prin. col. xv. versi. secundo modo, & singularius, & in. l. iij. §. ex contrario. col. viij. versi. sed aduerte vltra alios. ff. de acqui. poss. & eod. titu. in. l. naturaliter. in fi. princi.

QVarto considero in hac sexta. q. dum Ias. voluit in d. l. imperium. col. xi. q̄ data scientia & patientia principis, tempus sufficiat triginta annorum, nam posito posset currere prescriptio cōtra superiorem ignorantem, & q̄ data eius scientia minor prescriptio sufficiat, tamen saltem necessarium videtur contra principem tempus quadraginta annorum, etiam eo casu quo presumptio iuris non esset contra prescribentem, vt not. Abb. in. d. c. cum nobis, col. pen. de prescriptio. per tex. in. l. comperit. C. de prescript. triginta vel quadraginta anno. Et profecto princeps qui vniuersitates priuilegiauit circa tempus prescriptionis, vt contra eas tempus requiratur quadraginta annorum, per ea que habentur in. l. fin. cum aucten. ibi posita. C. de sacrosan. eccle. breuem suipsius videtur cūram habuisse si non se pari cum vna vniuersitate dignum putauit priuilegio. Immo Angel. in. l. ij. C. com. de vsucap. voluit necessarium sit tempus annorum centum contra

principem sicut contra romanam ecclesiam. Sequitur Alex. in consi. xxiiij. col. v. uersi. quinimo etiam sufficeret tempus lib. v. per glo. in. §. vt autem lex in uersi. nec multũ. in auten. de non alienan. pro quo adduco Abb. in consi. liij. in fine. lib. ij. vbi ꝙ in his que sunt introducta in fauorem principis non curririt consuetudo nisi tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, multominus ergo currit prescriptio. de quo infra dicam in nona q.

136 Septimo quero † in casibus in qbus necessaria est scientia principis in cõsuetudine aut in prescriptione, an sufficiat scientia eius procuratorum aut officiariorum; Bar. in d. l. si publicanus. §. fi. ff. de publica. tenet ꝙ sic. Idem tenet Bal. in cõsi. cxlv. presupposito quodam capitulo pacis ante fi. uersi. & presertim, quia ipse fiscus lib. ij. vbi ꝙ scientia eorum qui funguntur uicibus fisci, fisco preiudicat per l. si procuratoris. in prin. ff. de tributo. Idẽ Bal. in cõsi. cccxl. si pater. col. ij. lib. v. ꝙ sufficit scientia locumtenentis ipsius principis. Alibi scribit Pau. de cast. in consi. cciij. viso quodam saluo cõducto. col. ij. post med. uersi. ad secundum respondetur lib. i. ꝙ patientia Vicarij regis preiudicat regi, quia in dubio censetur habere eandem potestatem quam rerum. Idem Paul. in consi. cclvi. uidetur manifeste. col. ij. circa med. lib. ij. ꝙ sciẽtia officialium missorum per populum Florẽtinum ad aliquem locũ subditum, preiudicat ipsi populo Florentino mittenti, quia ipse populus uidetur per se regere mediãtibus illis

officialibus per.l.municipes.ff.ad munici.l.iij.in fi. &.l.procuratoris.ff.de tributo.Bartol.etiam in.d.l. si publicanus.§.fi.sequitur Areti. in consi.xlij.viso consilio.col.ij.uersi.vnde si tenemus doctrinã & in d.cons.cliij.cõsultatio col.i.uersi.ꝙ autem homines de castillione, vbi ꝙ sufficit scientia & patientia iudicis vel officialis loci & prouincie. Ad idem facit Bertachi.in.i.parte sui reper.in verbo ciuitas vers. cxxxix.vbi ꝙ ciuitas dicit̃ scire ꝙ scit iudex ipsius ciuitatis allegat Bar in.l.spadonem.§. qui ciuitatis. ff.de excu.tut.vbi tamen Bar. nihil de hoc loquitur arbitrer secutum Bertachi fidem alienam.

CON trarium, ꝙ immo scientia officialiũ principis, principi non noceat, uoluit Alex.in consi.lxxxiiij. col.ij.post med.uersi.nec predictis obstat si dicatur lib.i Ioan.Zenobius de Vbaldis inter consilia Bal. in consi.ccclxx.verba rescripti col.i.in fi.lib.iij.vbi ꝙ scientia presidis non nocet principi. Ad idem facit Roman.in consi cclxxxix.vbi uoluit ꝙ scientia procuratoris domino nõ nocet siue sit procurator specialis siue generalis cum libera per tex.in.l.item veniunt.§.petitam.ff.de peti.hered.quo etiam fundamento utitur Alex.in d.consi.lxxxiiij.lib.i.allegando.l.quod vulgo.ff.pro emptore.

SED certe ista iura allegata per Rom.& Alex.nihil faciunt quia loquũtur respectu malefidei quo casu benefateor, ꝙ propter scientiam procuratoris non dicit̃ dominus in malafide nisi ipse dominus fuerit certioratus sed nos loquimur respectu prescriptio-

nis que non currit nisi contra scientem quo casu sufficere videtur scientia procuratoris generalis cũ libera sicut dicitur de scientia presidis aut alterius officialis principis.

EQVE non obstat text. allegatus per Roman. in l. cum mancipium, ver. circa procuratoris. ff. de edil. edic. vbi scientia procuratoris scientis rem esse morbosam vel vitiosam domino non nocet quominus agat actione redhibitoria vel quanto minoris, nam parcat mihi Rom. reuerentia, quia ille tex. hoc non dicit, immo potius totum contrarium videlicet, ꝙ isto casu procurator tenetur domino actione mandati vel nego. gestorũ, & sic presupponit ille text. ꝙ ex quo dominus habet regressum contra procuratorem, ꝙ ipse dominus agere non possit contra venditorem, tantum querit ille tex an ipse procurator agere possit & decidit tex. ꝙ non propter eius scientiam. Est verum, ꝙ glo ibi dicit, ꝙ datur vtilis actio domino ignoranti secũdum quosdam quam cedet procuratori, sed dum glo. dicit secundum quosdam, apparet ꝙ non secundum omnes, & ꝙ glo. hoc firmare non audet.

IAM, ꝙ scientia procuratoris domino noceat, est tex. in d. l. procuratoris. in prin. ff. de tributo. & tenet Oldra. in consi. cclxiij. dominus Egidius. col. ij. circa med. versic. & si quoquomodo, quod glo. in d. l. procuratoris intelligit in procuratore generali, vel cum libera.

Non obstant alia iura allégata per Roma. quibus

dicitur denunciationem domino fieri debere non procuratori, quia loquuntur quando ex tali denunciatione dominus teneretur, & in pœnam incideret quo casu nimirum si domino denunciatum oportet vel si denunciatio facta procuratori domino non preiudicat donec ad eius noticiam peruenerit secus in prescriptione quia per eam dominus non obligatur prescribenti.

137 OCtauo quero † in casibus in quibus necessaria est scientia superioris, si sint duo superiores aut domini vnus vtilis & alter directus, an sit necessaria scientia vtriusque domini, Ias. in consi. ccix. col. ij. circa med. lib. ij. q sic allegat Abb. in. c. ad audientiam. de prescript. vbi finaliter Abb. videtur residere in hac opi. q si quis prescripsit feudum contra vasallum, talis prescriptio nõ noceat domino ignoranti ne cogatur mutare vasallum contra eius voluntatem & habere vasallum minime gratum dum dicit hanc opi. Hostien. esse equam, quam opi. tenet Io. And. in addi. Specu. in rub. de feudis. col. i. in fi. versic. vigesima octaua q. Pilei fuit de vasallo &c. late Alex. in consi. clxix. viso themate. lib. ij. Corn. in consi. li. col. vij. in fi. versi. amplius in facto Bertachi. in verbo prescriptio quomodo uersi. viij.

AD uerte, quia questio ista potest dupliciter intelligi, Primo si quis prescripsit feudum cõtra dominum vtilem & sic uasallum, an censeatur prescripsisse etiam contra dominum directum, ita vt non teneatur domino directo ad aliquod seruicium. Secun-

do an censeatur prescripsisse ita, q̄ seruiendo domino directo more uasalli, ab eo feudum auferri non possit. Circa primum modum intelligendi clarum est q̄ non prescribitur contra dominum ciuiliter possidentem nisi interuerteretur possessio, quia requisitus prescribens ad seruicia illa denegaret, deinde prescriberet & possideret bona tanq̄ libera. iuxta. l. male agitur. C. de prescript. triginta ann.

CIRca secundum modum intelligendi formatur questio per Abb. in. d. c. ad audientiam. in qua q̄ finaliter Abb. putat equam distinctionem Hosti. an dominus directus sciuerit vel ignorauerit feudum prescribi, vt contra ignorantem non currat prescriptio non solum in preiudicium iuris directi sed etiam respectu vtilis dominij, quia non cogetur habere prescribentem in vasallum.

CONtrarium, q̄ immo prescribatur respectu vtilis dominij, & q̄ feudum a prescribēte auferri non possit, sed solum possit dominus petere iura sui directi dominij a prescribente, tenet Roma. in consi. clxvi. in tertio dubio. Idem tenet Ias. licet Roma. non alleget in. l. i. col. pe. post med. uersi. & per hoc vltimum nouiter reprobo. C. de ser. fugit. Confirmatur ista opi. ex eo quod scribunt Ang. & Imo. in. l. vsucapionem. ff. de vsucapio. & alij Doct. allegati per Iaso. in. d. l. fi. col. vi. versi. quicquid alij dicant. C. de sacro san. eccle. vbi q̄ habens causam ab ecclesia non gaudet priuilegio ecclesie in prescriptione, sed prescribitur contra eum sicut contra

priuatum dummodo prescribens velit recognoscere ab ecclesia, id in quo tenebatur is cõtra quem prescribitur. Idem voluit Abb. in consil. xviij. circa fi. & in consi. lxij. col. fi. lib. ij. eandem opin. q prescribatur contra ecclesiam respectu vtilis dominij etiam ignorantem tenet, Alex. in consi. xcij. in octauo dubio. libro. vi. Ias. in. §. sed iste. nume. 14. institu. de actio.

PVTO considerandos aliquos casus pro resolutione huius difficultatis.

238 Primus † casus est quando possessor feudi prestitit seruicia domino directo per longissimũ tempus triginta annorum, & sic possedit feudum tanq̃ feudum non vt bona libera, & iste casus non habet dubitationem, quia prescribitur ius vtile etiam in preiudiciũ domini directi nec dominus directus potest allegare aliquam ignorantiam recipiendo seruicia. c. si quis per triginta, si de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. Alex. in consi. cxviij. col. iiij. in consi. clxix. col. i. in fi. & in consi. xv. col. iij. in prin. lib. v. Ias. in d. l. i. colum. pen. in fi. C. de seruis fugiti. Immo si vasallus allegat inuestituram & non plene eam probat, si per annum stetit in possessione feudi, prescribit & in defectum probationis statur eius sacramento. c. fi. §. si autem aliquis. si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. Dec. in consi. cxliiij. col. iij. in secundo dubio. text. tamen in. d. cap. si quis per triginta non procedit contra ecclesiam cõtra quam requiruntur. xl. anni. Guido pape. q. ibi.

139 SE cundus † casus est quando quis tenuit rem tanquam liberam non tanquam feudalem iusto titulo & bonafide & queritur an dicatur prescripsisse etiam in preiudicium domini directi, vt ei non teneatur ad aliquod seruicium, & isto casu uidetur dicendum, ꝙ durante decennio nulla cucurrerit prescriptio possessione ciuili existente apud dominum per illud tempus, sed lapso decennio incipit currere prescriptio longissimi temporis contra dominum directum, Bal. in consi. ccxcix. dicũt Petrus ant. fi. uersi. pone ecclesie, lib. i. ubi ꝙ ecclesia non petendo pensionem ab emphiteota per decennium, perdit ciuilem possessionem, & tradit Ias. in d. l. i. col. penul. C. de seruis fugit. & idem Ias. in. l. i. col. ij. C. unde legit. & sic quandiu dominus directus retinet possessionem ciuilem, contra eum non prescribitur, sed amissa possessione ciuili. Tunc incipit currere prescriptio, & ista prescriptio oportet ꝙ sit longissimi temporis idest triginta annorum, etiam ꝙ prescribens habeat titulum & bonam fidem & est speciale in feudo. c. i. §. preterea. iuncta glo. de capi. corrã. vbi Doct. Abb. in. d. c. ad audientiam. col. pe. de prescriptio. Dec. in consi. cxliiij. col. iiij. in secundo dubio, in ecclesia tamen requiruntur xl. anni, Guido pape. q. ibi quicquid aliter dubitauerit decisio, Neapoli decisi. ccliiij. vbi videtur velle, ꝙ contra dominum directum nuda currat prescriptio etiam longissimi temporis. xl. annorum. & dominus directus isto casu habet priuilegium ꝙ

licet feudum cõsistat in rebus immobilibus in quibus cum titulo sufficit prescriptio decem vel viginti annorum, Tamen contra ipsum dominum directum requiritur tempus triginta annorum, & ratio specialitatis videtur esse, quia ius directi domini magis videtur consistere in iuribus personalibus, que sibi debentur occasione feudi q̃ in re immobili que tenetur per feudatarium, Secunda ratio specialitatis considerari potest. quia non tantũ imputari potest domino directo cur non citius vendicauerit rem suam quantum domino directo & vtili cum vt dixi tota res ad dominum directum non pertineat. Addo premissis Bal. in consi. ccxv. lib. v. vbi quando quis tenuit rem emphiteoticam ecclesie tanq̃ liberam. xl. annis. prescribit contra ecclesiam.

TERtius casus est, quando quis tenuit rem feudalem tanquam liberam in mala tamen fide, quia sciebat esse feudalem, & iste casus videtur indubitatus q nullo tempore prescribit propter malam fidem reg. possessor malefidei lib. vi. & infra latius dicam.

QVartus casus est quando quis possedit bona feudalia longissimo tempore sufficienti ad prescribendum contra dominum directum cum titulo & bonafide, Tamen alius puta autor possidentis qui uendidit bona tanquam libera prestitit seruicia domino, & queritur an possidens prescripserit contra dominum ignorantem bona feudalia possideri per tertium, & iste casus potest frequenter contingere,

quia vasallus possidēs plura bona feudalia: aliqua ex eis vendit tanquam libera emptori ignoranti qualitatem feudi. & tamen non cessat uasallus prestare seruicia domino ignoranti talem alienationem. & isto casu puto cōtra dominum non prescribi nam recipiendo seruicia a vasallo venditure semper retinet possessionem ciuilem qua durante prescriptio non currit contra ipsum ciuiliter possidentem, possessio enim ciuilis non amittitur nisi data negligentia aut obliuione non recuperantis aut non possidentis. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l. seq. vbi Ias. in nono nota. ff. de acquir. possess. sed negli-
140 gentia † imputari non potest domino directo ignoranti alienationem factam per uasallum. l. si quis in graui. §. si ignorans. ff. ad sillania. l. genero. ff. de infamibus. c. apostolice. de exceptio. cap. ij. c. quia diuersitatem. de concessio. preben. c. si vero. de senten. excom. obliuio etiam considerari non potest cū semper receperit seruicia a vasallo vēditore.
141 NONO † quero dictum fuit supra quod reseruata principi non prescribuntur nisi per tempus, cuius inicij memoria non extat in contrarium, quid in alijs bonis principis an tantum tempus requiratur. hic est aduertendum, quod princeps potest habere bona duplicis generis, nam potest habere bona tanquam priuatus puta que habebat antequam esset princeps vel si quid ei testamento aut alias donatum sit, rursus habet bona tanquam princeps Cyn. & Ias. in l. procurator. C. de eden. & idem Ias. in. l. i. in princ.

ff.de offi.procura.cesa. addo Alexan. in consi.vi. col.ij.versi.princeps enim.lib.iiij.vbi q̄ habet princeps duplex patrimonium priuatum & fiscale fortius voluit Pau.de Cast.in consi.cvi.circa ea.col.ij. in fi.lib.i q̄ etiam ea que perueniunt ad principem tanquam principem per impositionem onerum extra ordinariorum, dicantur esse de patrimonio priuato ipsius principis de quo tamen dubitem, In patrimonio priuato seu in bonis que vt priuatus habet non uidetur, q̄ gaudeat aliquo priuilegio, quia in prescriptione habet̄ respectus ad bona potiusq̄ ad personas sicut dicimus de bonis proprijs episcopi aut clericorū que nō sunt ecclesie q̄ in illis nō gaudet episcopus aut clericus priuilegio ecclesie circa prescriptionē glo.in.c. possessiones.xvi.q.iiij. quā pro singulari ad hoc citat Rom.in sing.ccccli. Tu scis generale, sequitur Fel.in.c.ecclesia S. Marie. col.iiij.in fi. versi.& hinc est.& ibi Dec.col.viij.in fi. de cōstit.Ias.post Saly.in.d.aucten.quas actio.in fi.

142 C.de sac.san.eccl. In his † enim que separationē recipiūt pōt quis cōsiderari nō tanq̄ ipse sed tanq̄ alius tertius aut extraneus.l si pater.§.qui duos, vbi gl.& Bal.ff.de adopt l procurator qui pro euictione.ff.de procura.l.post mortem.ff.quan. ex facto tuto.ob id episcopus scholaris nō procedit rectorē quia non est ibi tanq̄ episcopus, Abb.in.c.auditis. colum.ij. de electioni. similiter canonicus uicarius episcopi sedebit in loco suo quia non est ibi, vt vicarius Abb.in c.postulasti.col.ij.de cōces.preben.

Fely.in rubric.de maior.& obed.col.ij. similiter si rex iudicet in aliqua causa tanquam Comes non tanquam rex, appellabitur ab eius sententia ad superiorem comitis non inspecta regia maiestate, Guido pape.q.ccccxxxvi.col.xi.q.xxxvi.per tex. in.l.pen.ibi sed ducatus &c.C. de appel. est verum ꝙ Pau.de cast.in.d.consi.cvi.col.ij.in fi. simpliciter dicit ꝙ Princeps gaudet eius priuilegio etiam in bonis priuati patrimonij, sed nimium generaliter loquitur iudicio meo, & sine lege. & ꝙ patrimonialia Cesaris prescribantur modo communi quo alia bona priuatorum voluit Bal.in.d.l.ij.in princ. C.commu.de vsucap.

IN alijs vero bonis principis & que sunt de patrimonio fiscali quantum tempus requiratur habetur in §.res fisci.instit. de vsucapio. in.l. in omnibus.ff.de diuer.& tempor.prescrip.per Abb in.d.c.cum nobis.de prescript. Areti.in.d.consil.cliij. consultatio, col.fi.Boerium in suis decis.q.cclxiiij.col.xvij. in secunda parte, in quibus locis concluditur, ꝙ vbi sunt bona fisco incorporata, requiritur tempus.xl. annorum, per.l.comperit.C. de prescript. triginta vel quadraginta anno.

SED Ang.in.d.l.ij.C.commu.de vsucap. voluit, ꝙ contra fiscum romani imperij requiratur hodie de iure auctenticorum prescriptio centenaria sicut contra romanam ecclesiam, per glos.in.d.§.vt autem lex.in versi.nec multum,in aucten.de non alie. sequitur Alex.in.d.consi.xxiiij.col.v.uersi.quinimo

etiam sufficeret.lib.v.vbi etiam allegat Angel.in.l. sicut.C.de prescrip.triginta anno.& in.l.i.C.de anna.exceptio.sed in libro meo Ange.nihil loquitur de hoc nisi in.d.l.ij.C.com.de usucap.credo ꝙ uoluit allegare.Bal.in.d.l.sicut. col fi. & in.d.l.i.col.ij. versi.ultimo conclude.C.de anna.excep.vbi Bald. hoc expresse voluit, & idem Bal.in.d.l.ij.C.com. de vsucapio.allegaui etiam supra Abb.pro hoc in d.consi.liij.in fi.lib.ij.vbi ꝙ in his que sunt introducta in fauorem principis non currit cõsuetudo nisi tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium. Ad idem in terminis adduco eundem Alexan.in consi.lxxxiiij.colum.ij.versicu.secundo dicimus, lib.primo.

BOE rius tamen in.d. q cclxiiij. col.xix. dicit communem opi.esse contra Ang.& Alexã. ꝙ sufficiat prescriptio.xl.annorum.Sed aduerte,quia Boerius in.d.q.col.xviij.in prin.dicit ꝙ in.d.l.fin.C.de sacrosan.eccle.illi casus ibi enumerati in quibus requiritur prescriptio centum annorum sunt redacti ad prescriptionem. xl. annorum , quod si verum sit corruit fundamẽtum Alex.in.d. consi.lxxxiiij.vbi voluit ꝙ .d.l.fi.solum sit correcta respectu ecclesie in qua sufficit prescriptio.xl.annorum , in casibus ibi positis secus in ciuitate , ideo si in ciuitate illa.l. fin.non est correcta , sed in ea requiruntur anni centum,multo fortius illud tempus erit necessariũ in principe,quia ille tex.solum procedit in ciuitate habente iura principis aut fisci, vt supra diximus,

& inferius dicemus, Videndum est igitur vter loquatur melius Alex an Boerius quoad casus positos in.d.l.fi.& profecto miror quomodo Boerius potuerit dicere simpliciter illos casus esse redactos ad prescriptionem quadragenariam, quia illa reductio facta est per aucten.quas actiones ibi positam quoad ecclesias tantum excepta ecclesia romana, sed in ciuitate illa.l.fina.non est correcta secundum communem opin.Doc.in.d.aucten. quas actiones. vbi Ias.col.vi.versicu.contrariam opinionem, licet Boerius pro se alleget etiam Ias.in. d.l.fi. in octauo not.C.de sac.san.eccl.sed ibi Ias. loquitur respectu ecclesie non respectu ciuitatis. & hanc communem opin.tenent omnes Doc.supra late commemorati in octaua limitatione ad regulam negatiuam, ꝙ in pœnalibus non fit extensio vbi ꝙ in correctoriis non fit extensio etiam ex maioritate rationis nam pro hoc allegant omnes no.in.d.aucten.quas actiones. vbi illa aucten.corrigens illam.l.fin. in ecclesia non extenditur ad ciuitatem eandem opin. tenent plurimi alij Doct.supra commemorati. in decima quarta limitatione ad regulam, ꝙ consuetudo non extenditur, nam limitari non procedere, quando duo casus essent equiparati per.l.antiquam, quia tunc lex noua corrigens in vna extenditur ad alterum. Postea retuli aliquos Doct.tenere contrarium per.d.l.fi.& auctē.quas actiones. ibi positam vbi aucten.quas actiones corrigens in ecclesia non extenditur ad ciuitatem cum tamen ecclesia & ci-

uitas essent equiparate per.d.l.fi.ad quod argumentum confutandum magnopere Doct. laborarunt, & sic tam Docto.tenentes contra illam decimam quartam limitationem q̄ tenentes pro ea omnes sine controuersia tenent q dicta l.fi.non sit correcta in ciuitate, vt mirer ausum Boerium dicere communem opin.esse contra Alex.in.d. consi.lxxxiiij. lib.i.& q illi casus.d.l.fina.sunt redacti ad prescriptionem quadragenariam simpliciter cum illud factum sit in ecclesia tantum non etiam in ciuitate, ob id puto sine dubio Alex.melius locutum q cōtra principem requiratur prescriptio centenaria, iuxta terminos.d.l.fi.C.de sacro san.eccle.

SED difficultas est extra illos casus.d.l.fina an princeps gaudeat prescriptione centenaria, Ang.in.d.l. ij.C.com.de vsucap. quem sequitur Alexan.in.d. consi.xxiiij.col.v.lib.v.vult q sic, & q princeps gaudeat pari priuilegio cum ecclesia romana. Idem tenet Bal.in.d.l.ij.C.com.de vsucap.in.d.l.sicut.C. de prescript.triginta an.& in.d.l.i.C.de anna. exce. Fely.in.c.ad audientiam.col.vij.in fin.versi. amplia primo, de prescrip. Sed credo Ang.nimiū generaliter locutū, nam glo. super qua se fundat.in.d.§.vt autem lex.in ver.nec multū, in auten.de non alie. dum equiparat imperium & res publicas ecclesie allegat.d.l.fi.C.de sac.san.ecc.dicens q illa.l.solum est correcta in ecclesia, & sic vult glo. q imperium gaudeat priuilegio ecclesie romane quoad prescriptionē cētenariā in casibus tantū.d.l.fi. & isto casu

procedat opi. Boerij, Et ꝙ extra illos casus. d.l.fi. princeps non debeat gaudere priuilegio ecclesie romane, uidetur probari efficaciter, quia. d.l.fi.solum procedit in ciuitatibus habentibus iura principis aut iura fiscalia, ergo priuilegium principis non videtur extendendum extra illos casus. & posito, ꝙ intentio glo. in. d. §. vt autem lex. in uerbo nec multum alia fuisset, & ꝙ uoluerit equiparare principem ecclesie romane indistincte (quod tamen dicendum non uidetur per premissa) dico, ꝙ in hoc glo. male uidetur sentire, & eam reprobat Henricus Bois in. c. diligenti. in fi. de prescriptio. refert & sequitur Guido pape. quest. ccccxvi. vbi, ꝙ ita fuit conclusum.

SED latius uidetur insistendum circa glo. in. d. §. vt autem lex, in uerbo nec multum. Et primo uidendum est, an illa glo. uoluerit generaliter, ꝙ imperiũ gaudeat prescriptione centenaria, Secundo an illa glo. sit vera.

CIrca primum aduertendum est, ꝙ illa glo. dupliciter probat imperium gaudere prescriptione centenaria, primo per tex. in. d. §. vt autem lex. secundo per tex. in. d. l. fi. C. de sacrosan. eccle. & licet illa. l. fi. solum loquatur in certis casibus, tamen tex. in. d. §. vt autem lex simpliciter & generaliter loquitur, ꝙ sacerdotium & imperium ab alterutro multũ non differunt, infert ergo glo. ꝙ sicut sacerdotium principale, idest ecclesia romana gaudet prescriptione centenaria, ita & imperium simpliciter & genecaliter

ter in omnibus casibus. Sed vlterius considero, ꝙ immo illa glo. videtur loqui in omni sacerdotio, & in omni ecclesia, dum dicit ꝙ illud ius in ecclesia est correctum, per tex. in. §. pro temporalibus. in auctꝫ. de eccle. titu. vnde est extracta auct. quas actiones non ergo loquitur illa glo. in. d §. vt autem lex in ecclesia romana, quia in ea nihil est correctum, & hoc modo considerando illa glo. rerorquetur contra Bald. Ang. Alex. & Fely. quia illa glo. non equiparat imperium ecclesie romane, sed alijs ecclesijs dum dicit, ꝙ in ecclesia illud ius est correctum, que correctio non reperitur in ecclesia romana, immo expresse excipitur ab illa correctione. hoc stante ꝙ imperium equiparetur ecclesie generaliter nõ romane ecclesie tantum. Dico, ꝙ alie ecclesie non fuerunt priuilegiate generaliter, vt gauderent prescriptione centenaria, sed solum in casibus positis in d. l. fin. C. de sacro sanc. eccle. ergo in illis tantum casibus videtur imperium priuilegiatum, & in dictis casibus sine dubio puto, ꝙ princeps etiam hodie gaudeat priuilegio prescriptionis centenaria, si enim eo gaudet ciuitas habens iura principis a fortiori gaudere debet ipse princeps.

CIRCA secundum, an illa glo. sit vera, dico ꝙ sine dubio vera videtur quoad casus. d. l. fi. C. de sacro san. eccle. sed quoad alios casus valde dubito si teneamus ꝙ illa glo. generaliter uoluerit imperium gaudere prescriptione centenaria, primo quia istud inferri non potest necessario ex. d. §. vt autem lex

quia in illo tex. non dicitur ꝙ absolute equipararentur, sed ꝙ multum non differunt, ergo in aliquibus est differentia. Secundo quia ibi nõ loquitur tex. de sacerdotio Romane ecclesie tantũ sed de omni sacerdotio & ecclesia secundũ ꝙ glo. videtur intelligere prout proxime declaraui, ob id sicut ecclesia non gaudet priuilegio prescriptionis centenarie secundum ius. C. & illud ius auctenticorũ ante dictũ §. pro tẽporalibus. in auctẽ. de ecclesia. titu. ita videt̃ ꝙ imperiũ non gaudeat illo priuilegio nisi in illis casibus. Tertio tex. in. l. omnes. C. de prescri. xxx. vel xl. an. vult omne ius publicũ & priuatũ in quacunque persona extinctũ esse spacio. xl. annorũ, ergo etiam ius principis quod publicũ dicitur, secundo
143 † pondero verbũ vniuersale in quacũque persona ꝙ videtur cõprehendere etiã personã superioris Alex. in consi. ccxxxv. lib. vi. Quarto per tex. in. d. l. cõperit. C. de prescri. xxx. vel. xl. ann. que lex uenit ad declarationẽ & suppletionem. d. l. omnes nã quia per. d. l. omnes omnia iura etiã publica & cuiuscunque persone prescribi dicebantur, quidã trahebant illam. l. etiam ad publicas functiones aut tributa principi debita, vt prescriberentur annis. xl. Sed imperator in. d. l. comperit. dicit declarando & supplendo ꝙ non intellexit de tributis & functionibus publicis in quibus nullam prescriptionẽ currere voluit, tamen in ipsis bonis immobilibus pro quibus prestantur ipse functiones publice bene uoluit prescriptionem currere quadragénariam. ecce

ergo ꝙ exceptis tributis & publicis functionibus que prestantur in signũ subiectionis, alia bona publica ipsius imperij, que non sunt de regalibua seu in quibus presumptio iuris non est contra prescribentem, spacio prescribuntur. xl. anno. Ideo Bal. & Angel. dum dicunt imperiũ gaudere prescriptione centenaria cũ ministerio dicunt ꝙ hodie de iure autenticorum imperiũ gaudet illo priuilegio clare inferentes secus esse de iure. C. quia illi duo tex. videntur clari in. d. l. omnes. & . l. cõperit. Sed non potuerũt Bal. & Ang. se fundare super iure auctẽtico rum, quia ius auctenticorũ nõ equiparat imperiũ et sacerdotiũ simpliciter & generaliter in oĩbus & per oĩa sed dicit, ꝙ non multũ differunt vt supra dixi.

RVRsus dum Bal. & Ange. dicunt hodie secus esse de iure auctenticorum, necessario volunt ꝙ ius. C.

144 sit correctum, sed † correctio induci non debet nisi expresse dicatur. l. sancimus. C. de testa. l. precipimus. in fi. C. de appella. vbi Bart. in specie not. ꝙ anteq̃ dicatur aliquid esse correctũ, oportet ꝙ specialiter & specifice illud dicatur adeo ꝙ verba generalia non sufficerent ad inducẽdum correctionem & tradit Ias. in consi. clxiiij. col. i. in fi. lib. ij. sed tex. in. d. §. vt autem lex in specie nihil dicit de prescriptione sed equiparat imperium sacerdotio, Immo nec generaliter in omnibus equiparat, sed dicit ꝙ non multũ differunt ob id necesse fuisset ad corrigẽdum ius. C. ꝙ dictum esset equiparatum esse imperium sacerdotio Romano circa prescriptionem.

AMplius dico, ꝙ si per dictum.§.vt autem lex imperium & sacerdotium simpliciter fuissent equiparata & generaliter sine illis verbis, nec multum differunt, ex quibus patet aliquam esse differentiam, adhuc non posset dici correcta dispositio dictarum ll.C.in.l.omnes.&.l.comperit, quia illud ius nouũ auctenticorum generale deberet restringi per leges precedentes in codice ne inducatur legum correctio.l.ob es.C.de pred.mino.glo.in.l.omnes.C.sine censu.vel reliq.Roma.in consi. cccxcix. vt presens.col.iij.circa med.vers.quinimo & lex sequens. Immo etiam lex noua correctoria distinguitur secundum.l.antiquam.vt tantominus corrigatur ius antiquum precedens ꝗ̃ sit possibile aucten.offeratur.C.de litis contest.iuncta.l.sciendum.in princ.ff. qui satisda.cog.vbi glo.& Doct.quid hic dicemus in.d.§.vt autem lex, vbi non apparet ꝙ ille tex.voluerit corrigere. d.l. omnes. &.l. comperit. Immo tex.in.d.§.vt autem lex debet quacunque subauditione iuuari ne inducatur correctio dictarum.ll. omnes.&.l.comperit.l.i.C.de inoffi.dotibus.Curtius iunior in consi.v.col.iiij.ad fi.Sed hic sine aliqua subauditione text.in.d.§.vt autem lex potest intelligi citra correctionem iuris.C. quia vt dixi, non in omnibus & per omnia equiparat, sed dicit, ꝙ non multũ differunt, secundo quia ille tex.non loquitur in sacerdotio romano tantum aut ecclesia romana, sed potius de alijs ecclesijs, vt supra dictum est. Et posito & non concesso loqueretur in

ſacerdotio romano, & illi imperium ſimpliciter compararet, adhuc per talem equiparationem generalem non induceretur correctio iuris. C. ſed potius illa generalis equiparatio reſtringi debet ne cõprehendat preſcriptionem de qua in. d. l. omnes. & l. ſicut. l. nam & poſteriores. ff. de legibus. l. vt gradatim. §. & ſi lege. ff. de muner. & honor. l. ij. C. de noxal. c. cum dilectus de conſue.

PRE terea cum dicte. ll. omnes. & l. comperit ſint ſpeciales in materia preſcriptionis, & in. d. §. vt autem lex ſacerdotiũ & imperiũ equiparentur non in ſpecie in materia preſcriptionis ſed generaliter dicatur non multum differre, per illum text. generalem non cenſetur correcta diſpoſitio ſpecialis dictarum. ll. omnes. & l. comperit. quia † quando concurrunt due leges, prima ſpecialis, & ſecunda generalis, nunquam ſecunda generalis tollit primam ſpecialem glo. in. c. vt officium. in verſi. duabus. de hereti. lib. vi. Geminia. in. c. i. col. i. in prima oppo. de conſtitu. lib. ſexto.

145 QV into, ꝙ imperium non gaudeat preſcriptione centenaria arguitur ſic etiam iura imperio reſeruata, & in quibus preſumptio iuris eſt contra preſcribentem, preſcribuntur ſpacio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium. d. l. hoc iure. . ductus aque. ff. de aqua quotti. & eſti. c. ſuper quibuſdam. §. preterea. de verbo. ſigni. que preſcriptio eſt minor centenaria, vt ſupra probauimus, & ſic in talibus reſeruatis non gaudet imperium preſcri-

ptione centenaria, ergo multominus in aliis non reseruatis principi.

EX premissis puto cõcludendum, ꝙ imperium non gaudeat priuilegio prescriptionis centenarie in bonis in quibus presumptio iuris non est contra possidentem nisi in casibus de quibus in.d.l.fi.C de sacro san eccle. In aliis vero bonis que sunt de reseruatis principi, & in quibus presumptio iuris est contra prescribentẽ, gaudet priuilegio prescriptionis non dico centenarie, sed cuius inicii memoria non extat in contrarium que est minor centenaria, vt supra diximus, contra Cardi. & Fely.

146 ET tres † declarationes ad.d.l.fina C. de sacro san.eccle. vide per Alex.in consi.xvi.col.viii.versi. quinimo nec etiam in quattuor casibus, libro.v.Et dum dicit non habere locum nisi contra vendentẽ, donantem aut reliquentem ciuitate aũt eius successorem vniuersalem non cõtra singularem successorem post Bal.in.d.l.fi.idẽ voluit Are.in.d.cõs.cliii. cõsultatio.col.fi.Corn.in consi.cclxviii.col.x.li.iiii.

147 DEcimo † quero, an in prescriptione temporis cuius inicii memoria non extat in contrariũ, requiratur titulus, Dic ꝙ non cum talis prescriptio vim tituli habeat, vt supra dictũ est, & pro hoc est text. in.d.c.i de prescrip.lib.vi. Quod ampliatur procedere licet agatur de prescribendo contra clericos aut libertatem ecclesiasticam, Pau de cast.in consil. ccccxxiii.ex pũcto transmisso.col.ii.circa med.lib. ii.talis enim prescriptio pro veritate habetur glo.in

l.i.C.de seruitu. Bal.in consi.cclvij.questio vertens, lib.ij.& in consi.xxiiij.subtiliter.col.ij. lib.iiij. Deci. in consil.lxxxv.col ij.

148 VN decimo † quero an saltẽ in tali prescriptione tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium sit necessaria tituli allegatio, videretur dicendum ꝙ sic, quia licet titulus presumatur ex antiquitate temporis, non tamen videtur prodesse presumptio nisi allegetur. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adulte. scriben. in. l. cum quid. ff. si cer. pet. & ꝙ allegatio tituli sit necessaria in tali prescriptione voluit Alex. in cõsi. lxxiiij. col. iij. in fi. versicu. accedat ad hoc quod voluit, lib. iiij. Fely. in. c. accedentes. col. v. versi. sed reuera potius eligerem. de prescript. quem refert & sequitur Curtius iunior in consi clviij. col. iiij. in fi.

CON trarium ꝙ allegatio tituli non sit necessaria voluit glo. in. d. c. super quibusdam. §. preterea. in verbo nõ extat, Freder. de Senis in consi. ccxxxiiij. super primo puncto. col. ij in fi. verst. maxime autẽ hoc procedit. Socy in consi. cxxvij. col penul. in fi. versi. & eo maxime predicta procedũt, lib i. quod est repetitũ in consi. clxxxi. li ij. Idem tenet Abb. in cõsi. vij. col. iiij. ver. & quanꝗ hec lib. ij. Doc. in. d. c. i. de prescrip. li. vi Cald. in cõs. i. in tit. de libelli obla. Guido pape. q ccccviij. in fi. vbi allegat Io. fab. in. §. eque. instit. de actio. Idẽ tenet Ias. in. l. si certis annis. col. fi. in decima limitatione. C de pact. quem refert & sequitur Gozadi. in cõsi. viij. col. viij. circa med.

EX quibus patet hanc opi. veram esse & cõmunem, & pro ea videtur tex. in. d. cap. i. de prescrip. lib. vi. vbi, ꝙ in tali prescriptione non requiritur titulus, si titulus non requirit̃, ad quid allegari eũ oportet.

149 NON ob. modo † regula ꝙ presumptio iuris non sufficit nisi allegetur, quia fateor. Sed dico, ꝙ ex tempore, cuius inicij memoria nõ extat in contrarium, titulus non presumitur a iure, sed potius fingitur a lege in fictione autem non est necessaria allegatio, quia fictio est super claro, quando vere de titulo non apparet, sed lex fingit titulum propter antiquitatem temporis.

SEcundo respondeo, ꝙ ex quo titulus non requiritur in tali prescriptione, vt supra dictum est, superfluo queritur de eius allegatione.

NON obst auctoritas Alex. & Feli. supra in contrarium allegata, quia respondeo ꝙ loquuntur in his que non sunt prescriptibilia etiam per tempus, cũius inicij memoria non extat in contrarium, puta data incapacitate prescribentis circa decimas, vel circa collationem beneficiorum, iuxta text. in. cap. quanto. de consuetu. & no. in. c. ij. de preben. lib. vi. vel quando lex expresse resistit prescriptioni, vt in casu. d. c. accedentes in materia procurationis, quo casu solus cursus temporis nihil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax sit ob id opus est, ꝙ allegetur titulus priuilegij aut exemptionis & ad probationem talis tituli sufficiet probare lapsum temporis, cuius inicij memoria non extat in

contrarium, secus vbi sumus in materia prescripti-
bili etiam sine titulo, quia tunc necessaria non est ti-
tuli allegatio, & multominus isto casu necesse erit
probare quid factum esse tanquam ex causa alicu-
ius tituli non necessarij Felyn. in. c. causam que. col.
iiij. de prescriptio.

150 ET ex premissa † declaratione infertur ad vnam
limitationem dicti Socy. in consi. cclx. ante fi. lib. ij.
de quo supra diximus in tertia. q. vbi voluit, ꝙ ap
pellatione priuilegij in materia stricta non veniat
priuilegium tacitum resultãs ex tempore, cuius ini-
cij memoria non extat in contrarium, nam istud
non procederet, quando expresse allegaretur titu-
lus priuilegij, & ad eius probationem probaretur
tempus, cuius inicij memoria non extat in contra-
rium, quia tunc etiam in materia stricta & non
prescriptibili sufficit talis prescriptio cum allegatio
ne tituli, & ita ponderat & expresse notat Curtius
iunior in. d. consi. clviij. col. iiij. in fi. Fely. in. c. cau-
sam. col. iij. in fi. versi. puto sustentabilẽ de prescrip.

151 SED circa † dictum Alexan. & Fely. & Cur-
tij iunioris, tria considero, primum ꝙ illo attento
elusoria videtur fieri dispositio iuris prohibentis
quid prescribi etiam per tempus antiquissimum,
nam semper allegabit quis titulum, & ad eius iusti-
ficationem probabit de lapsu temporis antiquissi-
mi, & sic lex videbitur imposita verbis contra. l. ij.
in fi. C. cõmu. de lega. nec id recipi debet per quod
legis dispositio fiat elusoria. l. i. §. pecuniam. ff. de ca

lumnia.l.si pretor.ff.de iudi.l hanc legem.ff.de con trahen.emptio.l.fina.in prin.ibi alioquin nequicq̃ mihi caueatur.ff.si cer.peta.l.fin.ff.ne quid in loco publi.l.i.§.exceptiones.ff.quar.re actio non dat.l. cum alijs in fi.C.de cura.furio.l.fi.§.non autem.C. de bonis que lib.l.fi C.de vsur.rei iudi.c.commissa. §.porro.de electio.lib.vi. Immo fit extensio etiam in materia pœnali ne alias dispositio pœnalis fiat elusoria d.l.i §.pecuniam ff. de calumnia.c. si ciui-tas.& ibi Domi.in secundo not.de sen excom. lib. vi.& dixi supra in materia extensionis consuetudi-nis in pœnalibus, similiter potius toleratur corre-ctio iuris communis q̃, q̧ ius nouum fiat elusoriũ Roma.& Docto.in auct.ex testamento.C.de col-la.late Moder.in.l.i.ff.de offic.eius.

152 RVRsus † attento hoc dicto Alexan.Fely.& Curtij permittetur per indirectum, quod directo prohibetur quod esse non debet.l.si ex duobus,& ibi glo.ff.de nego.gest.d.l.fi.C.de vsuris rei iudic. reg.cum quid vna via.lib. vi.nec circumueniri de-bet lex prohibens.l arbitrio.§.dolo cuius.ff.de do lo, facit text.in.l.oratio.ff.de sponsali. & per hoc fundamentum multi tenent contra illud dictum, vt refert Alexan in.d.consi.cviij.in fine.lib.ij.& in d.consi.lxxv.col.fi.lib.iiij.

SEcundum quod considero contra dictum Alexan. Fely.& Curtij iunioris est, quia si illud verum sit, cautela quedam videtur etiam & ipsa inutilis & elu soria nam quotiens aliquid fieri non potest sine ali

qua causa non sufficit probare illud simpliciter factum esse nisi probetur q in vim illius cause factũ sit puta seruitus habens causam discontinuam non acquiritur nisi per tempus, cuius iniciȷ memoria nõ extat in contrarium vt habetur in.l.seruitutes magna.ff.de seruitu.poterit tamen acquiri longo tempore idest decem annis inter presentes & viginti inter absentes si quis alleget titulum constitute seruitutis discontinue & ad iustificationem ipsius tituli probet de lapsu longi temporis glo.& Doc.in.d.l.seruitutes. Barto.in.l. cum de in rem verso ff.de vsur. Istud tamen intelligitur & procedit si quis probet se vsum seruitute illa discontinua in vim illius tituli,& tanquam ex illa causa, Salyce.in.d.l.si certis annis.Cum.& Roma in.l.qui in aliena.in princip.ff.de acquiren.heredi.& ibi Ias.colum.fina. versi.eam etiam tenet Paul.de cast.in consi.li.in causa spectabilium virorum.colum.ȷȷ post med.lib.ȷȷ. Alexan.in consi.cxiȷȷ lib.i.in consi.cviȷȷ.in fi.lib.ȷȷ. & in consi.lxxv.col.fi.lib.iiȷȷ. Sed quomodo probari hoc poterit cum non appareat de aliquo titulo nisi per allegationẽ si enim vere constaret de titulo, presumeretur quid factum in vim illius tituli.l.quedam mulier.ff.de rei vẽdi.l.ȷȷ.C.de acqui.pos.Bal. in cõsi.ccxc.iste allegationes.col.ȷȷ lib.i. Pau.de ca. in.d.consi.li.col.ȷȷ.post med lib ȷȷ sed vbi de aliqua causa non constat, quomodo presumet̃ ex ea quid factũ esse,& si dicas presumi quid factũ ex causa allegata, resultabũt duo specialia primũ q presumat

titulus ex sola allegatione illius iuncto cursu temporis, secūdum ꝙ presumatur quid factum in vim illius tituli contra. l. i. C. de dotis promiss. ob id
153 † Alex.in.d.consi.lxxv.in fi.lib.iiij.dicit difficile esse probare factum quid esse in vim tituli allegati, nec videtur aliter probari posse quid factum esse tanq̄ ex ea causa nisi probetur ꝙ faciens aliquando declarauerit coram testibus se ita facere ex tali causa vel si petierit tale ius tanq̄ sibi debitum Alexan.in consi.l.col.ij.lib.iij.

SED dicet aliquis ex qua causa quis quid faciat, hoc videtur pendere ab eius animo, ob id standum videtur eius iuramento glo.& Doct.in.§.alie.instit.de actio.Bar.& Doc.in.l.pro herede.in prin.ff.de acquiren.heredi.

RESpondeo, ꝙ illud non procedit quando presumptio iuris est cōtra iurantem Bart.in.l.inter omnes. §.recte.col.fina.ff.de furtis.Ias.in.d.l.pro herede.in prin.col.pen.in fi.& in.§.sed iste.col.xviij.in fi.inst. de actio.Sed questio nostra loquitur in prohibitis in his que quis prescribere nō potest, & sic presumptio iuris est contra prescribentem. Et argumētum posset procedere in his que sunt prescriptibilia licet requirant tempus antiquum, cuius inicij memoria non extat in contrarium. Fely. tamen in.c.causam. col.iiij.versi.sed aduerte, quia oportet de prescriptio.ꝙ vbi agitur de tempore, cuius inicij memoria non extat in contrarium, non est necesse probare quid factum in vim tituli presumpti, sed presu-

mitur ita factum.

TER tium, quod considero contra Alexan. Fely. & Curtium iuniorem est, ꝙ dictũ eorum posset procedere in his que sunt prescriptibilia, & in quibus non consideratur incapacitas licet in eorum prescriptione requiratur tempus antiquissimum, quia habeant causam discontinuam, vt sufficiat prescriptio longi temporis allegando titulum, & illũ probando ex solo cursu temporis, in his enim non militante argumenta supra adducta, ꝙ lex fieret elusoria tanq̃ imposita verbis, & ꝙ concederetur per indirectum quod recta via conceditur, quia nulla est deceptio aut elusio legis cum lex prescriptionẽ non prohibeat, & licet requirat longius tempus non tamen negat breuiori tempore posse prescribi accedente titulo secus vbi lex omnino prohibet prescribi. Ideo in prohibitis prescribi non placet mihi opi. ꝙ sufficiat allegatio tituli & eius probatio per solum lapsum temporis nisi probetur quid factum esse in vim illius tituli, quia facta quandoque fuerit declaratio coram testibus, ꝙ ex tali causa aut ex tali titulo ita ageretur nam ius & titulũ obtinentes sepius verba faciũt de eorum iuribus & titulis quorum virtute, quid eis facere permissum sit, nec semper tamen de eis fidem possunt facere, quia interdum pereunt aut omittuntur. In alijs autem que de sui natura sunt prescriptibilia, sequor communem opinio. glo. & Doct. in d.l. seruitutes magna, nec puto aliam fuisse intentionem glo. &

Doc.ibi licet aliqui Doc.postea voluerint illud extendere ad casum longe diuersum habentem rationem omnino diuersam. stante prohibitione prescribendi.

PRE missa conclusio, ꝙ tituli allegatio non sit necessaria in prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium limitatur per Fely. in.c.cum ex officij,col.v.in quarta limitatione, de prescript. vt procedat in prescriptione in qua interuenit actus positiuus secus in prescriptione causata ex sola patientia aut negligentia partis nullo interueniente actu positiuo,quia tunc necessaria est tituli allegatio maxime quando res est grauis preiudicij.de qua limitatione ego dubito, quia cum titulus non sit necessarius in tali prescriptione; sed ipsa vim tituli habeat superfluum videtur tractare de tituli allegatione, ideo non puto tenendam hanc limitationem.

154 DVO decimo † quero dictum est supra, ꝙ tempus,cuius inicij memoria non extat in contrarium,vim tituli habet, adeo ꝙ tituli allegatio non est necessaria,sed quid si producatur titulus qui appareat vitiosus & inualidus, an proderit talis prescriptio videretur dicendum, ꝙ sic,quia cum titulus non sit necessarius, licet producatur & ineptus aut vitiosus,non deberet actum vitiare,argumen.l.prima,in princip.C.de rei vxo.actio. gloss. singu.in.§.multis.in versicu. in transitu. institut.de liberti.& in.l.vinum.vbi Barto.& Docto.ff.si cer.

peta. per quam glo. dicit Bald. in. l. ne quicq̃. §. vbi decretum. col. vi. versi. sed dubitatur si possum ingredi. ff. de offi. procons. q̄ si possum ingredi possessionem propria autoritate, si ingredior petita licentia a iudice minus solenniter, quia parte non citata, non nocet defectus solennitatis sequitur Ias. in consil. xx. col. iij lib. iij. sed pro hoc est text. in. c. bone. i. de electio. vbi citatio que non erat necessaria in facto notorio, si adhibeatur & minus solenniter, processus non vitiatur per quē tex. dicit Dec. in consi. clxiij. col. vi. q̄ litis contestatio minus legitime facta processum non vitiat quando illa non erat necessaria similiter per illum text. dicit Decius in. c. nouit. col. ix. de iudi. q̄ vbi in aliquo actu ordo iuris non est necessarius, si adhibeatur & minus solenniter, actus non vitiatur & ex illo tex. videtur dubitabile dictum glo. in. l. proinde. ij. in glo. fin. in fi. ff. ad legem aquil. relatum per Ias. in. l. i. in princi. col. fina. ff. de eden. in l. edita col. iij. C. de eden. vbi quādo in aliquo iudicio proceditur ordinarie preter naturam ipsius iudicij, si minus solenniter procedatur, iudicium vitiatur.

155 Secundo † pro hoc videt̃ facere, quia prescriptio tēporis, cuius inicij memoria nō extat in cōtrarium dicitur habere pro se presumptionē iuris & de iure adeo q̄ probatio in contrariū non admittit̃ Fely. post But. per cū relatū in. d. c. cū nobis. col. iij. versi. scias etiam, de prescript. sequitur Alexandrinus in consil. xiij. colum iij.

CON trarium, ꝙ non iuuet prescriptio tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, quando producitur titulus vitiosus & inualidus, seu quando aliter apparet de inicio vitioso voluit Paul. de Cast. in consi. ccccxxiij. ex puncto transmisso, col. ij. circa fi. lib. ij. Bellamera in cōsil. x. col. x. in prin. versi. item & aliter respondeo, & col. xiij. ver. plus dico. Ad idem facit Alex. in. d. consi. cxiij. col i. &. ij. lib. i. vbi quando ex instrumēto apparet non debuisse quid solui prout solutum est tempore longissimo, apparet ꝙ per errorem & ex falsa causa sic solutum est, nec prodest, tunc cursus temporis. Et ista opi. confirmatur ex dictis supra in secunda parte huius tracta. in quarta limitatione. nu. 28. 30. & in tertia parte, in septima limitatione. nume. 15. vbi ꝙ presumptio solennitatis extrinsece, ex antiquitate temporis cessat in sententia & in actu extraiudiciali, quando expresse producuntur acta solennitatum, ex quibus apparet minus solenniter processum esse.

156 NON obstant † modo allegata in contrarium & primo. ꝙ vbi aliquid non requirit, si illud adhibeatur & inepte aut minus solenniter, ꝙ actus nō vitiatur, quia possem facere prout Ias. facit in locis memoratis idest allegare & multiplicare contraria & inconuenientia & adducere exempla, & dicta Docto. ex quibus apparet magis viciare ineptum expressionem ꝙ̃ omissionem per reg. l. expressa. ff. de regu. iur. & l. nonnunꝗ̃. ff. de condit. & demon.

glo.

glo. in clem. constitutionem. in versi. de nouo. in fi. de electio. ex quibus dictis & exemplis videntur Moder. reddere hanc materiam brocardicam & ad omnem euentum adaptabilem. Sed puto responsionem veram esse, ꝙ aut aliquid non requiritur in aliquo actu propter presumptionem iuris, que est pro ipso actu, & tunc si illud adhibeatur aut exprimatur uitiose & inepte actus uitietur puta iudex in sententia non tenetur causam exprimere. c. sicut. de re iudi. Et tamen si exprimat iudex causam ineptam aut minus legitimam, sententia uiciatur, Innocen. & Doc. in. c. in presentia. de renuncia. ratio huius est, quia ꝙ iudex releuetur a iure ab expressione cause in sententia, illud est propter presumptionem iuris que est pro ipso iudice. l. ij. C. de offic. ciuil. iud. & d. c. in presentia. Sed quando iudex exprimit causam in sententia que sit inepta aut minus legitima, Tunc sumus in casu claro, ꝙ iudex male iudicauit, & sic cessat in re clara presumptio, que est pro iudice. l. continuus. §. cum ita ff. de verb. obliga. Similiter ꝙ presumatur pro solennitate sententie aut actus extraiudicialis est propter presumptionem iuris quod presumit omnia solenniter acta, sed si apparet de actis solennitatum, & ex eis arguatur defectus in ipsis solennibus, Tunc sumus in casu claro & cessat presumptio. Secus quādo aliquid non requiritur ob presumptionem iuris, sed quia illud non sit necessarium puta citatio in actu notorio, Tūc si adhibeatur & minus legitime, actus non

viciatur ratio, quia non erat necessaria, similiter actio in libello exprimi non debet, sed sufficit factum apte narrare ex cuius narratione appareat, ꝙ actio competit, certe si actor in libello actionem ineptam exprimat, illud libellum non viciat, quia expressio non erat necessaria, nec propter expressionem sit dubium ius actoris cum ex apta narratione facti satis inferatur ius & actionem competere licet non expressam vt cõmuniter Doc. concludunt in. d. l. i. in prin. ff. de eden. quicquid aliter Ias. ibi tentauerit contra communem arguendo ex argumentis que nihil faciunt, & in quibus militat diuersa ratio, nam arguit, ꝙ in sententia causa non requiritur & tamen si exprimatur & inepte, sententia viciatur sed responsum est supra.

Similiter arguit, ꝙ vbi testes non tenentur deponere super tempore, si deponant & male vicientur testimonia, sed illud est, quia si varie deponant, apparet ꝙ sunt varij & contrarij, & ꝙ loquuntur de diuer-
157 sis actibus ex quo diuersificant tẽpus, quia † diuersitas temporis inducit diuersitatem factorum, & reddit testes singulares tanꝗ deponentes de factis diuersis, Anto de But. & Doct. in. c. cum causam que inter Archiepiscopum, col. x. de testibus. Cyn. in l. testium in sexta. q. & ibi Bal. col. quinta. de testibus. Archid. in. c. nihilominus. iij. q. ix. Abb. in consi. xcviij. col. ij. lib. ij. Bal. in cõsi. xxxix. proponitur ꝙ celebratus, colum. ij. lib. iij. & in consi. cccclix. visa dicta petitione. colũ. iij. post medium.

versi.primo, quia testes lib.iiij. Ancha.in cõsi.lxiiij. col.ij.& in consi.cxlvij.col.i.Pau.de cast.in consil. cxxxvij.in causa que vertitur pergami, ad fi.& in consi.clv.in causa que vertitur coram domino Vicario, ad fi.lib.ij Ias.in consi.cxxxi.col.ij.lib.i. Sed aliter voluit Guido pape.q.ccccxliiij.vbi quando locus & tempus non sunt de substantia actus, non attenditur singularitas circa locũ & tempus, & quod ita pluries vidit determinari in curia Parlamenti. Sed certe licet locus & tẽpus nõ sint de substantia, Tamen si testes in eo variant & discordant, apparet quod non conueniunt in eodem facto, sed de pluribus testificantur ob id probatio redditur dubia & obscura cum positum & articulatum fuerit de vno facto tantum.

SED enim, quia ista materia singularitatis testium versatur in summo & uasto pelago, & Doc.cõtendunt inter se, immo ne quidem constant sibi ipsis, vt aduocati aut patroni causarum quid certi consulant plane nesciant, Ipsi etiam iudices iudicandi rationem non facile habeant, materiam ipsam singularitatis testium sic explicatam esse constitui ad vniuerse reipublice compendium, vt ne dubitationis quicquam inueniens tempus prodire possit. Itaque pro declaratione considero triplicem esse singularitatem testium. Prima est obstatiua, Secunda cumulatiua aut adminiculatiua, Tertia diuersificatiua Singularitas obstatiua dicitur quando insurgit repugnantia aut contrarietas puta testes deponunt

de mutuo cum vincum proponatur precessisse, Aliqui testes dicunt illud factum vno tempore, alij q̄ alio tempore, Ideo non probant tanq̄ contrarij Anchar. in consil. lxiiij in causa que uertitur inter Philippum, col ij. post med uersic. & confirmatur hoc Areti. in cōsi. lxxi. diligenter. col. iij. in fi. uersic. interrogatio igitur Alexan. in consi. xxi. col. ij. ante med. lib. iiij. post Bal. in. l. de quibus. col. antepen. ff. de legib. & in rub. de controuer. inuesti. col. i. & de ista singularitate obstatiua loquitur Ias. in repet. l. admonendi. col. xc. versi. alibi etiam dicit multum signanter Bal. ff. de iureiuran. idem si testes inducti ad probandum aliquod delictum seu vulnus discordant in loco aut tempore, quia aliqui dicunt commissum vno loco aut tempore, Alij in alio loco aut tempore, prout legitur de testibus Susane, vt habetur in. l. testium. C. de testib. Anchar. in consi. cxlvij. super alia querela. col. i.

ET ista singularitas obstatiua cōsideratur in actu nō reiterabili, & in ea vnus testis dicitur repugnare alteri & nullus aliquid probat, vt not. in. l. testium. C. de testib. Bal. in. l. de quibus. col. antepe. ff. de legib. in. l. iurisiurandi. C. de testib. & in rubri. de controuer. inuest. col. i. sequitur Alex. in consi. xxi. colū. ij. lib. iiij. in consi. cxliij. col. i. lib. ij. in quo consi. cxliij. q̄ non solum omnes simul iuncti nihil probant, immo nullus remanet integer, qui semiplene probet.

SED aduerte nam quod dicitur de actu non reitera-

bili non intelligo ꝙ actus reiterari non possit, sed quando solum est questio de vnico actu non reiterato, puta de vno mutuo aut de vno contractu, & isto casu testimonia singularia possunt dici falsa ex diuersitate temporis. c. ex tenore. c. cum causam. de testibus. Alex. in cõsi. lxxiij. col. i. uersic. preterea inter illos. lib. primo.

ALIA est singularitas testium non obstatiua aut repugnans, sed adminiculatiua & cumulatiua puta, quando vnus testis deponit de numeratione, alter de confessione & isto casu ex talibus testibus inducitur semiplena probatio, vt per Bal. in. d. rubri. de controuer. inuesti. col. i. Alex. in. d. consi. xxi. col. ij. lib. iiij. Immo plusquam semiplena, licet non perfecta Socy. in. l. gallus. §. ille casus. colum. fina. ff. de libe. & posthu.

ALIA & tertia est singularitas non obstatiua, nec adminiculatiua seu cumulatiua, sed diuersificatiua verbi & effectus, ex qua inducitur diuersitas rei & effectus in substantia, puta ego articulo de decem numeratis ex causa mutui, aliqui testes dicunt de mutuo facto in vno loco & certo tempore, alij testes loquuntur de mutuo facto in alio loco est alio tempore, nam ex tali varietate loci aut temporis necessarie insurgit diuersitas mutui ꝙ loquantur testes de alio & diuerso mutuo, quia impossibile est ꝙ mutuum factum in vno loco aut tempore sit illud q̃od alij testes dicunt factum esse in alio loco & tempore. & istud est quod dicitur ex diuer-

ſitate loci & temporis induci nouum & diuerſum factum, & iſto caſu quando teſtes loquuntur de diuerſis actibus, proprie dicuntur teſtes ſingulares. c. bone. & c. cum dilecti. de electio. & de iſta ſingularitate teſtium loquitur Anchar. in dicto conſi. lxiiij. & in dicto conſi. cxlvij. Alex. in d. conſil. cxvi lib. primo, Areti. in conſi. lxxi. diligenter. col. iij. in fine. ver. interrogatio igitur Bal. in conſi. xxxix. proponitur ꝙ celebratus. colnm. ij. circa med. lib. iij. & in conſi. cccclix. viſa dicta petitione. col. iij. poſt med. uerſicu. reducendo ergo omnia predicta lib. iiij. & Docto. in pleriſque locis, que ſingularitas diuerſificatiua non poteſt conſiderari niſi in actu reiterabili, ſi enim poneres actum vnicum & non reiterabilem, & in eo teſtes eſſent uarij in loco vel tempore, tunc teſtes non dicerentur ſingulares, ſed contrarij & repugnantes que dicitur ſingularitas obſtatiua.

ISTA triplici differentia ſingularitatis teſtium ſic premiſſa & conſiderata, ſi queras an teſtes ſingulares coniungantur vt probent plene vel ſemiplene, dico declarando hanc materiam clarius atque hactenus legerim, cum Doct. varie & confuſe loquantur, ꝙ aut queritur de ſingularitate obſtatiua, & in iſta clarum eſt, ꝙ teſtes non coniunguntur nec aliquid probant, immo ne quidem adminiculantur cum teſtes dicantur contrarij, vt per Bal. in rubri. de controuer. inueſtit. colum. prima. in l. de quibus. colum. antepenul. ff. de legibus. Alexan. in conſil.

xxi.colum.ii.libro quarto. Iaſ.in repet.l.admonen di.colum.xc. verſicu. alibi etiam dicit multum ſignanter Bal.ff.de iureiuran. & iſto caſu recurrendum eſt ad ea que Docto. tradunt, quando teſtes ſunt contrarij.

AVT loquimur de ſingularitate teſtium diuerſificatiua, quando teſtes loquuntur de diuerſis actibus factis diuerſis tempore & loco, & iſto caſu idem dico quod in ſingularitate obſtatiua, ꝙ nullo modo coniunguntur teſtes ſingulares, vt probent plene nec ſemiplene, nec adminiculatiue nec aliquis teſtium per ſe remanet integer, vt ſemiplene probet, quia dictum vnius eliditur per dictum alterius, & iſto caſu procedit illud dictum quod minus probant mille teſtes ſingulares quam vnus Bald. in.l.de quibus.colum.antepenul.poſt medium, verſicu.ſed nunquid ſi teſtes.ff.de legibus. in.l.iuriſiurandi.colum.tertia.C.de teſtibus.Deci.in cõſi.clix. colum.iiij.circa fin.& in conſil.clxxxix. colum.iiij. circa medium. Addo Alex.in conſil.xxxiiij.col.ij. in fi.lib.iij.in conſi.lxxiij col.ij.in princ.verſic.vnde ſtante diuerſitate, libro primo.ſi enim eſſet vnus teſtis tantum integer & legitime deponens, probaret ſemiplene, ſed vbi ſunt plures diuerſa loquentes in actu reiterabili, licet non ſint repugnantes, nihil tamen probant ratio, quia inuicem ſe debilitant cum articuletur de vno tantum mutuo & ipſi loquantur de pluribus factis diuerſis loco & tempore, vt neſciatur quod & quale ſit illud quod

petitur, & an deposuerint de mutũo petito, & sic ex tali singularitate diuersificatiua inducitur incertitudo & redditur probatio dubia, que dubietas cessat vbi vnus tantum est testis. Ita dubietatem & incertitudinem ex singularitate trstium, arguit Alexan. in consi. xciiij. col. ij. circa med. versicu. variant etiam dicti duo testes lib. vi. post Saly. in. l. testium in nona. q. C. de testib. Ideo isto casu testes singulares nullo modo coniunguntur vt aliquid probent, nec plene nec semiplene, Alexan. in consi. cxxviij. col. ij. ante med. versi. & dicti duo testes, lib. ij. in. d. consi. xciiij. col. ij. circa med. lib. vi. post Salyc. in. d. l. testium. in nona. q C. de testibus.

TOTA difficultas est in singularitate adminiculatiua aut cumulatiua, an testes coniungantur vt probent plene vel semiplene, in qua difficultate Doct. vano modo consuluerunt prout casus contingebat & lucri ratio suadebat, & pono exemplum, quando plures testes deponunt super diuersis confessionibus debitoris, & omnes dicunt audiuisse ab eo ꝙ debebat decem titio ex causa mutui, sunt tamen singulares in loco & tempore, quia vnus deponit de confessione facta vno tempore & in vno loco, alius de alio loco est tempore, Ista enim singularitas non est obstatiua, quia nihil repugnat, ꝙ quis sepius confiteatur de eodem debito in diuersis locis & diuerso tempore, non est etiam singularitas diuersificatiua, quia licet deponãt de pluribus & diuersis confessionibus, non tamen resultant plu

ra & diuersa debita cum emanauerint confessiones super eodem debito, & tendant ad eundem finem, id est ad probationem eiusdem debiti, & sic est cumulatio probationis & adminiculatio non diuersitas effectus.

ET reperio, q Pau. de cast. in consi. clv. in causa que vertitur coram domino Vicario, in fi. & in consi. cclxix. viso processu in fi. lib. ij. voluit q debitum non probetur per testes singulares deponentes de diuersis confessionibus factis diuersis loco, & tempore, idem voluit Alex. in consi. xxxvi. colum. iij. in consi. lxviij. col. ij post med. lib. iij. quod est repetitum in consi. lviij. lib. vi. vbi pro hoc allegat Ant. de butr. in. c. licet ex quadam. col. iij. de testib. quem etiam refert & sequi videtur Ias. in rep. l. admonendi. col. xc. ver. per ista considera. ff. de iureiur. idem in confessione tradit Imola in consi. cxxiij. colũ. iij. n fi. Corn. in consi. lxxviij. col. iiij. in fi versicu. nec habet obstare, & col. seq. circa med. versicu. Ioannes autem Angeli in cõsil. clxxxij. circa finem. in consi. cclxi. col. ij. in fi. versi. nec obstant alie confessiones, lib. iij. decisio Neapolita. decis. ccclxiiij. Curtius senior in consi. lvi. colum. xi. post med. versi. vltimo non obstat.

SED in contrarium, q immo isti testes singulares coniungantur vt plene probant, quando est singularitas cumulatiua & adminiculatiua, adducit conclusio vna communis, q sufficit testes conuenire in vnum, & eundem rei finem, licet in alijs discre-

pent.l.qui sententiam.vbi Bal.C.de penis.no.in l. diem proferre.§.si plures.ff.de arbitr.Oldr.& Bal. in.l.i.C.si vnus ex pluribus appel.Bald.in consil. xxxix.proponitur ꝙ celebratus.col.ij.versic.nunc est videndum.in consi.lxxx principalis cura.col.i. in fi.lib.iij.

ALIBI scribit idem Bal.in consi.cl. quidam Gasparonus lib.iij.ꝙ sufficit testes concordare circa numerationem, nec dicuntur discordare aut singulares ex eo ꝙ non conueniunt in promissione de restituendo.

ET ꝙ singularitas non noceat quando testes tendunt ad eundem finem,tradit idem Bal.in rubr.de controuer.inue.col.i.vbi si vnus testis deponit de numeratione,alter de confessione,quia vna probatio non repugnat alteri,coniunguntur ad semiplenam probationem,quod Bal. dictum refert & sequitur Alex.in.d.consil.xxi.col.ij.ante med. lib iiij.Ias.in repet.d.l.admonendi.col.xc.versic.alibi etiam dicit multũ signanter Bal.ff.de iureiur.& in cõsi.cxxxi. col.pe.circa med.lib.i. & hac ratione videmus, ꝙ probant testes,quando cõcordant in dicto principali,licet sint singulares in causa dicti Specul.in tit. de teste.§.iam de interrogatorijs.versicu.& hinc est ꝙ si quis vult Bal.in.l.de quibus.col.pen.in fin.ff. de legibus.Calcan.in consi.ix.col.ij.ante medium. & in consi.xix.col.v.post medium.Corn.in cõsil. xxxiiij.col.ij.lib.ij.& in consi.cxlvi.col.i.post medium.lib.tertio.

Eadem ratione videmus, ꝙ testes singulares sufficiunt ad probandum quid in genere puta heresim iurisditionem, vsuras, possessionem, famam & similia. genus enim constat, & perficitur ex pluribus speciebus & particularibus, ideo licet testes deponant de diuersis actibus, tamen quia tales actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem vnius generis non repelluntur testes tanquam singulares, Barto. in. l. ob carmen. §. fin. ff de testibus. Bald. in. l. de quibus. colum. penul in fi. ff. de legibus. vbi Bal. ꝙ isto casu non dicitur singularitas, quia per singula generis probatur genus, nam cum genus representetur in qualibet specie, dicuntur deponere in eodem genere, & isto casu dicit Bal. testes videntur singulares in causa scientie, & non in dicto, quam opin. ꝙ testes singulares sufficiant, quando agitur de probando quid in genere late probaui in consi. lxxiij. colum. viij post med. & col. sequen. & vltra Docto. ibi adductos, addo nunc Calderi. in consilio quinto. in titulo de testibus, vbi loquitur in vsura. Paul. de Castro in consil li. in causa spectabilium. colum. secunda. circa medium. versiculo nec obstat. quod isti testes, & in consilio centesimo decimo tertio, contra superius consulta. columna secunda, libro primo, in quo consil. cxiij. loquitur in aditione hereditatis, que ex pluribus inducitur tam ex verbis quam ex factis, & non factis ob id non nocet singularitas circa actus aut verba.

Eandem opin. tenet & probat Anchar. pulchre declarans in consi. cclxxvij. ex predicta facti narratione col. iiij. post med. versi. non obstat secundum contrarium, quod est repetitum in consi. ccccxxxix. & idem tenet Anchar. in consi. preced. cclxxvi. visa diligenter. col. fi. versi. preterea ex predictis actis Geminia. in consil. cxvij. col. ij. Alex. sibi contrarius in consi. cxli. col. ij. post med. lib. i. quod est repetitum in consi. x. lib. vi. idem tenet Alex. in consi. lxxxv. colum. fin. versi. preterea testes singulares in consil. lxxxvi. col. iij. versic. nec haberet obstare. in consil. cxvij. col. ij. versi. item probatur per plures testes in consi. clxxij. col. ij. in fi. versi. opponitur etiam contra dictos testes, lib. ij. in consi. xli. col. iij. versi. opponitur etiam contra dictos testes. in consi. cxij. ante fin. lib. iiij. in consi. xcij. col. iiij. versi. nec ob. si dicatur, lib. v. in consi. xiij. col. fi. & in cõsi. cxlvij. col. penul. in fi. lib. vij. In quibus locis testatur. Alexan. istam opin. esse veriorem & magis communem, licet idem Alex. in aliquibus consi. per me relatis in d. consi. lxxiij. voluerit contrarium & eius autoritate freti, Deci. & Ias. alij voluerint, poterant etiam allegare, Freder. de Senis in cõsi. xvij. in consi. lxiiij. pridie in fi. Sed miror quomodo Deci. & Ias. non aduerterint ad tot & tanta consilia Alex. hic relata que si vidissent, non arbitror ab hac opi. eos discessuros fuisse. si enim in duobus aut tribus locis Alexan. tenuit opin. ꝙ testes singulares non sufficiant vbi agitur de probando quid in genere, vides ꝙ in

duodecim aut tribus aliјs locis tenuit constanter contrarium.

Eandem opin. q̄ testes singulares admittantur vbi agitur de probando quid in genere tenet Areti. in cõsi. xlij. viso consilio col. ij. versi. secundo principaliter dicimus, Socy. in consi. ccxcv. col. iij. versic. postremo, & si omnia predicta lib. ij. Angel. in consil. ccxxxiij. col. iij. circa med. versi. nec dicat quis eos singulares, Guido pape. q. cccccxliiij. & in commento statuti si quis per litteras, in verbo & eiectione infi. & nouissime Boerius in suis decis. Burdegalem. q. xxiij. col. xiiij. post med. & q. ccxxxix. colũ. ix. post med. qui tamen Boer. fuit sibi cõtrarius in dictis decisionibus. q. cccxlij. & secundum hanc opin. q̄ testes admittantur ad probandum quid in genere audiui ita fuisse iudicatum per curiam Parlamenti Grationop. contra quendam presbyterum de Arzellerijs in causa vsurarum contra quem solum deposuerant testes singulares deponentes de mutuis factis ipsis testibus sub vsuris, & ita accepi dum agerem Grationopoli a spect. domino Nicolao de Boneton aduocato consistoriati, dum in domo eius essem pro quadam eius causa cõtra Ioannem de Chappanis, vbi etiam agebatur de vsuris cuiusdam presbyteri Deum immortalem, quod presbyteri laborent tanto vicio sed audiui Grationopoli dum essem, quendam presbyterum canonici titulo honestatum dedisse pecunias cuidam mulieri quas mulier mutuaret sub vsuris vltra cen-

tesimas, idest ad rationem quinque solidorum pro singulo scuto in singulos menses valente scuto solidos quadraginta & quinque. quod ipsum abhominabile scelus audiui concionatorem publice detestantem in ecclesia cathedrali Gratiopolis.

ECCE ꝙ ad probandum quid in genere admittuntur testes singulares ea ratione ꝙ in eundem finem conueniant & licet loquantur de diuersis actibus, omnes tamen illi actus referuntur ad idem genus, & sic non resultat diuersitas in facto principali super quo deponūt, licet per diuersa media ad ipsum principale perueniatur.

RVRSVS, quando plures actus habent vnā originē & vnā causam, illa origo probatur per testes singulares respectu actuū, sed vbi actus sunt separati, nec apparet, ꝙ habeant eandē originē, in probatione talium actuum non sufficiunt testes singulares, Ancha. in. d. consil. cclxxvij. col. v. circa med. quem refert & sequitur Corn in consi xxxiiij. col. iij. in fi. lib. ij. modo vbi agitur de probando quid in genere actus particulares ex quibus genus ipsū constat, dicuntur omnes dependere ab eadem causa & origine idest ab eodem genere, ergo non nocet singularitas circa tales actus, quia omnes tendunt ad probationem sue cause & origines. nec ex diuersitate talium actuum resultat diuersitas alicuius facti aut cause sed semper infertur ad eandem causam & idem factum.

ISTIS, ita premissis & declaratis idē dico esse, quādo agitur de probatione vnius debiti, & reperiuntur plures testes deponentes de pluribus confessionibus factis diuersis loco & tempore, nam omnes confessiones tendunt ad eundem finem, id est ad probationem eiusdem debiti, & licet confessiones sint diuerse. non tamen resultat diuersum aut nouum debitum. Rursus omnes iste confessiones veniunt ab eadem origine & causa idest ab eodem debito ergo nocere non videtur singularitas circa istas confessiones tanquam media perueniendi ad vnum finem, nec repugnant tales confessiones diuerse probationi debiti, immo tendunt ad eius bationem.

PRETEREA, quod iste confessiones videantur sufficere, arguo a cessante ratione, ratio enim quare testes singulares non probant, duplex potest assignari vel quia dicuntur contrarij, quando est singularitas obstatiua, vel quia alij alios elidunt & debilitant tanquam loquentes de dinersis actibus, ex quibus inducitur diuersitas facti ab eo facto quod quis intendit probare. Ista ratio cessat quando est singularitas adminiculatiua & cumulatiua.

ALITER etiam istud comprobatur si énim duo testes deponerent de vna confessione facta eodem tempore & loco, non est dubium quod probarent, quare idem esse non debet si duo Testes deponant, de duabus confessionibus

factis diuerso tempore & loco, vellem scire quam maiorem fidem det identitas loci & tẽporis quando non est vis in tempore aut loco, quia locus aut tempus non sint de substantia. bene haberet in consideratione identitatis loci & temporis, quando ex eorum diuersitate induceretur diuersitas facti, secus quando stante tali diuersitate semper manet idem factum prout quando agitur de probando idem debitum per diuersas confessiones factas diuersis loco & tempore.

ET in terminis, ꝙ diuersitas temporis & loci non habeatur in consideratione, nec reddat testes singulares quando locus aut tempus non sunt de substantia tradit Roma. in consi. xxx. Imol. in cõsil. cij. col. ij. allegat Bar. in. d. l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus. Corn. in consi. ccxlvij. col. ix. versi. dato autem sine preiudicio veritatis libr. ij. Guido pape. q. 544. vbi ꝙ ita pluries vidit determinare in curia Parlamenti. Addo Geminia. in consi. iiij. in fi. vbi quando agitur de facto successiuo, non nocet singularitas testium in tempore, quia in facto successiuo certum tempus non est de substantia secus vbi agitur de facto momentaneo. Et quod scribit idem Geminia. in cõsi. lix. col i in fi. vbi ꝙ ex pluribus presumptionibus diuersis tẽporibus ortis circa idem dispositis inducitur probatio per text in. c. si prebenda. §. ceterum. de renuncia. lib. vi. & sic diuersitas temporia nõ viciat presumptiones, ergo eadem ratione non debet viciare probationem que fit per

testes

testes singulares, & in debito, ꝙ probetur per plures testes deponentes de diuersis confessionibus tradit Pau. de Cast. in consi. cclxxx. iudex in fine. lib. primo. & in consi. cxliij. viso processu & attestationibus. col. fi. lib. ij. Ioan. de ana. in consi. lv. in secundo dubio. Alex. in consi. liij. col. ij. circa med. versic. ergo etiam presupposito, lib. i. Calca. in consi. xix. col. v. post med. Curtius iunior in consi. clxviij. col. vij. Dec. in consi. 650. col. ij. post med. vbi Dec. refert & sequitur illud consi. Paul. de Cast. cclxxx. Ad idem adduco Areti. in consil. lxv. in presenti consultatione, in secundo dubio. vbi ꝙ confessio absente parte probata per duos testes que inducit semiplenam probationem coniungitur cum probatione fame que etiam semiplene probat ad plenam probationem. si confessio coniungitur cum fama que est diuerse speciei quanto fortius coniungetur cum alia confessione eiusdem speciei, per ea que habentur in. d. l. admonendi. ff. de iureiuran.

PRO hoc facit quod scribit Alex. in consil. xviij. in fi. lib. iij. vbi quando agitur de probando peruenisse ad manus patris de bonis spurij tantum quod ascendat ad libras ducentum, non attenditur singularitas testium circa bona peruenta dummodo peruenerit vsque ad eam summam, quia non est vis que bona peruenerint aliqua magis ꝗ̃ alia, dummodo probetur valor bonorum peruentorum. eodem modo non est vis in quo loco & tempore debitor confessus sit dummodo fuerit confessus, ergo

per testes singulares circa confessionem probari dicitur debitum.

AD idem adduco Alex.in cõsi.clvi.col.ij.in fi. versi. non obstat etiam si diceret lib.v.vbi quando vnus testis deponit de tempore alter de tempore dicit se non recordari,non dicuntur testes singulares quando tempus non est de substantia actus,vt quando factum est tale in quo non resultat diuersus effectus si celebratur vno tempore potius quam alio allegat Innocen.in capit.qualiter & quando.ij. de accusatio. Archidiaco.in capitu. nihilominus.iij.q.ix. Specu.in titu.de teste.§.iam de interrogatorijs.versic.idem de tempore.& idem tradit Alex. in consi. ccxxxvi.col.ij.lib.vi.

Confirmatur ex alio ista opinio,ꝙ diuersitas loci aut temporis non reddat testes singulares, quando locus aut tempus non est de substantia.nos habemus quod testes non dicuntur singulares ex sola diuersitate in cortice verborum, quando conueniunt in effectu.l.iij.in princip.ff.de testib.l qui sententiam. vbi Bal.C.de penis.c. nihil obstat.de verbo.signi. glo.in.c.cũ ecclesia,in verbo vacillasse.de cau.pos. & proprie.glo. in.c. dudum. de conuer. coniuga. Alexan.in consi.lxxviij.col.penul.in fi.& in consi. cxviij.col.i.lib.i hinc videmus,ꝙ si vnus testis dicit ꝙ Titius promissit Seio.duos solidos Turonenses, alter testiũ dicit, quod Titius promissit Seio viginti quattuor denarios Turonenses,non dicuntur testés singulares,quia conueniunt in effectu, ex quo

xxiiij.denarij Turonenses faciunt duos solidos, & sic idem est effectus, ita Bald.in cap.bone memorie Maguntino, de electio.quem refert Alex.in.d.consil.lxxviij.&.cxviij.si dissonantia aut diuersitas in cortice verborum non nocet, quando idem semper est effectus, eadem ratione non videtur nocere diuersitas loci aut temporis cum semper idem sit effectus. Immo non nocet diuersitas circa aliquas qualitates aut circunstantias, quando conueniunt testes in facto principali, Alexan.in consil.xxiiij. colum.penultima.in fine.libro secundo. & in consilio.lxxxviij.colum. quinta. in.clvi.colum. tertia. lib.v.a fortiori, quando nulla est discordia inter testes sed conuenientia licet sit diuersitas in loco & tẽpore, ex qua tamen diuersitate nulla resultat discordia, neque contrarietas, & constat magis repelli testes ex contrarietate quam ex diuersitate, vt per Bal.in.d.l.de quibus.colum.antepenul.& penul.ff. de legibus.& in.d.rubri.de controuer.inuestit. col. prima. Alexan.in d. consi.xxi.col.ij. libro quarto. Ias.in repet.d.l.admonendi.columna.xc.ff.de iureiurando.

ET ꝙ testes singulares coniungantur ad plenã probationem eo casu quo vnus testis facit semiplenam probationem, & quando singularitas est cumulatiua & adminiculatiua non obstatiua, nec diuersificatiua, adduco Alex.in consi.lxxvi.in secundo dubio, lib.vi.vbi quãdo vnus testis deponit de promissione, alter de confessione facta presente

parte, coniunguntur isti duo testes ad faciendum plenam probationem, & tamen sunt magis singulares quam plures testes deponentes de pluribus cõfessionibus, quia hic est diuersitas in loco & tempore, & amplius in actu, quia vnus de promissionr, alter de confessione. sed in pluribus confessionibus solum est diuersitas in tempore & loco. & illud dictum Alex. in. d. consi. lxxvi. refert & sequitur Rippa in. l. admonendi. col. xxxviij. ff. de iureiuran. addo Anchar. in consi. cclxxvi. visa diligenter narratione. col. ij. versi. & ideo vnus testis, Areti. in consi. lxv. in presenti consultatione. col. ij. post med. in secundo dubio. vbi pro hoc allegat tex. in c. si. de succes. ab intest. Corn. in consi. xiij. in princ. lib. primo. Calca. in consi. cx. vbi calca. ꝙ hoc procedit etiam in criminalibus si vnus deponit de delicto alter de confessione delinquentis, sed dubito de Calca. dicto.

FORTIVS voluit Curtius iunior in. d. consil. clxviij. col. vij. ꝙ duo testes deponentes de duabus confessionibus factis extra iudicium absente parte diuersis tempore & loco, coniungantur vt semiplene probent, & ꝙ coniungantur cum alio teste deponente de veritate facti.

ET ꝙ testes coniungantur quando vnus deponit de veritate facti alij de confessione, tradit Baldus in consil. ccxl. donatio, lib. i. vbi ꝙ saltem fit coniunctio quoad semiplenam probationem. & quoad semiplenam probationem tradit idem Bal. in rub.

de controuer.inuestit.col.i.quem sequitur Alex.in d.consi.xxi.col.ij.lib.iiij.Ias.in reper.d.l.admonendi.col.xc.versi. alibi etiam dicit multum signanter Bald.ff.de iureiuran.& ibi Rippa. col.xxxvij.post med. Veronen.in consi.iij.col.pen.circa med. Calcan.in consi.xix.colū.iiij.ante med. Corn.in consi.cccvij.col.iiij.circa med.versi. & licet non sint contestes.lib.iij Immo Socy. in. d.l. gallus.§.ille casus.col.fi.voluit q̃ fiat probatio plusquam semiplena licet non perfecta.Sed mihi videtur q̃ fieri debeat cōiunctio quoad plenam probationem.Aut enim in totum impediri debet coniunctio aut in totum fieri debet. si enim ideo fit coniunctio istorum testium singularium,quia singularitas non est obstatiua nec diuersificatiua sed cumulatiua & adminiculatiua,quare si vnus testis solus faciens semiplenam probationem coniungitur cum alio faciente etiam semiplenam probationem induci non debet plena probatio, iuxta not.per Bar. & Docto.in.l.admonendi.ff de iureiuran.& q̃ testis deponens de confessione & alius de veritate facti coniungantur ad plenam probationem voluit nouissime Gozadi.in consi.lxxix.col.iij. vbi loquitur etiam quando vnus testis deponit de confessione absente parte quod tamen puto falsum , quia vnus testis deponens de cōfessione absente parte semiplene non probat,cum si probetur talis confessio per duos testes solum inducatur semiplena probatio,nec Bar. allegatus per eum in.l. admonendi illud dicit sed

loquitur Bar. quando confessio absente parte probatur per duos testes quo casu semiplene probat, ꝙ coniungitur talis confessio cum probatione fame que etiam facit semiplenam probationē quod vltimum etiam sequitur Areti. in consi. lxv. in presenti consultatione, in secundo dubio.

EX premissis videtur concludendum, ꝙ si sint plures testes deponentes de diuersis confessionibus factis presente parte, quod coniungantur ad plenam probationem, Idem si vnus testis deponat de confessione presente parte & duo de confessione absente parte.

SECVS videtur, quando duo testes deponerent de duabus confessionibus factis absente parte diuersis loco & tempore, quia non uidentur coniungendi, ratio quia vnaqueque probatio est omnino imperfecta Alex. in consi. clxxx, col. ij. in fi. versic. rursus posito. lib. ij. & isto casu procedat quod scribit decisio Neapoli. decis. cclxiiij quod tamen non procederet quãdo esset vnus testis deponens de cõfessione presente parte, quia tunc alij testes deponētes de confessione absente parte videntur coniungendi. Paul. de Cast. in consil. cix. visa petitione, colū. ij. circa medium, lib. ij.

SECVS etiam videtur quando quis deduceret de confessione vnica, & testes loquerentur de pluribus & diuersis cõfessionibus, quia tunc testes dicerētur singularitas singularitate diuersificatiua, & dicerentur deponere quid diuersum ab eo quod esset

capitulatũ & ſic probatio diceret. dubia & incerta. ET aduertendum circa premiſſa, ꝙ in caſibus in quibus ſoli teſtes ſingulares non probant, nec coniunguntur, illud nõ videtur procedere, quando cõcurrerent alie coniecture coadiuuantes dicta teſtiũ ſingularium, quia tunc teſtes ſingulares multũ adminiculantur Pau. de caſt. in conſil. cclxxxi. in cauſa iſta quinq;. col. pe. ante fi. li. i. ideo quando cõcurrit confeſſio preſente parte probata per vnũ teſtem, teſtes ſingulares loquẽtes de cõfeſſione abſente parte coniungũtur ad plenã probationẽ. Pau. de ca. in. d. cõſ. cix. viſa petitione. col. ij. circa med. lib. ij. & ꝙ teſtes ſingulares iuuẽtur ex alijs preſumptionibus tradit Pau. de ca. in cõſ. ccl. viſo pũcto ſupraſcripto col. ij. poſt med. ver. & licet videantur, lib. ij. Alibi ſcribit idem Pau. in cõſ. cccxlij. in cauſa fratalee. col. ij. ver. quarto dicitur. lib. ij. ꝙ ſingularitas teſtiũ non nocet quando ſuperſunt alij teſtes probantes, & dicit Corn. in conſi. cccvij. col. iiij. verſic. & licet non ſint conteſtes lib. iij. ꝙ teſtes ſingulares in coadiuuando alias probationes faciunt ſemiplenam probationẽ.

Materia iſta ſingularitatis teſtiũ ſic explicata, reuertor ad propoſitũ & ad argumẽta Iaſ. dũ allegat ineptã expreſſionẽ viciare vbi omiſſio nõ viciat, multipli

258 cãdo brocardica, nã † arguit etiã ꝙ ſi quis articulet de tẽpore & illud nõ probet, ſuccũbit licet tẽpus non eſſet de ſubſtantia, puta ſi in libello criminali apponatur dies & non probetur. de quo etiam tradit idem Iaſ. in. l. cũ virũ. in tertio no. C. de fideicõ.

SED respondeo ad istud argumentum, ꝙ ratio est, quia apponendo diem qualificatur delictum & declaratur commissum esse delictum tali die. Itaque si dies non probetur non videtur probatum delictum intentatum non probata eius qualitate. l. denunciasse. §. quid tamen, vbi Bart. ff. de adulter. Cyn in. l. ij versi. ex hoc arguit Iaco de Aret. C. de probatio. Bar in. l. diuus. col. i. ff. de re iudi. Bald. in consil. ccccxxxi. presupposito lib. v. Paul. de cast. in consi. clxviij. super primo dubio dicendum est, ꝙ cum diuersitas. libro. i. & in consil. ccv. in causa que vertitur coram locumtenente, col. i. lib. ij. Roma. in cōsi. cx. questio per totum, in consi. cxliiij. inquisitio. & in consil. clxvij. Antonius. col. ij. post med. Abb. in cōsi. lxxviij. col. fi. lib. i. Ang. in cōs. ccxvij. col. iiij. & ad fi cōsi. Socy. in consi. xxxix. col. fi. lib. primo. Calca. in consi. xv. col. ix. versic. & pro hoc facit, quia in hoc contractu. Corn. in consil. cxcvij. lib. ij. in cōsi. cxxxiiij. ad fi. & in cōsi cxcij. col. ij. ad fi. lib. iiij. Deci. in. d. l. vinum. col. pen. ff. si cer. pet. & in consi. cclvi. col. iiij. post med. versi tertio principaliter. Curtius iunior in consi. cxxiiij. col. vi. ad fi. Guido autem pape. q. cccccliij. ꝙ probatio istius qualitatis non attenditur de consuetudine patrie Delphinatus, sed hoc pertinet ad ius consuetudinarium, Que consuetudo mihi non placet in criminalibus in quibus probationes esse oportet luce meridiana clariores. l. fina. C. de probatio. nisi alias probatio delicti esset indubitata. Itaque istud argu-

mentum Ias. non militat, quia postquam qualitas deducitur in libello eius probatio dicitur necessaria, vt sciatur an factum propositum sit illudmet quod in libello deductum est, que res sciri non potest non probata qualitate facti, & Ias. in hoc videtur equiuocasse, quia nos loquimur in eo quod non est necessarium ad actum, sed probatio diei aut alterius qualitatis est necessaria postquam proposita est licet eius propositio necessaria non esset.

ITAQVE presens difficultas reducitur ad tres casus, Primus casus est, quando expressio alicuius actus non est necessaria non quod ille actus non sit necessarius, sed quia a iure presumit, & tunc expressio inepta viciat, quia per expressionem tollitur iuris presumptio, que cessat in re clara, prout quando in sententia exprimitur causa minus legitima, vel quando producuntur acta solennitatis sententie aut contractus per que apparet de veritate idest rem minus solenniter fuisse gestam, & iste est casus noster, nam quod prescriptio temporis habeat vim tituli, istud est propter presumptionem quam habet antiquitas tanti temporis, Ideo lex titulum dat qui tameu videtur titulus fictus vel potius videtur titulus a iure concessus antiquitati tanti temporis, ita quod sola antiquitas dicatur titulus legitimus si enim

159 † esset titulus fictus non admitteret probatio in contrarium contra fictionem iuris, glo. in. l. si duo. ff. de acquir. hered. & in. l. siue possidetis. C. de probat. Corn. in consi. xcix. col. i. lib. iiij.

Secundus casus est, quando aliquid non est necessarium in aliquo actu non ratione alicuius presumptionis, quia illud a iure presumatur, sed quia omnino non erat necessarium, & tunc si adhibeatur & minus solenniter, actus non uiciatur, prout quando adhibetur citatio minus legitime in facto notorio ꝙ citatio enim omnino non erat necessaria, secus in solennitate que omnino est necessaria, licet non sit necesse eam aliter probare, quando a iure presumitur, Ideo quando inepte exprimitur, actus uiciatur cum esset necessaria, & appareat minus legitime adhibitum esse.

Tertius casus est, quando aliquid ab inicio non erat necessarium exprimi, tamen si exprimatur & coniungatur cũ facto principali, illud qualificat adeo ꝙ nisi probetur illa qualitas, nõ uidetur probatum factum principale propositum, & tunc licet propositio illius qualitatis nõ esset necessaria, tamen postquam proposita est, & ex ea factum qualificatur, eius probatio uidetur necessaria.

HIS ita premissis & declaratis dico, ꝙ sumus in primo casu in quo titulus est necessarius sed non titulus expressus, sed tacitus sufficit resultans ex tempore, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium qui dicitur titulus legalis quem lex ipsa confert ex lapsu tanti tẽporis cessante titulo hominis, sed vbi producit̃ titulus hominis, cessat tunc prouisio legis quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fina. C. de pactis conuen, habetur in. l. ij. C. de

260 iure emphit. Preterea lex † voluit cōferre vim tituli antiquitati tanti temporis propter bonam fidem prescribētis que presumi videtur ex lapsu tanti temporis, Bar. & Bal. in l. fi. C. vnde vi. Innoc. in c. ij. de restitu. in integ. Abb. in consi. lxxxix. col. iij. lib. i. Sed vbi apparet de titulo vitioso & inualido, apparet de malafide prescribentis, quia titulus reprobatus non dat iustam causam prescribendi, sed ex eo fides mala arguitur prescribentis. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xi. l. fin. §. sinautem. C. com. de lega. c. dudum. i. de electio. per que iura, ita dicit Alex. in cōsil. xlvi. in vltimis verbis. lib. iij. refert & sequitur Curtius iunior in consil. lx. in fin. Addo glo. in. l. i. C. de fide instru. & iure haste fisc. lib. x. Bald. in consil. cccxlvij. quero quidam nobiles. col. i. post med. lib. i. Roma. in. l. celsus. colū. pen. versi. quarto inquātum Bar. ff. de usuca. Feli. in d. c. si diligenti. col. iij. de prescript. Ideo malafides presumitur in contrahēnte cum pupillo sine iuris solennitate. l. ij. §. si a pupillo. ff. pro emptore. idem in omni cōtrahente contra ius reg. qui cōtra iura mercatur. li. vi. pulchre Bellamera in cōsi. x. col. ix. post me. ver. secundū fundamentū. & col. xvij. post me. ver. & ratio huius est tradit Calca. in cōsil. xxv. col. iiij in fi. & in contrahente cum pupillo sine solennitate iuris, ꝙ dicatur in malafide, tradit Socyn. in consi. xxij. col. fi. lib. i Et in cōtrahente cum prelato sine iuris solennitatibus, ꝙ dicatur in malafide, tenet idem Socy. in consil. xxix. col. pen. lib. primo.

Et dicit Ias.in.§.item si quis.i.col.vij. nu.45.institu. de actio. quod vbi in contractu est necessaria autoritas superioris vel decretum iudicis, si omisso eo contractus fiat, dicitur contrahi clandestine & in malafide per tex.no.in.l.i.C.de pred curial.lib.x.vbi Barto. glo.in.l.ij.in ver.occulte.& ibi Bar.C.de his qui ex pub.ratio.mu acce.lib.x.per glo.valde not.in.c.cum inhibitio, in ver.clandestina.i.extra de clande.despon.& per glo.sing.in d.l.i in ver.malafide.C.de fide instru.& iure ha fisca lib.x.

161 SED pro † clariori intelligentia huius duodecime questionis aduertendum est, quod ista questio potest intelligi duobus modis, quando producitur titulus non a iure reprobatus sed minus legitimus, quia non interuenerint iuris solennia, & de hoc apparet & vere constat. Secundo modo, quando producitur titulus omnino reprobatus puta contractus simulatus aut funeraticius, Circa primum modum contentio est inter Doct.non mediocris an titubus minus legitimus impediat prescriptionem longissimi temporis puta triginta vel quadraginta an. de prescriptione enim longi temporis non est dubium quod eam impedit.l. nunquam.ff. de vsucapio. In prescriptione vero longissimi temporis discruciantur Doct.inter se, an error iuris illam impediat & quod impediat tenet glo.iuncto tex.in.c. apostolice.de donationi sequitur Pau.de cast.in consi.lxx. quia frustra.col.fi.& in consi.ccccxxix.in quadam informatione lib.i. Abb.in consi.xxxiiij.col.i.lib.i.

& in consi.xix.col.ij.lib.ij. Alex.in consi.lxxiij.col. fina.lib.ij.& in consi.xlvi.in secundo dubio,lib.iij. Socy.in.d.consi.xxix.colũ.vij. in secundo dubio. lib.i.Anchar.in consi.vltimo.col.pen. Sed est subscriptio Cardi.ad consilium Zilioli de canitellis inter consilia Anchar.in.d.consi.vltimo.& hanc opi. dicit communem, Fely.in.c.de quarta. colũ.viij.de prescriptio.quem refert & sequitur Curtius iunior in consi.vltimo.col.iij.in fi.Eandem opi.tenet Bellamera in consi.vij.col.pen.versi. quarta etiam solutio.& in consi.x.col.ix.post med. versi.secũdum fundamentum est,& pro ea Fely.in.d.c.de quarta. col.xi.dicit se põderare tex.in.c.dudum.de decim. sed similis videtur tex.in.c.cura.de iure patro.

Contrariam opi. ꝙ immo error iuris non impediat prescriptionem longissimi temporis,tenet Roma. in consil.cxxiij.circa primum dubium. colũ.iij.per glo.in.d.c.de quarta.Paul.de Cast. sibi contrarius in consi.ccccvi.satisfaciendo,col.iij.post med.in septimo dubio.lib.i.in consi.iij.in causa que vertitur coram domino Vicario potestatis Pergami,ad fi. in cõsi.xliiij.circa presentem casum notandum. col. ij.circa fi.& in consi. lxxxi. in causa que vertitur inter reuerendum patrem col.iiij.ad fi.lib.ij.allegat Barto.in.d.l.celsus:col.iij.in fi.versic.dic ergo vbi, ꝙ bona fides presumitur si precedat titulus verus vel putatiuus etiam errore iniusto, allegat etiam Cy.in.l.venditioni.C.de vsucapio. pro emptore. Idem tenet Bal.in consi.ccxxi.primo queritur vtrũ

in concessione ad fi.lib.i & in cõsi.cccccxi.quidam prelatus.in fi.lib.v.allegat no.in.c. uolumus.xvi.q. iiij.Idem uidetur velle Abb. in consi.xxxvij.in tertio dubio.lib.i.dum allegat.c.cum dilectus.de consuetu.Idem sentit Calca.in consil.lxviij.col.ij. in fi. Idem sentit Rota decis.cccx. nota ꝙ ex minus in antiq.Idem tenet Calderi.in cõsi.ij.col.ij.circa med. versic.& si vis, ꝙ necessarius in titu.de.constitutio. Idem tenet Guido pape.quest.clix. vbi ꝙ alienatio prelati sine consensu capituli prestat iustam causam prescribendi, per text.in.c.cura de iure patro. Sed ultra Guido.pape, allego ad hoc Frederi. de Senis in consil.ccxlvij. uersicu. item in remissione. Et hanc opinio. dicit communem Alexandrinus licet tot patres non referat in consilio .lxxv. columna secunda ad fin. & in consilio. cliiij. ad fin.
162 Eandem † opinio.tenet Rippa in.l.prima.colu. tertia.circa medium.ff. quorum bono. vbi ꝙ spurius prescribit hereditatem paternam spacio triginta annorum, licet erret in iure credens se capacem cum non sit post Bald. in .l. nullo .C. de rei vendi.de quo dixi in consilio. clxvi. numero . 13. & quod error iuris non impediat prescriptionem longissimi temporis tenet Imola in dicta. l. nunquam.ff.de vsucapio. quem refert & sequitur Socyn. in consilio. xxxiij. columna tertia post medium versiculo secundo respondetur.libr.iiij.Eandem opin. tenet alij Docto. relati per Fely.in.d.c. de quarta.col.xi.in tertia limitatione.

QVID tenendum si respicimus ad numerum autoritatum pro & contra adductarũ, scientia hec legalis magis in opinione hominum q̃ in ratione uidetur cõsistere miror, q hodie sic leuiter sequamur opi. ex numero Doct. maxime cõsulendo plerique enim eris cupiditate adducti secuti sunt opin. quas aut malas notas habebãt & impugnassent cessante pecunie libidine aut quia animi torpore aut segnicie capti, non aliter eas degustare cure fuit, Ego scribam quid sentiam distinguendo aliquos casus. Primus casus est, quando prescriptio habet in se naturalem equitatem, & tunc error iuris nõ noceat, puta si quis prescribat relicta sibi in testamẽto minus solenni, & ita hoc casu tenet Bald. in consi. clxxix. quando sapiens in fi. lib. iiij. & iste casus potest extendi ad multa exempla quid enim si quis idiota aut iuris rudis contraxit minus solenniter cum prelato, tamen re uera ille cõtractus factus est ad commodum ecclesie, adeo q etiam interuenientibus solennitatibus aliter geri non potuisset res, certe isto casu prescriptio uidetur in se habere naturalem equitatem. Idem in contractu cum minore & alijs id genus. & isto casu uidetur cessare fundamentum, q presumitur malafides in eo qui mercatur cõtra iura quia illud non uidetur procedere in eo qui in ueritate contrahit bonafide precium iustum soluit, qui videt illud conuerti ad vtilitatem ecclesie vel minoris adeo quod conditio ecclesie vel minoris potius efficitur melior quam deterior, & pro-

pterea quia rem agi videt ad ecclesie aut minoris vtilitatem, de vlteriori solēnitate non curat, Et ista intelligo etiam, ꝙ prescribens non tractet de damno, quia ecclesia vel minor velit restituere precium possessori.

SEcundus casus est, quando prescribens tractat de damno vitando & ecclesia vel minor de lucro, & tunc error iuris non videtur nocere prescribenti. l. iuris. ij in fi. & l. error. C. de iuris & facti ignor. facit text. in l. qui testamento in fi. ff. de excusa. tuto. vbi error sententie inualide que putabatur valere, excusat a damno, Et sine dubio uidetur procedere iste casus in personis in quibus magis toleratur error iuris, quando agitur de uitando damno vt in minore, muliere, milite & rustico, per ea que habentur per Moder. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. & in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. In iurisconsulto enim contrahente contra formam iuris aliud uidetur dicendum.

163 Tertius casus † est quando vltra omissionem solennitatis reperitur lesio in ecclesia vel minore, & isto casu uidetur procedere quod scribit Ias. in d. §. item si quis i. col. vij. instit. de actio. ꝙ talis contractus sine solennitate iuris uidetur factus clandestine & sic per dolum & malamfidem non enim curauit contrahens de iuris solennitatibus, quia intendebat locupletari cum damno Ecclesie vel minoris, & considerabat id fieri non posse si adhibita essent solennia.

Qnartus

164 QVartus † casus est & hic declaratur. secundus modus intelligēdi hanc duodecimam, q. quando fuit error iuris omnino ꝓhibitorij & ex quo resultat actus reprobatio simplex & absoluta adeo ꝙ iste error iuris videtur in se habere implicitum errorem iuris quodammodo naturalis puta quando quis facit contractum simulatum & feneraticium & isto casu sine dubio argui videtur dolus & malafides contrahentis adeo ꝙ uirtute talis tituli non videtur in eternum prescribi posse durante malafide & de tali titulo sic reprobato ꝙ ex eo prescribi non possit, late tradit Barba. inter consilia calca. in consil. xxviij. & sub isto casu videtur comprehendi dispositio text. in. d. c. dudum de decimis quem Fely. dicit se pōderare in. d. c. de quarta col. xi. nam ibi titulus habitus a laico super decimis videtur omnino reprobatus etiam iure quodammodo naturali cui enim etiam rustico dubium esse potest ꝙ potestas spiritualium ad laicos non pertinet, similiter sub hoc quarto casu videtur comprehendi dispositio. d. c. cura de iure patro. que ratio videtur cessare quando titulus omnino & simpliciter non reprobatur sed solum prohibetur nisi adhibeatur certa solennitas puta in prelato ecclesie qui solum prohibetur alienare de bonis ecclesie non seruatis solennitatibus iuris talis enim prohibitio sic qualificata non est eque odiosa ac prohibitio simplex & precisa, & ne videar mihi ascribere istam distinctionem in terminis casus nostri tradit Cal-

deri.in cõsi.iiij.in titu.de prescriptio.& in consi. ix. in titu.de rebus eccles.nõ alie.Est verum ꝙ in.d.cõ. ix. considerat Calderi.prohibitionem simplicẽ qñ res ecclesie alienatur in laicũ sed certe illa non videtur omnimoda & simplex ꝓhibitio sed qualificata nisi interueniant solẽnia iuris & isto casu potest considerari equitas naturalis ex parte accipientis ab ecclesia si secundum veritatem nihil factum sit ad preiudicium ecclesie cum locupletatione accipiẽtis.
Ex premissis abũde eque & utiliter ꝫbsolutam habes hanc duodecimã.q an antiquitas tp̄is uim tituli ha
165 beat qñ titulus producit̃ q vitiosus sit & in † casibus in quibus dictũ est antiquitatẽ tp̄is cuius inicij memoria nõ extat in cõtrariũ,nihil prodesse qñ apparet de uitio tituli ꝓducti,nõ obstat secundũ argumentũ supra factũ ꝙ talis antiquitas habet presumptionem iuris & de iure pro se, quia rñdeo tribus modis,Primo ꝙ cõtra talẽ p̃sumptionẽ admittitur ꝓbatio in contrariũ,p cõfessionẽ partis ut habet̃ in auctẽn.sed iam necesse.C.de dona. ante nup. & in l.fi.ff.q̃d metus cau.sed qñ producit̃ titulus prescribentis vel eius autoris,satis vr̃ apparere de eius cõfessione p scripturã que semper loquit̃. ¶ Secundo rñdeo ꝙ lex contulit vim tituli tali antiquitati tp̄is qñ cessat prouisio hominis,sed quando apparet de expressa ꝓuisione hominis cessat tunc legis ꝓuisio. ¶ Tertio rñdeo ꝙ lex prebet efficaciam tituli tali antiquitati tp̄is et prescriptionẽ tam antique p̃suppositis alijs habilibus ad prescriptionem puta ꝙ

prescribens sit capax iuris qd prescribitur, q sit in bonafide qa quotiens de aliquo disputat. presupponuntur omnia habilia aliunde .l. qui testamento in prin. ff. de testa. c. i. de etate & quali. sed quando apparet de titulo vitioso & reprobato, cessat bona fides & fides mala apertissime arguitur que prescriptionem in eternum impedit ut inferius dicemus & sic fateor q contra talem presumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrariũ quominus prescriptio tanti temporis vim tituli habeat dummodo prescribens sit in bonafide.

266 QVarto † respondeo q contra presumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium per indirectum glo. sing. & cõmuniter approbata in clem. i. de proba. quam glo. pro multũ no. refert & sequitur Socy. in consi. ccxlij. colũ. ij. in fi. versi. quoniam ad hoc videbatur posse responderi lib. ij. illam etiam glo. dicit singularem & communiter approbatam idem Socy. in consil cxci. colũ. ij. in fi. versi. que ratio cessat libr ij. modo licet directo non admittatur quis ad probandum antiquitatem tanti temporis vim tituli non habere, admittetur tamen per indirectum dicendo ego non dico quin antiquitas tanti temporis uim tituli habeat sed dico q talis titulus hic non nocet quia prescribens fuit in malafide ad cuius malefidei probationem produco titulum hunc expressum per quem apparet contractum fuisse contra expressam iuris prohibitionem & contra ius quodammodo naturale.

267 HANC tamen † duodecimam.q. & dicta in ea intelligo quando quis ignoranter quid soluisset ex titulo inualido secus si scienter sciens ipsum titulum esse inualidum quia tunc censetur approbatus talis titulus quando expresse approbatio fieri posset per ea que habentur in .l.si certis annis.C. de pactis & in.l.i.C.de fideicom.vbi late habetur an prestatio subsecuta confirmet titulum inualidum an autem presupposita scientia facti idest tituli,possit quis allegare ignorantiam iuris circa eius inualiditatem vbi agitur de vitando damno, habetur in locis ordinariis.

268 Decimo tertio † quero an in prescriptione temporis cuius inicii memoria non extat in contrariū, noceat malafides prescribentis, videret dicendum ꝙ non & ꝙ immo allegari non possit malafides post.xxx.annos quia ex cursu .xxx.annorum videtur purgari presumptio malafidei Barto. in.l.fi. in fi.C.vnde vi cum sim.vt Deci. tradit in consil. cclxvii.colū.iii.post med. & in consil. cclxxii. col. v.circa med.Iaso.in.§.sed iste col.xix.nume.c. insti. de actio. & in consil. lvii. colum.fi. in consi. lxxii. colum.ii.post med.libr.i.& in consil.ccix. colū. ii. circa fi.libr.ii.Curtius iunior in consil. lii. colū. iiii. Addo Paul.de castr. in consil.clxix. viso quodam processu agitato forliuii colum .ii.lib.i. vbi ꝙ post lapsum longissimi temporis malafides allegari non potest,similiter Corn.in consi.xcvi.colum.fi. libr. iiii.voluit bonamfidem simpliciter presumi ex la-

psu temporis longissimi. Et in terminis q malafides non noceat in prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium, tradit Dec. in.l.traditionibus colum.iij. circa med. C. de pactis in consi.ccccxcvi. colum.ij. circa med. & in consil. ccccccxxxviij. colum.i. in fi. allegat Salyce. in.l.ij. colum. fi. C. de seruitu. idem tenet Ioan. Zenobius de Vbaldis inter consilia Bald. in consil. ccclxx. verba rescripti circa fi. versi. non obstant ea que dicuntur libr. iij. & nouissime. Boerius decis. xxxix. numer. vij. vbi simpliciter refert & sequitur Saly. in.d.l.ij.C. de seruitu.

SED contrarium q immo noceat malafides in tali prescriptione tenet glo. in c.i. in glo. pen. in versi. nisi de prescriptio. lib. vi. & ibi Francus colũ. fi. quam glos. refert & sequitur decisio Neapoli. decisione ccclxviij. colum. iiij. versi. & ideo voluit. Idem tenet Ange. de Aretti. in. §. si furtiue circa prin. instit. de vsucapio. vbi q de iure canonico possessor malefidei non prescribit in eternum. idem vult Abb. in c. fi. in primo nota. de constitutio. vbi requirit bonã fidem ut quis prescribat contra septimam potestatem imperatoris & tamen tali potestati non prescribitur nisi per tempus antiquissimum cuius inicij memoria non extat in contrarium vt habetur in.l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. Immo plerique volunt talem potestatem supremam non esse prescriptibilem. Idem vult domini. in .c. sacrosancta xxij. di. quem refert & sequitur Fely. in c. cum no-

bis colum.i.de prescriptio.inferens ꝙ greci nõ potuerunt prescribere contra superioritatem romane ecclesie ratione cuiuscunq; temporis propter malam fidem. Eandem opi.tenet Bertachi.in .iij. parte sui reperto.in verbo prescriptio quomodo causatur versi. si, orlandus de curte inter consilia calca. in consil.vi.colum.pen.post med. vbi ꝙ malafides opponi potest vsq; ad.xxx.annos & milia milliũ. idem tenet Bartholomeus de vulpis de Socino in ter consilia eiusdem calca.in consi.liij.colum.ij. ante med.Ias.in consil.xxiiij.colũ.pen.ante med.libr. iij. ponderando ꝙ in precedentibus locutus fuerat Iaso.de prescriptione temporis; cuius inicij memoria non extat in contrarium.& tamen in.d.colum. pen.vult ꝙ noceat malafides. Eandem opin.tenet Alexãdrinus in cõ.xiij.col.iiij. in fi. Idẽ ego tenui
69 in consi.cxlvi.& ibi † respondi ad dictum Bart. in.d.l.fi.C.vnde vi ꝙ procedit de iure ciuili, secus de iure canonico cui standũ est in hac materia malefidei ut habetur in reg. possessor malefidei libr. vi.tradit roma.in consi.cclxxv. ante fi. Alexan. in consi.clxxxv.colum.ix.in fi.versi.& predicta sunt seruanda libr.ij.in consil.li.colum.ij.in fi.libr.v. decisio Neapoli.decis.xiij.colũ iij.versi.& si diceretur mihi. Decius in consi. cxliiij. colum.iij. circa med. versicu. preterea iste.

ED ista responsio non videt̃ satisfacere quia Bart. non dicit ꝙ post.xxx.annos possit quis prescribere cum malafide, quia si hoc diceret, male loque-

retur attenta dispositione iuris canonici, cui vt dixi, standũ est sed dicit Barto. ꝙ presumptio malefidei precedens tollitur per cursum.xxx. annorum, vult ergo Barto. secus esse in malefide vera, nõ presumpta quia vera malafides nunq̃ tollitur neq̃ purgatur per aliquem temporis lapsum puta quando ex instrumẽto vel testibus apparet ꝙ scienter quis emit rem alienam prout in casu in quo consului in d. consil. cxlvi. vbi vnus fratrum vendiderat rem communem suo & fratris sui absentis nomine & sic vere apparebat ꝙ emptor sciebat rem ad alium fratrem pertinere pro rata. & ꝙ dictum Bart. non procedat vbi uere constaret de malafide aliter q̃ per presumptionem tenet Areti. in d. consil. cliij. cõsultatio in fi. additio ad Barto. in d. l. fi. C. vnde vi. & profecto si videantur doct. tenentes opi. Barto. omnes loquuntur in malafide presumpta excepto decio in d. consil. cclxvij & in d. consil. cclxxij. vbi loquitur quando constat de malafide, precedenti, sed vel dictum decij debet intelligi secundum dictum Barto. quem allegat quando constat per presumptionem tantum, vel si aliter intellexit, male locutus est ad salutis perniciem. Eque dum Paul. de castr. in d. consil. clxix. colum. ij. libr. i. voluit malamfidem allegari non posse post. xxx. annos, debet intelligi de malafide presumpta non vera. &
170 istud † est quod doct. dicunt presumi bonamfidem ex temporis diuturnitate Innoc. in capitulo secundo de in integrum restitutio. Abbas &

feſſio mutui facti per ſempronium non videtur facta incidenter propter aliud Immo principaliter propter ſe ut frater reſtitutionẽ conſequeretur ab altero fratre propter dictum mutuum & ſine quo mutuo talis reſtitutio facta non eſſet. Eadem Reſpõſio videtur accommodari ad dictum Bar. in. d. con. cxxiij vel dici poteſt ꝙ licet ſint verba enunciatiua propter aliud, tamen denotant cauſam finalem actus in quo prolata ſunt arg. l. emptor. §. fina. ff. de rei. Vendi.

¶ Quid tenẽdum ego puto ꝙ talia verba enunciatiua incidenter commiſſa propter aliud inducant preſumptionem quoad tertium abſentem cui preſumptioni ſtandum ſit donec probetur contrarium, nã ſi eſſent verba enunciatiua commiſſa principaliter propter ſe, non eſt dubium ꝙ facerent ſemiplenam
50 probationem in fauorem tertij abſentis quia † cõfeſſio extraiudicialis facta abſente parte inducit ſemiplenam probationem vt per Bar. & doc. communiter in d l. admonendi roma in con. ccclxxiij. in caſu propoſito in ſecundo dubio corn. in conſi. cclxi. colum. i. lib. iij. ergo ſi incidenter & propter aliud fiat confeſſio, ſaltem inducere debet preſumptionem.

SEcundo nos videmus ꝙ verba enunciatiua, commiſſa propter aliud, plene probant quoad tertiũ quãdo ſunt geminata Bart. in. l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xi Pau. de caſt. in. d. l. ex hac ſcriptura & in conſi. xcij. ꝙ prefata ſententia colum. ij. lib. ij.

abb.in.cap.si cautio in fin.de fide instrum. alex. in consil.cxc.colum.vi.libr.vi.Soci.in consi.lxv.colũ. fin.libr.i. & in consil. ccxxviij. columna.iij. libr.ij. corn. in consi.dlxxxvij. colum.iij libr. iiij. deci. in consil. clij.colum. fin. & alibi sepe doct. ergo talia verba semel tantum prolata deberent inducere semiplenam probationem nam sicut duo testes regulariter probant plene ita vnus testis probat semiplene ita arguunt Bartol.& doct. in .d.l. admonendi, pariter dicamus quod sicut duplex confessio incidenter facta propter aliud, probat plene, Ita vna & simplex probare debet semiplene. aut saltem inducere debent presumptionem.

Tertio nemo presumitur dicere quod mente non cogitauerit l.labeo.§.idem tubero .ff. de suppellec.lega. Itaque licet talia verba enunciatiua incidenter prolata fuerint, tamen non est verisimile quod cõtra veritatem ita fuerint enunciata, ergo illis videtur standum donec probetur contrarium. ¶ Et si dicatur hoc modo nulla videbitur differentia inter verba enunciatiua commissa principaliter propter se & enunciata incidenter propter aliud quia etiam enunciatis propter se non statur nisi donec probe-
51 tur contrarium. Respondeo † magnam esse differentiã respectu modi probãdi cõtrarium quia si solum inducant presumptionem, illa tolli poterit per aliã presumptionem fortiorem .l. diuus.ff.de restitu. in integrum .l. non solum.ff. de ritu nuptia .l.cum de etate.ff.de proba .l. mater vbi ange. & Sali.C. de

calumnia.l.i.in fi.C.qui & aduer. quos .l. si hi qui. C.de adult.cap.transmisse qui filij sint legiti. & capit.accedens de falsis si autem inducerent probationem, alia & fortiori probatione opus esset quia probatio potentior confundit minus potentem .l. ob carmen.§. si testes ff. de testi. Socin. in consilio cclxvi.columna.xix.& in consilio. cclxx. columna secunda libr. secundo & duorum aduersariorum plenior & certio probatio preualet & ille vincit qui melius intentionem suam fundat Bald. in consilio .cccxc. tam profunde columna prima libr. secundo per text.in l. fin. C. de edicto diui adria. tollen . Constat autem difficilius esse probationes plenas prestare & facere quam presumptiones inducere.

QVarto in terminis quod talia verba enunciatiua emissa incidenter propter aliud faciant adminiculum & presumptionem etiam respectu tertij,adduco Bal.in cap.series columna prima de testibus. Tertius voluit Ias.in d.l.Iurisgentium .§. quod fere columna secunda versi.limita predicta omnia.ff.de pactis quod inducatur plena probatio contra sic confitentem aut enunciantem per dictum Bald. in d.c series,Sed certe Bald.ibi solum loquitur respectu adminiculi,allegat etiam roma.in d.consi. lxiij. sed certe roma.se fundat per .d.l. ne satisdatio .ff. rem ratam hab.que loquitur in iudicio. ¶ Et tenendo hanc opi.quam puto veriorem,non obstant allegata supra in contrariũ.& primo nõ ob. ꝙ etiam

inter ipsos contrahentes talia verba enunciatiua cõ
missa propter aliud non probant plene sed pre-
sumptionem tantum inducunt, ergo quoad ter-
tium absentem nihil videntur probare etiam pre-
sumptiue, quia dico ꝙ immo inter ipsos contra-
hentes presentes plene probant nisi doceatur de cõ
trario perveras ac plenas probationes ita ꝙ confes
sio prius facta probetur erronea & ita loquuntur
doc. in hac materia & licet Barto.in.d.l.ex hac scri
ptura colu.fi. locutus fuerit alternatiue ꝙ inducunt
probationem seu presumptionem, illud fecit pro-
pterea ꝙ admittebatur probatio in contrarium ad
docendum de errore ipsius confessionis.
52 NON ob.† dictum Ias.in.d.consi.xxxvi.lib. iij.
Vbi ꝙ non nocet talis confessio etiam stante iura
mento quia Ias.male loquitur, Et primo allegauit
Bart.& doc.loquentes contra ipsum Ias. nec aliter
respondet ad eorum iura & rationes sed per gene-
ralia quedam nititur euadere vtitur enim fundamẽ
to debili ꝙ sicut confessio iurata tertio absenti non
nocet, ita nec prodesse debet vt contrariorũ eadem
sit disciplina, Sed illa regula non procedit vbi est
diuersa ratio ipsorum contrariorum .l. si quis ne-
gocia.ff.de nego.ge.glos.in clemen .fi. de appella.
Bar.in.l.inter stipulantem.§.sacrã.ff. de verb. obli.
Ias.in consi.cxxxvi.colum.vij.lib.iiij.Sed hic diffe-
rentia est manifesta inter prodesse & nocere Ideo
enim nocere non potest tertio confessio quia factũ
vnius alij preiudicare non potest.l.si quis in suo.§.
legis.

legis.C.de inoffi.testa l.non debet ff.de regu. iuris reg.non debet eo.titu.libr. vi. sed sibi ipsi confitenti preiudicare quis potest,potest enim quis confiteri ad sui preiudicium in his super quibus libere potest disponere & statur eius confessioni in sui preiudicium & ad commodum alterius.l.si forte.ff.de castren pecul.l.si donatione C.de colla . arguendo ab oppositis & attenta ratione Iaso. sequeretur q etiam confessio facta absente parte semiplene non probaret cuius contrarium firmat ipse Iaso. in .d.l. admonendi & dictum est supra.

53 NON ob.† argumentum Ias. q iuramentum & sententia equiparantur sed sententia inter alios lata aliis non preiudicat , ergo nec confessio iurata quia dico q non equiparantur sententia & iuramentum respectu maioris preiudicii quia iudex non intendit per eius sententiam preiudicare tertio seu quoad tertios non vocatos nec si vellet preiudicare,id facere posset sed confitens in re sua est moderator et arbiter & sibi preiudicare potest in his que a potestate eius dependent & plus possunt priuati in rebus suis ad sibi preiudicandum quam iudex in rebus alienis . Immo maiorem potestatem habent priuati in rebus suis quam princeps nam transactio tolli potest de communi consensu partium.l. si diuersa.C.de transact.facit .l.fin.C. de pactis & tamen per rescriptum principis transactio tolli non potest.l.causas vel lites.C.de transact. Similiter partes possunt renunciare exceptioni peremptorie ex-

presse vel tacite eam non opponendo.l.peremptorias.C.senten rescin.non posse, & tamen tolli non potest exceptio peremptoria per rescriptum principis quia esset tollere defensionem.ca.ex parte. vi. de foro compe.ubi ante & alij, Preterea in confessione adest consensus cõfitentis sententia autem fertur contra inuitum.d.l.inter stipulantem §.stichum ff.de verb.obli.non est igitur bona consequentia sententia non prodest tertio, ergo nec confessio. Amplius retorqueo fundamentum Ias.contra eũ, nam tex.in.l.ij.ff.de iureiuran. dicit ꝙ iuramentum habet maiorem autoritatem ꝙ̃ res iudicata, ergo nõ ualet argumentum Ias. de minori ad maius negatiue sententia que est minoris autoritatis & potestatis non preiudicat ergo nec confessio iurata.

54 NON ob.†Tex.in.l.iij.§.pẽ.ff. de iureiur.vbi ꝙ iuramentum unius alteri neqꝫ nocet neque prodest qui loquitur tex.in iuramento unius tertij quod nõ prodest nec nocet contra alium tertium, sed contra ipsum iurantem bene prodest & nocet in preiudicium ipsius iurantis. Aliter etiam responderi potest ꝙ iuramentum unius alteri non prodest de iure ciuili secus de iure canonico quo iure supplet iuramentum presentiam partis glos.in capit.quotiens cordis oculus.i.q.vij.cum simil.vt Alexã. tradit in consi.xxxi.colum.pen.& in consi.clxxxv. colum. secunda post med. libr. vi. & in confessione iurata tradit Corn.in consil.cxiij.colum.iij.lib.primo.addo Oldr. in consil. ccxci.he sunt rationes colum. ij.

Bald. in consil. cccxliiij in causa domini Ludouici.lib.iiij.& constat quod stamus iuri canonico ubi agitur de obseruatione iuramenti capit. fin. de foro compe.libr vi.

NON.ob.decisio Io.and.in addi. Specu. in titu. de obli.& solu.§.si versi.sed & indebitum in addi.incip.ordine quo supra &c vbi si quis facta diuisione cũ fratribus de bonis paternis communibus vt posset cõtrahere matrimonium cũ aliqua puella negauit cũ iuramento se esse filium illius cuius hereditatem diuiserat,ob talem confessionem iuratam nõ poterũt fratres repetere ab eo portionem illi obuẽtam per cõditionẽ indebiti quia est res inter alios acta. Quia respõdeo ꝙ diuersa ratio reformat pactum.l.interpositas.C.de transactio.nam in casu Io. andr.illi fratres habuerant ipsum diuidentem pro fratre & eum vt talem confessi fuerant & verbis & facto diuidendo hereditatem tanq̃ cum fratre. Ideo non poterant etiam ipsi agendo venire contra pro

55 priam confessionem. ¶ Secundo respondeo ✝ ꝙ ibi illa negatio iurata contrahentis matrimonium non fuit spontanea & libera sed vi ac feruore amoris exterta cum aliter libidinem explere non posset que ratio assignatur etiam ibi per Ioan. adr. est autem amor tortura quedam intrinseca, ob id dicitur quod amoris furore nihil est vehementius.§.illud quoque in auctenti. quibus modis natu. effi ciun. singu. glos. in l. vnica in verbo capta .C. de senatusconsult. claud. tollend. & in .§. primo

in verbo baccata insti. de succes. subla. & dicit tex. in l. ij. §. inicium ff. de origi. iuris ꝙ cap us amore virginis omne phas atque nephas committeret & ibi dicit Bal. ꝙ amor puellarum peruertit sensum hinc videmus ꝙ peccans per talem amoris furorem mitius puniri debet puta si quis amoris furore inuocat demones vt venere expectata potiri valeat, nã vt hereticus puniri non debet licet grauiter in eum sit animaduertendum Oldr. in consi. ccx. regularis colum. i. in fin. non intelligo tamen ꝙ talis confessio ob causam amoris sic dicatur coacta vt contractus rescindantur quia vt dixi est tortura intrinseca que non apparet & voluissem ꝙ Ias. in. d. consi. xxxvi. respondisset ad argumenta contraria non etiam multiplicasset inconuenientia cumulando cõtraria contrarijs & nescio qua conscientia vnus doctor posset consulere ꝙ possit quis uenire contra confessionem per eum iuratam non probato errore ipsius confessionis qui error erat euidens in casu illo. Io. and. per confessionem aliorum fratrum qui confessi fuerant & verbis & facto alterum esse eorum fratrem diuidendo paternas facultates cum eo ut tali. ¶ Tertio respondeo ad illud consi. Ias. xxxvi. ꝙ non est curandum de autoritate Ias. quia fuit sibi contrarius & contrarium tenuit in. d. l. ex his colum. ij. in sexta limitatione. C. de testam. mili. & in consi. xci. colum. iij. post med. lib. iij. vbi uoluit ꝙ uerba enunciatiua iurata emissa incidenter propter aliud ; plene probant & † reperio ꝙ doct.

56

legendo magis nituntur ueritati quam consulendo quia in lectura cessat effectio & cupiditas eris cuius libido hem quot mortalium animas ad inferos protrahit in qua ipsa re minus excusationis habent viri doctores qui seculi huius bona caduca esse non ignorant & ꝙ alius nobis thesaurus apud superos querendus sit.

EX premissis habetur conclusio ꝙ verba enunciatiua incidenter prolata propter aliud sa'tem inducũt presumptionẽ in fauorem tertij absentis que onus probandi transferat in aduersarium. Que conclusio maxime procedit quando talia verba significãt causam finalem eius de quo agitur & habito respectu ad qualitatem personarum quas verisimile nõ est mentiri voluisse Bald. in consi. cccx an patronatus libr. v. Limitarem tamen istam conclusionem non procedre quando talia verba emissa essent ab eo qui de ueritate facti incidenter enunciati verisimiliter noticiam non haberet ex eo quod Fely. scribit in. d. c. per tuas colum. iiij. versi. secundo restringitur ista fallentia de proba. vbi ꝙ confessio filiationis incidenter & propter aliud facta non inducit presumptionum aut effectum quasi possessionis in filio quominus teneatur probare se filium, quando emissa est confessio ab eo non quo verisimilis cadit ignorantia.

SEcundo limitarem quando emanasset confessio incidens & propter aliud super aliquo facto non conuenienti tali confessioni, quia tunc ex ea non

induceretur etiam presumptio ex eo quod scribit Ias. in consi. cij. colũ. ij libr. iiij vbi quando quis nominatur filius incidẽter in actu indifferẽti qui etiam non filio conuenire potest, puta si dicatur fili mi veni huc, vade illuc, fac sic &c. talia verba non inducũt presumptionem pro filio Vt aduersarius teneatur probare nec constituitur quis in quasi possessione filiationis secus quando talia verba enũciantur in actu qui non solet conuenire nisi filio puta si dicatur bene veneris fili mi volo quod tractes negocia mea allegat Pau. de castr. in. d. l. nõ modis. C. de probatio. gemi. in. d. cap. si papa in prin. anchar. in. d clem. fi. de sentẽ. excom Si enim proferãtur aliqua verba enũciatiua incidenter nõ cõferentia aut conuenientia ad actum, apparet ꝙ sine ministerio & solennitate ac animi deliberatione prolata sunt ob id operari non debent, & multum confirmatur ista limitatio ex dicto Bald. in. d. consi. cccx. libr. v. ubi ꝙ talia verba faciũt magnum adminiculum quando significant causam finalem eius de quo agitur ergo secus si causam finalem non significent Confirmatur ista limitatio ex dicto sali. in. d. l. non epistolis. C de probatio. quod refert et sequitur Alexandr in consil. clxxxi. colum. i. versicul. hoc plenius libr. vij.

17 ¶ IN fertur † etiam ex premissis ad intellectum dicti Anto. de Butr. in. d. c. illud de presumptio. vbi voluit ꝙ verba enunciatiua emissa incidenter propter aliud solum probant ea que sunt de substan-

tiā actus & tendūt ad eius validitatem ut actus ille valeat, secus si principaliter postea contingat dispu tari de veritate ipsius enunciati quia tunc non preiudicant, exemplum in.d.l.optimam .C. de contra. & com. stipula. nam regulariter alter alteri stipulari nō potest, hoc fallit in seruo qui potest stipulari domino, pone ꝙ titius stipuletur. Sempronio tāq̄ eius seruus dicēdo titius seruus. Sempronij, ista verba enunciatiua probabunt quoad hoc vt stipulatio valēat, sed si postea contingat principaliter disputari de dominio serui cuius sit etiam inter promissorem & Sempronium, Talia verba nō preiudicant etiam inter easdem personas aut partes.

98 Idem ✝ voluit Bald. in .l. ad probationem colū. ij. C. locati vbi si ego conduco a te talem domum tanquàm tuam ista verba bene probant dominium tuum quantum ad validitatem conductionis, sed si contingat postea disputari principaliter de dominio ipsius domus inter te & me, Illa confessio incidenter facta & propter aliud non preiudicat & presumitur facta per errorem. Ad idem adduco Bald. in .l. fina. circa fin. C. si a non compet. iudic. vbi si dicatur titius de papia promissit, ista verba bene probant quod titius sit de papia quoad hoc vt papie posset conueniri, secus si postea principaliter disputetur de hoc an sit papiensis vel non, & istud dictum quod verba enunciatiua emissa propter aliud non probent etiam inter easdem partes quando postea

disputatur principaliter de ueritate enunciati sequitur Alex in consi.cxxxvi. Viso & examinato processu colum.pen.post med.libr.i.in consi. ccij. lib.ij. & in consi.lxix colum iiij.versi. ad idem quod notat Bald. libr.v. mathessilanus nu.lxxix. Corn. in consi.cclxix.colum.ij post med.versi. quinimo & verba libr.iij deci in.l.ij.colum.fin.in aucten.si quis in aliquo documento colum.pen.C.de eden.in. ca. per tuas colum.pen.in.c. cum causam colum. pen. in quinta fallentia de probatio.in con. cxviij.colũ. ij.in.consi.clxxviij.colum.fin.in consi. ccxiij. colũ. fin.in consi.cccx.colum.ij.in fi.versi.nec ob. ꝙ post interrogationem in consi.cccxliij. circa princ. con. cccxlviij colum.fin.& in consi.ccclx.colum.iij. circa med.Ias in.d l. iurisgentium.§. quod fere colum. ij.ff.de pactis in.d aucten.si quis in aliquo documẽto colum.fin.in.d.l.ex his verbis colum.ij. in septima limitatione.C.de testam.militis.in consi.lxxxi. colum.i.in fin.lib.i.in consi.xxiiij.colum pen.in cõsil.xxxvi colum.iij libr.iij.& in consil cij.colum .ij. post med.libr.iiij.vbi etiam allegat Felyn.in.d.cap. per tuas colum.iiij.versicu.secundo restringitur ista fallentia de probatio.Idem tenet Curtius iunior in consil. xcv.colum.ij.Nam circa istud dictum doct. nimium leuiter videntur trãsire,Dubitari enim probabiliter potest an saltem talia verba enunciatiua incidenter emissa propter aliud , inducant presumptionem inter easdem partes quando principaliter contingit disputari de ipso enunciato, in qua re mi-

hi quidem uidetur concludendum ſine dubio ꝙ ſic et ꝙ iſtud clare probatur ex proxime dictis, ſi enim talia verba inducunt preſumptionem quoad tertium abſentem vt ſupra probauimus, Quanto magis talem preſumptionem inducere debent ſi in fauorem partis preſentis.

59 S Ecundo † dico ꝙ iſtud videtur ſentire Bald. in d. l ad probationem C. locati dum dicit ꝙ ſi ego conduxi a te talem rem tanquam tuam, ſi poſtea contingit principaliter diſputari de dominio, non preiudicat illa confeſſio ſed preſumitur error. l. cum falſa. C. de iuris & facti ignor. error. enim non preſumitur niſi probetur in confeſſione, Ideo allegans confeſſionem erroneam tenetur probare Barto. in l. non fatetur. ff. de confeſ. habetur in. l. ſi poſt diuiſionẽ & in. l. error. C. de iuris & facti ignor. Corn. in con. cel. colum. fin. libr. iiij preſupponit ergo Bal. dum allegat errorem ꝙ probatus ſit error, & ſi dicas ſi error eſſet probatus, non preſumeretur quia ceſſat preſumptio in re clara & probata. l. cõtinuus §. cum ita ff. de verbo. obliga. Reſpondeo ꝙ Bald. intelligit ꝙ preſumatur error in illa confeſſione incidenti ꝙ quis per errorem confeſſus ſit eo reſpectu ꝙ ſi ex certa ſcientia conduxiſſet rem ſuam tanquã alienam, ſibi preiudicaſſet iuxta. l ſi rem aliquam. ff. de acq poſ. & ſic probato contrario ꝙ res non eſſet locantis vult Bald ꝙ quis preſumatur ita confeſſus erronee & non ſcienter quia ſi ſcienter, ſibi preiudicaſſet, & iſta fuit vera mens Bald. nec eſt veriſimile

quod Bald. voluerit intelligere quod confessio presumatur erronea aliter errore non probato.

TErtio quod talia verba inducant presumptionem, clare voluit Areti. in. d. cap. per tuas de proba. & in cõsil. xiij. colũ. fi. versicu. preterea ista confessio vbi voluit quod dictum illud Anto. de Butr. procedat quando contra illud incidenter enunciatum est aliqua fortior presumptio in contrarium & sic clare vult Areti. quod talia verba incidenter & ob aliud enunciata inducant presumptionem cui stetur donec cõtrarium probetur per probationes aut alias presumptiones fortiores in contrarium. Ide n clarissime voluit Alexan. in apostil. ad Bald in. d. l. ad probationem colũ ij. C. locati abb. etiam in cõsil. xvi. colũ. ij. libr. i. ꝙ verba enunciatiua emissa propter aliud inducunt presumptionem.

¶QVarto sine dubio istud procedit tenendo opi. abb in cõsi. lxxxv. colũ ij. versic nec obstat predictis. d. l. optimam libr. ij. Socy. in consi lxviij. colũ. iiij libr. iiij vbi volũt quod talia verba inducũt plenam probationem inter easdem partes etiam quãdo principaliter contingit disputari de ipso enunciato incidenter & propter aliud. Sed taman non placet istud dictum quod inducatur plena probatio & contrarium voluit abb. sibi contrarius in. d. c. illud colum. iij. de presumptio. vbi reputat illud dictum Anto. de Butr. & hosti. Solennem limitationem ad. d l. optimam. Similiter Socy. fuit sibi cõtrarius nam in cõsi. xcij. col. x. versi. Sed difficul-

tas est libr iij. voluit quod ne quidem presumptiõ inducatur ex talibus verbis enũciatis incidẽter propter aliud, quando principaliter super eis cõtingit disputari ille vulgi adlactratiões cõtra. Adduco ẽt abb.in.d.c.fi.colũ.pen.de succes ab inte. vbi quod talis confessio incidenter facta propter aliud in presentia partis probat semiplene & loquitur abb.quãdo principaliter disputatur de veritate enunciati.

¶ PVtarem tamen quod due limitationes supra datè ad proximam conclusionem precedentem que habet quod verba enunciatiua emissa incidenter propter aliud, inducunt presumptionem etiam respectu tertij, conueniant ad hanc conclusionem Similiter puto dictum Anto de Butr. non procedere in antiquis & quod in antiquis verba enũciatiua emissa propter aliud probent inter easdem partes aut habentes causam ab eis etiam quando principaliter contingit disputari de enunciato per ea que infra dicam de verbis enunciatiuis in antiquis.

¶ NON cõfundam hic in materia verborum enunciatiuorum que doct.in locis communibus & vulgaribus passim tractant, Aliqua tamen subijciam

60 que nõ ita passim offendi putem, Ad regulam ꝙ verba enũciatiua incidẽter prolata propter aliud nõ probant datur vna limitatio inter alias vt nõ procedat fauore pie cause vt per Ias.in.d.l ex his verbis colũ.ij.in quinta limitatione.C.de testa.mili. & tradit abb in const.xi.col.ij lib.i. Intellige istam limitationẽ in verbis enunciatiuis de preterito secus si de

ſuturo quia verba de futuro diſpoſitionem non in ducunt puta ſi quis dicat volo inſtituere eccleſiam. Ita Pau.de.caſt.in conſi.cxxxvij.in cauſa, que vertitur pergami colum.i.ad fin. libr ij quod dictum refert & ſequitur decius in conſi.clix.columna iiij. circa fin. verſicu. nec obſtat ſi dicatur quod licet frater marchus.

61 SED † nunquid iſte fauor pie cauſe habeat etiã locum ubi agitur de fauore liberorum, Si ſint verba enunciatiua patris ꝙ teſtatus eſt inter liberos ſi reperiatur ſcriptura teſtamenti minus Solennis Bal. ꝙ ſic in conſi.clxxix quando ſapiens in princ.libr. iiij.& licet in caſu Bald eſſent verba enũciatiua principaliter prolata propter ſe, Tamen eius ratio adaptatur etiam ad verba enunciatiua emiſſa propter aliud dum dicit ꝙ in teſtamento inter liberos ſufficiunt indicia voluntatis.l. fin. C.famil. her. Sed ex iſtis verbis enunciatiuis emiſſis propter aliud incidẽter, fit indicium & preſumptio etiã in fauorem tertij abſentis.ergo etc.& hanc opi.puto de iure veram & equitati amicam.

62 SImiliter † probant verba enunciatiua emiſſa propter aliud quando agitur de medio preiudicio vt in queſtione finium glo.in.c.cum olim in verſi. inſtrumentis de cenſibus abb in conſi.lxiiij.colum iij. poſt med.verſi.item videtur in hoc credendum lib. i.faciunt que late ſcripſi in conſi clxxxij.colum. iiij. poſt med & colum.ſeq ubi late ſcripſi ꝙ in his que ſunt medici preiudicij ſufficiunt leniores ꝓbationes.

63 AD de † etiam ꝙ licet verba enunciatiua e missa propter aliud probent inter presentes, istud intelligitur in his que dependent a potestate partium & super quibus possunt partes libere disponere secus in his que a potestate earum non dependent puta si dicatur in instrumento alienationis bonorum habita licētia episcopi & tractatibus precedētibus abb. in consi. xli. colum i lib i deci. in d. auten. si quis in aliquo documento colum vi. ad fin. C. de eden. Isto enim casu nō statur tali confessioni etiam ꝙ in principaliter fiat & propter se. cum enim prohibeatur alienatio rei ecclesiastice nisi interueniunt debite iuris solennitates, non statur confessioni alienantium super ipsis solennitatibus nisi veritas aliter probetur & istud est generale in qualibet materia ꝙ non statur confessioni inter personas prohibitas nisi aliter probetur veritas. l. qui testamentum. ff. de proba. & talis confessio presumitur facta in fraudem legis prohibentis actum fieri nisi cum qualitate enunciata aut confessata l. si forte ubi Barto. ff. de castrē. pecul. l. cum quis decedens § titia. ff. delega iij. glos. & doct. in. dicta. l. si donatione. C. de colatio. ubi quando quis prohibetur donare nisi propter bene merita, non statur confessioni ipsius donantis super benemeritis & alia similia congerunt moder. in. d. l. si donatione. Smiliter clericicus concubine donare non potest vt no. Barto. in. l. effectionis. ff. de donatio. abb. in. c. i. de cleri. egro. & in ca. fin. de ordi. ab episco. potest tamē donare pro bonis seruitijs vsꝗ

ad concurentem quantitatem ipſorum ſeruiciorum vt habetur in d.locis & no.deciſio neapolita. deciſione cij Pone modo ꝙ clericus confiteatur ſe debere centum eius concubine pro bonis ſeruicijs vel ex alia cauſa legitima puta depoſiti certe non ſtabitur eius confeſſioni quia preſumitur facta in fraudem legis prohibentis donationem videntis enim clerici ſe expreſſe donare non poſſe, vt fraudent legem confitebuntur ſe teneri concubinis ex cauſa ſeruiciorum depoſiti mutui aut aliter ita anchar. in cõ.ccxlviij dubiũ facit, ſequitur deci.in cõſi.cxxxij. rippa in.l.ſi plagij colũ.fi.ff de verb.oblig. ¶ Similiter per ſtatutum regium delphinale prohibentur donationes inter viuos ſine certis ſolennitatibus, exceptis donationibus que fiunt contemplatione futuri matrimonij, pone quod quis donec inter viuos non adhibitis ſolennitatibus ſtatuti & quod in donatione confiteatur quod alias talem donationem fecerat aut promiſſerat in contractu matrimonij & eius contemplatione , nunquid ſtabitur tali confeſſioni, certe non niſi aliter probetur veritas donationis aut promiſſionis antea facte quia alias de facili poſſet.fraudari & eludi ſtatutum regium delphinale faciendo eiuſmodi cõfeſſiones in donationibus & ita conſului in ciuitate grationepolis vt patet in conſil meo.clxxv & ſecundum illud conſilium fuit iudicatum per iudicem ordinarium grationepolis adhibitis aſſeſſoribus , In quibus erat magnificus dominus felix de cruce dominus bria-

rum nunc senator regius delphinalis splendidissimus. ¶ Similiter in obligatione monasterij non statur confessioni prelati & capituli quod suberat iusta causa obligandi cum sine ea obligatio contrahi non posset anchar. in consil. ccci. viso diligenter colum. secunda tradit Socy in pulchro casu in consil. xxiij. colum iij. libr. iiij.

64 Limita nūc † proxime dicta nisi talis confessio inter personas prohibitas sit verisimilis vel habeat aliquam presumptionem iuris pro se quia tunc statur tali confessioni etiam in preiudicium tertij, puta maritus confitetur se emisse rem de pecunia vxoris que confessio fit verisimilis quia vxor aliunde habebat bona nam talis confessio attenditur etiam in preiudicium creditorum Sali. in. l. si mater. C. de contra. emptio. Similiter si pater confitetur habuisse pecunias a filio, statur tali confessioni nec censetur facta in fraudem legis prohibentis donationem inter patrem & filium, quando talis confessio est verisimilis quia filius esset in aliquo exercitio vnde lucrum faceret Ang. in consil. cccxli. pater emit domum refert & sequitur Alexan. in consil. xviij. libr. iij. deci in consil. xcvi. colū. secūda versicu. nec obstat quod talis confessio vbi tamen Alexan. & deci. corrupte allegant illud consil. Ang. sub numero. cliij. dictum etiam Sali. in. d. l. si mater sequitur Soci. in cōs. lxv. col. iiij. versi. xx. probatur lib. i. Addo Bal. in. l. vnica col. iij post med. versic. vnde querit. pone ꝙ ꝑ aliqua indicia. C. de pri. dotis. ubi

ꝙ statur confessioni mariti de dote recepta in pre-
iudicium creditorum quando iuuatur talis confes-
sio aliquibus indicijs aut coniecturis quod dictum
refert & sequitur Socy. in consi. lxxxij. colum. ij. in
consi. cxxij colum. iiij post med. libr. ij. deci. in cõs.
cccccxxxvi. colum. iij. circa med. versicu. & ad hoc
etiam facit agozadinus in consi. xlij. colum. iij. & di
xi in consi. meo. xl. colum. ij. post med. ¶ Aduerten-
dum tamen ꝙ coniectura Bald. in d. l. unica. C. de
priuileg. dotis ꝙ numeratio dotis presumatur quan
do maritus diu uxorem abluisset quia non est ueri-
simile ꝙ tandiu indotatam habere & exhibere vo-
luerit, non uidetur sine dubio & contra eam tenet
Bald. nouellus in tracta. de dote in decima parte co
lum. vi. in quarta limitatione Soci. in l. i. colum. an-
tepen. versi. secundum correlarium est. ff. Solu. ma-
tri. ubi ꝙ posset procedere dictum Bald. quando
fieret confessio dotis recepte ante contractum ma-
trimonium licet etiam isto casu dicat esse dubium &
sic uides ꝙ Soci. fuit sibi contrarius Socinum etiã,
in. d. l. i. colum. antepen. & Bald. nouellum sequitur
gozadinus sibi contrarius in consil. xxviij. col. iiij.
versic. septimo fortius & colum. vi. post med. vers.
ad sextum dico & profecto quando fuisset illa cõ-
iectura sola in casu in quo ego consului, non ita fir
massem sed plures in casu meo constabant coniectu
re ex quidem leues, ex qubus veritas confessionis
de dote recepta plurimum iuuaretur.
65 VLtra † moder. ꝙ stetur cõfessioni persone pro-
hibite

hibite & suspecte quando talis cõfessio habet pre-sumptionem iuris pro se addo abb. in .ca si diligẽti in quarto nota. per illum text. de prescriptio. vbi ꝙ statur cõfessioni prelati ꝙ ecclesia nõ sit sibi subiecta quia presumptio iuris erat pro tali confessione cum tota sardinia in qua erat dicta ecclesia, pertineret ad ecclesiam beati Petri. Sed istud dictum abb. reprobat crotus in. l. re coniuncti in fi. ff. de lega. iij. nam secundum eum quilibet presumitur benemeritus nisi probetur demeritus. l. seruos. ff. de manu. testa. l. omnimodo. C. de inoffi. testam. & tamen non statur assertioni patris super benemeritis ad validandum donationem factam filio ut habetur in .d. l. si forte. ff. de castren. pecu. & in. d. l. si donatione. C. de colla. Sed respondeo ad arg. croti ꝙ iura per eum allegata non probant nec dicunt id quod dicit quia solum probant ꝙ quis presumitur bonus & ꝙ cõtra alium nihil indigne agerit, non tamen dicunt illa iura ꝙ presumatur quis contulisse in alium benemerita & istud clarissime probatur in. d. l. seruos, dum dicit non esse necesse exigere talia officia aut seruicia quibus legatũ libertatis quis meruerit .q. d. si in legato libertatis de quo ibi relicto seruis qui promeriti essẽt, necessaria essent officia aut benemerita que sufficiant ad libertatem, tunc necessaria esset probatio talium officiorum & seruiciorum sed cum sufficiat seruos abstinuisse a malo citra prestationem, officiorum, non est necessaria alia probatio talium officiorum & sic ille text. bene ponderatus aperte

66 probat cõtra Crotum, Preterea cõsideratio † Croti est contra iura expressa quibus passim cauetur facta non presumi nisi probentur.l.deniq;.ff. ex qui. cau.maio.l.quecumq;.ff.de publicia.l.in bello.§.facto.ff.de captiuis.l. vnica.C. de manda.prin.l.i.C. de proba.l. asseueratio .C. de non numer .pecu.l.si emãcipati ibi teq; emancipatum esse probaueris.C. de collatio.c.cum in iure peritus de offi.delega.c.in presentia de proba c.Raynutius &.ca. Raynaldus de testam.Barto.in consi.cxvij. accusatio in fi.abb. in consi.i.libr.i. Sed benemerita consistunt in facto an quis illa contulerit aut prestiterit uel non, ergo non presumuntur sed probari debent & sic defensatum habes dictum abb.ab impregnatione Croti.

SED enim longe iam nimium videor euagatus & ab antiquitatis iure longius discessisse dum enunciatiuorum materiam factis in recentibus agimus, Enimuero venia ei danda sit qui & ipsius iuuentutis blandicijs non illaudatis inducitur sic tamen vt ad ipsam antiquitatis grauitatem reuertamur. Conclusio habita est quod regulariter verba enunciatiua incidenter emissa propter aliud non probant, Ad quam ipsam conclusionem limitatio vna accommodata est vt ne procedat in antiquis siue in actibus superiorum & principũ siue in actibus pri-
67 uatorum. Itaque † conclusio habetur quod in antiquis talia verba enunciatiua propter aliud emissa probant & fortius si principaliter & propter se fiat enunciatio cum facilius inducatur probatio ex

verbis enunciatiuis emissis principaliter & propter se q̄ incidenter propter aliud quod ex eo apparet quia talia verba principaliter propter se emissa plene probant etiam in factis recentibus .d.l. ex hac scriptura vbi late Bartol ff.de donatio . Corn. in consil.cclxix.columna secunda libr.tertio.Iam verba eiusmodi enunciatiua principaliter propter se emissa in antiquis notorium inducunt facti permanentis Bald.in.d capit cum causam columna .iij. de probation . quod Baldi dictum refert & sequitur Deci.in consil.cxlvi.colum.penunlti versicu. quinto predicta conclusio.

68 AM pliatur † nunc memorata conclusio que habet quod in antiquis verba enunciatiua probant etiam emissa propter aliud , vt procedat licet talia enunciata aut narrata sint talia quod de tempore actus celebrati aut enunciationis facte interuenire non potuerint Specul. in titul. de instrument. edi.§.ostenso versicul. sed quid si post publicationem refert & sequitur Paul. de castr. nec alibi legi in consilio.ccij.in causa confinium columna secunda circa fin.versicu secundus casus fallentie libr. primo.Regulariter enim contra, quia verbis enunciatiuis instrumenti non creditur nisi illud enunciatum potuerit interuenire de tempore confecti instrumenti glos.in l.prima .C. de fide instrument. & iure haste fisca.libr.x.Inno.& doct.in cap.quoniam contra de proba Barto.& doct.in.l.sciendum.ff.de verbo.obli.abb.in consi.xviij.colum.iij.versi.tertio

facit libr.ij. Barto.in.d.aucten.si quis in aliquo documento & ibi decius col.vi.circa fi.C.de edendo.

SED aduerte circa hanc ampliationem & circa hoc dictum Pau.de castr.ꝙ videtur dubitabile arguendo hoc modo Aut enim loquimur quoad ipsos contrahentes & qui fuerunt presentes tali enunciationi, & res non videre habere aliquid specialitatis
69 propter antiquitatem temporis quia† etiam in facto recenti statur verbis enũciatiuis instrumẽti quoad partes presentes licet enũciatum sit tale ꝙ interuenire non potuerit de tempore ipsius enũciationis. Ita Pau.de castr.in consi.clxxxvi.in causa que vertitur pisis colum.iij.circa med. libr.i. Aut loquimur quoad tertios absentes & tunc contra eos non probant verba enũciatiua etiam in antiquis vt infra statim dicam. Solutio oportet intelligere hanc ampliationem eo casu quo talia verba plene aut semiplene probãt contra tertium vt infra proxime dicam. vel potest intelligi ista ampliatio vt procedat licet principaliter contingat disputari super eo quod incidenter fuerat enunciatum limitando dictum Anto.de But.in.d.c.illud in quarto no.de presumptio. de quo supra latius dictum est.

70 LImitatur † predicta conclusio que habet ꝙ verba enũciatiua etiam emissa propter aliud probãt in antiquis vt non procedat contra tertium seu in preiudicium tertij ita Pau. de castr. in consil.cxxxix. pro declaratione eius de quo queritur colum.ij. circa med.libr.i. Alexan.in consi.l.colũ.ij in.fi. versic.

ſed poſito ſine preiudicio libr.v.in cōſi. ccxix. col. v.poſt med.verſic.nō obſtat etiam dum in nouiſſimis libr.vi.Socy.in cōſil.cclxvi. colū.v. verſi. confirmatur iſta concluſio lib.ij.Corn.in cōſi.xxij. col. iij circa med.ver.nec obſtat gl in.d c.nōnulli lib.iij.

C Ontrarium ꝙ immo in antiquis verba enunciatiua probent etiam contra tertium & inter alias perſonas,tenet Iaſ.in cōſi.lxv.colū.ij. in ſi. & col. ſeq. libr.iij.Idem clare preſupponit Deci. in cō.xiij.col. pen.verſi.nam per inſtrumēta, nam deci. ibi primo dixerat verba enunciatiua inſtrumēti non probare inter alios,poſtea arguit contra propter antiquitatem temporis nec aliter dicit ꝙ in antiquis nō probent cōtra tertium.Idem colligitur ex verbis Socy. in cōſi.clxxxviij.col.v.verſi.ſecūda ratio.libr.ij. vbi arguit hoc modo nam res inter alios acta facit qualem qualem fidem,ergo in antiquis debet plene pro bare.quia in antiquis ſufficit probatio qualiſqualis hoc etiam arguēdi modo in terminis vtitur Corn.in cōſil. ccxlvij. colū.xi.in ſi.verſic. & licet poſſet dici libr.ij.Alexād.in cōſi.xv.colū.ij. verſic. vbi autem eſſent verba narratiua libr.v.

QV id tenendum,puta ꝙ ſi agatur de modico preiudicio,verba enūciatiua in antiquis plene probent etiam in preiudicium tertij arg.l.theſaurus.ff. ad exhib.& probatur in.c.cum cauſam de prob.gl.in .c. cum olim in glo.ij.de cenſibus doct. in .l. cum aliquis.C.de iure deliberā.vbi ꝙ in antiquis cōſines probātur per verba enūciatiua inſtrumenti etiam

facti inter alios, Tradit Iaſ. in repe. l. admonendi co-
71 lum. lxxxvij ff. de iureiurand. Doct. tamen † vi-
dentur requirere verba enunciatiua plurium inſtru-
mentorum quando ſunt verba ennnciatiua pro-
pter aliud Si vero eſſet vnum inſtrumentum prin-
cipaliter factum ſuper confinibus, illud videtur ſuf-
ficere in antiquis etiam in preiudicium tertij Corn.
in conſi. clxxi colum. fi. libr. i.

SED aduerte quia vbi ſunt verba enunciatiua plu-
rium inſtrumentorum in antiquis illa vidētur equi-
pollere probationi fame ut inferius dicemus, fama
autem in antiquis plene probat etiam vbi agitur de
graui preiudicio puta de probatione dominij pro
ut inferius etiam dicetur, ergo vbi agitur de modi-
co preiudicio ſufficere videntur verba enunciatiua
vnius inſtrumenti & quod vnum inſtrumentum
ſufficiat, tradit Iaſ. in conſil. lxv. columna ſecunda
poſt med libr. iij.

AVT agitur de magno preiudicio & tunc non vi-
dentur plene probare contra tertium verba enun-
ciatiua in antiquis, Iſtam diſtinctionem an agatur
de magno vel paruo preiudicio, volunt abb. & mo
der. in. d. cap. cum cauſam de proba vbi ibri anti-
qui non probant contra tertium quando agitur de
graui preiudicio. Eandē diſtinctionem tradit Corn.
in. d consi. xxij. colum. iij. verſicu. nec obſtat glo. in
d. ca nonnulli libr iij. Idem ſentit abb. in conſil. liiij.
colum ij. verſi tertio probatur libr. i.

72 SED hic † quero licet plene nō probent cōtra ter-

tium quando agitur de graui preiudicio, an aliquid saltem, probent Respondeo quod facient probationem semiplenam, nam res inter alios acta etiam in facto de recenti inducit aliqualem presumptionem vt habetur in.l.si duo.ff.de iureiurand. & in.l.ij.vbi moder.C. de eden. Immo voluerunt plerique semiplenam induci probationem, ergo vt antiquitas temporis aliquid operetur, dicendum est ex talibus uerbis enunciatiuis semiplenam induci probationem est hoc satis sentit Corn.in.d.cōsi.xxij. dum citat dictum Barto in.d.l.admonendi.hoc etiā probari videtur ex alio dicto Barto.& moder. in .d.l. admonendi vbi quod testes mortui qui amplius repeti non possunt contra tertium semiplene probant propter impossibilitatem probationis, Sed ista ratio impossibilitatis pariter militat in antiquitate tēporis ergo eadem esse debet iuris dispositio .l. illud ff.ad legem aquil. cum simil . Idem etiam probari videtur ex his que infra dicam de scriptura priuata vbi quod in antiquis semiplene probat contra tertium.Idem similiter probatur ex his que infra dicā in secunda parte circa illum articulum an presumatur pro sententia contra tertium.

73 MEmorata conclusio ꝙ in antiquis verba enunciatiua plene nō ꝓbant cōtra tertiū, limitat̃ nō ꝓcedere in antiquis quorū ꝓbatio est difficilis nō solū ꝑ ipsam antiquitatē et lapsū tp̄is sed et ꝑ q̄litatē ipsius facti, puta in filiatiōe cuius ꝓbatio ē difficilis l.filiū.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris l.lucius.ff.de

condi. & demon. Ideo filiatio plene probatur per verba enũciatiua in antiquis etiam contra tertium, ita Alexã. in cõsil. xc. colũ. iij. in fi. versi. & his est responsum libr. vi. & pro hoc facit ratio nam in probatione filiationis etiam de recenti, sufficit probatio per indicia ut ibi per Alex. & habetur in c. per tuas de probatio. ergo vt antiquitas aliquid operetur dicendum est per talia verba enunciatiua plenã induci probationem, Idem nouissime tenet dominus rebuffi in tracta. suo nominatio pagi. i. ver. primo fallit vbi quod sola nominatio probat filiationem in antiquis.

74 SEcundo † limitatur predicta cõclusio vt nõ procedat in verbis enunciatiuis pluriũ instrumentorũ de antiquo nam illa plene probant etiam in preiudicium tertij, nam plura instrumenta de antiquo habent vim probationis fame Bald. Sali. & Pau. de castr. in. d. l. cum aliquis. C. de iure deliber. Areti. in cõsil. xlij. colũ. i. versic. tertio per rationem Socy. in cõsi. lxxxvi. in causa communitatis col. i. post med. in cõsil. lxxxix. in causa agitata colũ. ij. post med. versic. preterea ista conclusio probatur libr. i. Curtius senior in cõsil. lxxvij. super motiuis colum. ij. circa med. Deci. in cõsil. xi. colũ. vi. post med. versic. ad hco fundamẽtũ, fama autẽ in antiquis plene probat licet agatur de graui preiudicio puta de probatione dominij vt habetur in. d. l. cum aliquis tradit Socy. in. d. cõsil. lxxxvi. & infra late dicam de probatione fame in antiquis, & hanc limitationem sen-

tit Alex.in.d.consi.xij.ante fi.libr.iiij.& clare eam vult.in.d.cōsil.xc.colū.iij.in. fi.versic. ex his est responsum libr.vi.si enim verba enūciatiua vnius instrumenti in antiquis probant semiplene contra tertium, ergo geminata debent plene probare Immo
75 † verba enunciatiua geminata plurium instrumētorum etiam in facto recenti ponderat Ias. in consi. cxiiij.colū.pen.in fi.libr.i.Idem tamen Ias.in consi. lxv.colū.ij.post med.libr iij.ꝙ geminatio plurium instrumentorum, confectorum inter alios nō operatur in preiudicium tertij etiam super confinibus aut territorio, Sed tamen in antiquis aliud cōcludit.& pro hac secunda limitatione facit aliud dictū ꝙ consuetudo notoria probatur ex inspectione plurium instrumentorum.l.vetustissimam.C.de iure domi.impetr.vbi Ang.Socy.in consi. xciiij. col. iiij.versi.circa.secundum fundamentum libr.i. Curtius iunior in cōsil.cvi.colū.ij. & tamē probatio cōsuetudinis non videtur esse modici preiudicij.
76 INtellige † modo hanc secundam limitationem procedere quando ista plura instrumenta de antiquo haberent originem a diuersis personis secus si ab eisdem nam si habeant originem ab eisdem personis, semper videtur vnicum & idem testimoniū, ob id fame efficaciam habere nō possent Ita Areti. in.d.cap.cum causam de probat . Sequitur Socy. in consil.cxciiij colum.fin. versic. Sed ad primum respondetur libr.ij.

INtellige secūdo hanc secūdam limitationem quādo

essent plura instrumenta de antiquo qua'm duo Socin.in.d.consilio.cxciiij.columna fin. versicul. sed ad primum respondetur & in.d. consil. cclxvi. columna quinta.versicu.nec releuat quod simus in antiquis libro .ij. quicquid aliter dixerit Aretin. in consilio.clxij.diligenter.columna.vi.in tertio dubio vbi uoluit quod vnum priuilegium pape de antiquo habet vim probationis fame. Immo Bald. in consi.cclxxxvi.thema proponitur columna secūda circa fin.versicu.nec enim totidem libr.ij.videtur requirere instrumenta confecta inter omnes de populo aut maiorem eius partem.

SED tamen Areti. & Felyn.in.d.ca.cum causam de proba.volūt sufficere duo instrumenta & idem sentit Socyn.in.d.consi.cclxvi.colum.ij. dum dicit ꝙ vnum instrumentum non sufficit. Nec ob.Inno. & Spec.allegati per Socy.in .d. consilio .cxciiij. quia non loquuntur in antiquis .Ita respondent Areti.& Fely.in.d.c.cum causam.

77 TErtio † limitatur predicta conclusio que habet quod verba enunciatiua non probant in antiquis contra tertium quando agitur de graui preiudicio, vt non procedat quando vltra antiquitatem temporis concurreret longa possessio rei correspondens talibus verbis enunciatiuis quia tūc plene probant vel saltem transferunt onus probandi in aduersarium, Ita Alexandr.in consil. ccxix. colum.v. post med.versicul.non obstat etiam dum in nouissimis libr.vi.Sed ista alternatiua vel quod onus pro

bandi transferatur in aduersarium mihi non satisfacit quia aliud est probare aliud presumptionem inducere que onus probandi in aduersarium transferat cum vna presumptio tollatur per aliam presumptionem fortiorem non ita facile tollitur probatio. videtur ergo ex hac longa possessione rei confirmari probationem plenam verborum enunciatiuorum.

SED hic aduerte circa hanc tertiam limitationem ꝙ si detur possessio temporis sufficientis ad prescriptionem, non videtur tractandum de verbis enunciatiuis nisi ut ex eis probetur titulus quo titulo stāte minus tempus requiritur ad prescribendum, ob id durum uidetur probari titulum ex his verbis enunciatiuis contra tertium ut sic sufficiat tempus x. vel. xx. annorū quia dicitur tunc tractari de graui preiudicio, nisi dicas quod sicut in prescribendo sufficit titulus habitus a tertio, ita sufficiant ista verba enunciatiua inter alios iuncta possessione longi aut longissimi temporis.

78 QVE autem † dicta sunt de tertio quod contra eum non probant verba enunciatiua etiam in antiquis quotiens agitur de graui preiudicio, intellige tertium eum qui non habet causam a contrahente & enunciante siue titulo vniuersali siue particulari. Si enim esset singularis successore, causam, Singularem habens a contrahente aut enunciante, non diceretur tertius. Immo verba enunciatiua, que probant contra autorem,

probant etiam cōtra singularem successorem. Bar. in.l.i.§. si heres.ff.ad Trebellia.Areti. in consi cxij. cōsideratis circa fi.versic.de successore etiam singulari Socy.in consi.xi.colū.i.in consi. xiij. colum.ij. versi.& illa probatio & in consil. lxxxij. colum.ij. versi.secūda conclusio libr.iij.Idē in alijs probationibus factis contra autorem quia probant contra singularem successorem Socy.in.d.cō cclxvi. colū. iij.versic.ex quibus etiam respondetur libr ij. & in scriptura priuata ꝙ probet contra scribentem & habentes causam ab eo,tradit Anchr. in cōsil.xliiij. primo de viribus colū.ij.in fi.versic.ex quibus infero duo quod Anchr.dictum sequitur Ias. in rep. d.l.admonendi colū. liiij. in fi.versic. quid etiam de libris nu.cxi.successor enim singularis non debet esse melioris conditionis ꝙ eius autor.l.fi.§.i.ff.ad Velleia.iuncto eo quod no.in.l. cum res. C. de proba. in gl.magna circa med.Pau.de castr.in cōsi.ccxlvij. in causa quevertitur saone colū.ij.libr.i.Deci.in reg. aliudest vēdere.§.fi.ff.de regul.iuris, Quod tamen sane intelligi debet in confessione autoris facta ante cessionem iuris sui secus si post quia illa non noceret singulari successori vt habetur in.d §.si heres, tradit Pau.de castr.in consil.cxxxiiij in causa ser Ludouici bertini in consi. ccxxviij. pro declaratione colū.i.in fi.lib.i.& in consi.cccxxxvij.si prima duo statura libr.ij.Socy.in consi.xli.colum. fi. libr. iiij.
79 Ista + tamen confessio autoris post cessionem preiudicare potest cessionario in duobus casibus, pri-

mo quando cedens teneret cessionario de euictione vt per Barto.in.d.§.si heres,sed hoc mihi non placeret quando cedens non esset soluendo & dictum Barto.debet intelligi quando cedens tenetur de euictione cum effectu ita q̄ effectualiter agi possit de euictione & ita post scripta ista reperi tenere Cor. in cō.cxxxix.co.ij.libr.iij.secūdus casus est quando cessio fit ad commodum ipsius cedentis ita q̄ omne cōmodum esset ad eum reuersurum Pau.de ca. in consi.lxxix ad id de quo queritur in fi.libr.ij.

80 POstremo † in omnibus casibus in quibus dictum est verba enunciatiua probare plene vel semi plene aut quoad presumptionem siue in antiquis siue in facto de recenti,Intellige hoc procedere quā do in specie quid exprimitur & enunciatur ita q̄ ipsa verba enunciatiua sint clara nec sufficeret aliquid simpliciter aut in genere enūciari quia talis enūtiatio simplex & generalis dicitur dubia incerta & obscura, Ita in verbis enunciatiuis volui Oldr. in consi.cclxij. in questione colū.ij.versic.sed predictis obstare videtur, vbi si in instrumento vnionis dicatur q̄ unio fuit facta cum omnium iurium solennitate,talia verba non probant solennitates precessisse nisi in specie exprimantur omnes solēnitates ad vnionem necessarie.Idem voluit rota Deci. cxc.quoad reuocationem in nouis vbi q̄ non sufficit cōfessio appellati q̄ fuerit appellatum,nisi probetur fuisse appellatum infra decem dies & per habentem potestatem interponendi ipsam appellatio

nem. Idem voluit Pau. de cast. in consi. cxxxix. prō declaratione eius de quo queritur ante fi. libr. i. ubi ꝙ laudum in quo enunciatur instrumentum transactionis inter presentes, ipsam transactionem non probat qñ terror ipsius transactionis in specie nō exprimit. & dixi in cō. meo. xxix. col. ij. post med.

81 POstremo † sciendum est in hac materia ꝙ habemus uerba triplicis generis, aliqua dicūtur narratiua seu enunciatiua, aliqua assertiua & aliqua dispositiua, Dispositiua a narratiuis seu enunciatiuis & assertiuis differunt quia contra enunciatiua & assertiua admittitur probatio in contrarium secundum ea que in precedentibus abunde dicta sunt, Sed cōtra verba dispositiua non admittitur probatio in contrarium Pau. d. castr. in consi. cccvi. satisfaciendo colum ij. in secundo dubio libr. i. Quando enim aliquid disponitur puta donando vendendo vel ligando, ridiculum esset dicere quod admittatur probatio in contrarium quod verba prolata non disponant seu quod talis dispositio facta non sit nisi quis vellet probare falsitatē. ¶ Et si dicatur data paritate casuum non videtur differentia inter verba enunciatiua & dispositiua respectu probationis in contrarium quia etiam verbis enunciatiuis statur nisi probetur de falsitate eorum quod non sint vera, Respondeo in verbis enunciatiuis potest probari de contrario ipsorum citra oppositionem falsitatis, quia dicam quod licet ita enūciatum sit, veritas tamen aliter habet secus in dispositiuis

quia si concedam. Ita dispositum esse non admittitur quis ad probandum de contrario nisi negantur ipsam dispositionē fuisse factam. Est etiam alia differentia inter verba enūciatiua & dispositiua quia enunciatiua respiciunt tempus preteritum, dispositiua autem tempus presens Pau. de castr. in. d. cōsil. ccccvi. in. ij. dubio libr. i ¶ Verba autem enunciati-
geſtis & in.d.l.quo enim.ff.rem ratam.hab. Alex.
in conſi.cxxvi.in fi.libr.v.abb.in ca. cumana colũ.
iiij.de electio Deci.in conſi.cclxxxi. col.ij. in conſi.
ccxcvij.colum.ij.poſt med.& in.l.ſemper qui non
prohibet nu.ix.in fi.ff.de regul. iuris. Addo Io. de
ana.in conſi.lxxxv.colum.ij.poſt med.

SED contra predicta adduco Socyn. in conſil. cv.
colum.i.in fi.libr.iiij.vbi ꝙ ratificatio facta in ab-
ſentia partis ſolum abſenti prodeſt quando tendit
ad declarandum voluntatem ratificantis, ſecus ſi ad
obligandũ ei in cuius fauorem fit ratificatio quia
tunc requiritur partis preſentia allegat Ange. in
conſi.i.Anchar.in conſi.cxxvij.ad dubia elicita co.
ij.verſi.non obſtat ꝙ ratificatio.

SED iſtud dictum Socy.aperte confunditur per di-
ctum Ange. ſupra alleg. in.d.§. ſi vero expreſſim

& contra istud dictum Socyn. est communis opi. doct. volentium sufficere ratificationem fieri in absentia partis licet ex actu ratificato ratificans obligetur. Nec ob. dictum Ang. in. d. cons. i. quia Ang. ibi nihil loquitur de hac materia. non etiã ob. Anchar. in. d. cõs. cxxvij. quia Ancha. loquitur qñ per ratificationẽ inducitur noua dispositio Ita qđ non est mera declaratio voluntatis quia actus nõ fuerat gestus in specie nomine ipsius ratificantis sed ꝑ personis incertis & sic Ancha. potius facit cõtra Socy.

NON ob. ꝙ vbi agitur de obligando requiritur partis presentia quia fateor vbi nullus precessisset actus in presentia eius cui acquiri debet sed vbi precessit contractus presente eo cui acquiri debet & solum restat declaratio voluntatis alterius absentis cuius nomine actus est factus, an velit obligari. Dico quod sufficit talis declaratio voluntatis per ratificationem etiam parte absente, satis est enim quod semel fuerit presens & quod appareat de eius animo quod voluerit sibi acquiri ex eo actu, non enim requiritur presentia partis ad alium finem nisi ut appareat de eius consensu patet quia sufficit nuncius uel epistola .l. consensu. ff. de actio. & obliga. Sufficit ergo quod vere appareat de tali consensu per presentiam que ab initio interuenit in ipso actu, Ad quem postea retrotrahitur de-
124 claratio voluntatis subsecuta. In declaratione †.n. fit retrotrahitio etiam quod extremum ad quod sit inhabile Ioan. andr. in addi. Spec in titulo de te-

ſte. §. nunc dicendum verſicul. nec etiam hoc, ſe-
quitur Anto. de Butri. in capitu. licet cauſam de
probatio. vbi Felyn. columna. xiij. in decima li-
mitatione Socyn. in conſilio. xcvij. columna. pe.
in fi. libr. iiij. Deci. in conſi. xxv. col. iiij. Curtius
iunior in conſilio. cxxi. colum. viij. poſt med.

SED quero circa premiſſa, dictum eſt ꝙ producens
inſtrumentum minus ſolēne aut ſcripturam minus
125 ſolennem cenſetur illam approbare, quid †ſi ad-
uerſarius contra quem ſit productio, impugnat ta
lem ſcripturam, an producens tenebitur illi ſtare vt
contra eum fidem faciat, Reſpōdeo Bal. in. l. ſi quis
teſtibus col. ij. ver. ſed nunquid producens. C. de te
ſtibus et in. d. l. alia col. i. verſ. quero nunquid ille. C.
de his quibus vt indig ꝙ nō preiudicat tacita con-
feſſio que elicitur ex productione inſtrumēti, ſi ad-
uerſarius contra quem producitur, probat de cō-
trario, quia tunc apparet de errore tacite confeſſio-
nis allegat Bal. Inno. in. d. c. cum venerabilis de ex-
ceptio. Amplius ſubdit Bal. ꝙ iſto caſu non eſt ne
ceſſaria allegatio erroris in confitente licet ſecus di-
cat in confeſſione expreſſa quia non ſufficeret pro
bari eam erroneam, niſi error allegetur.

SED hic aduertendū circa iſtud dictū Bald. quia nō
videtur procedere ubi inſtrumentū productū eſſet
minus ſolenne & fidem non faceret, Tunc enim nō
videtur neceſſarium ꝙ aduerſarius probet de con-
trario ex quo inſtrumentū productū non probat
videtur ergo loqui Bal. quādo inſtrumentū ꝓdu-

ctum esset solenne quoad fidem probatoriam sed illud reprobatur de falso & probatur contrarium eius quod cõtinetur in ipso instrumẽto, Sed adhuc isto casu dictum Bald non ita simpliciter procedit quia si quis producit instrumentum falsum scienter, etiam ꝙ illud impugnetur per aduersarium & de falso redarguatur, tamen in odium producentis scienter, adhuc videtur probare contra ipsum ꝓducentem & hoc in pœnam delicti vt per moder. in.d.c.cum venerabilis vbi Deci.colum. xvi. in fi. versic. sexta & ultima conclusio, vbi tamen dupliciter hoc limitat.

QVID igitur in producente instrumentum minus solenne quod aduersarius simpliciter impugnat respectu fidei probatorie aliter non obijciendo falsitatem nec probando de contrario, An tale instrumentum probabit contra producentem, Breuiter

126 † Aut contra producentem lata est sententia & sic eius confessio resultans ex productione instrumenti reprobata est per aduersarium & iudicem et tunc non videtur sine dubio nocere talis confessio tacita quia etiam non noceret expressa cõfessio que simpliciter fieret sine productione alicuius instrumenti.c.mulieri vbi Innoc.& abb.de iureiuran. & idem Innoc.in.d.c.cum venerabilis Bal. in l.si quis in hoc genus colum.ij. versic. quero vnum.C. de epi.& cleri.& in.l.i.colum.pen.in fi.C. de confessis roma.in con lix.ad discutiendum colum.fi.versi.ij. principaliter me mouet & in consi.clxvij. Anto-

nius colum.i.in fi.versic.iij.non ob. confessio. Ad idem adduco glo.in auten.Item possessor,C. qui potio.in pignor.habe. vbi quod confessus potest regnare id quod primo loco cõfessus est quando contra confessionem suam lata est sententia, & ibi ꝙ hoc procedit etiam cum eadem persona, sequitur Barto.ibi & idem Barto.in l.papinianus.§.sed nec impuberis col.ij.in prima opposi.ff.de inoffi. testamẽt. Alexandr. in.l. magistratibus colum ij versi.non obstat glo.ff.de iurisdi.om. iudi. ¶ Aut contra talem confessionem seu scripturam productam non est iudicatum sed pro ea sententia dicta est, & tunc sine dubio probat talis scriptura contra producentem non solum in fauorem partis cõtra quam producta est sed etiam in fauorem tertij absentis per supradicta.& si dicatur quomodo ꝓbabit in fauorem aduersarij qui talem scripturam impugnauit, respõdeo ꝙ nõ nocet impugnatio ex quo per iudicem non fuit admissa eadem ratione qua nõ nocet cõfessio per sentẽtã iudicis reprobata.

SED punctus est pendente iudicio anteꝗ̃ talis confessio expressa vel tacita sit reprobata, an interim
127 noceat producenti vel confitenti, Breuiter † pars contra quam fit productio quandiu impugnat instrumentum productum ex eo se iuuare non potest.l.post legatum.ff.de his quibus vt indignis reg. ex eo libr.vi.sed si velit pars reuocare eius impugnationem & initio instrumento producto, hoc facere poterit, Barto.in.d.l.post legatum. colũ. fin.

Alexandr.in consil.cxij. colum. secunda libr.v. & in consil.xci.colum.ij.ad fin.libr.vi.Socy.in consi. clviij.colum.ij ad fin versicu. nec obstat si dicatur libr.ij. Corn.in consi.ccxxix post redditum consilium colum.ij.libr.ij.Quod tamen non procederet si confitens aut producens prius acceptasset impugnationem & responsionem partis recedendo ab eius confessione aut productione Corn.in consil.clxxv. circa fin.libr. quarto. Quod tamen intelligerem nisi impugnans vellet probare de errore & habuerit probabilem causam impugnandi quia in facto alieno & scriptura producta non esset auctentica, Tunc enim putarem admittendum ad probationem erroris non obstante quod confitens aut producens acceptauerit eius impugna-
128 tionem. ¶ Et licet † Felyn in capit. imputari columna prima versicu septima & vltima declaratio de fide instrument.dicat quod confessio contentorum in instrumento producto directe reuocari non potest quia confessio scripta non reuocatur, illud procedit quãdo quis vellet eam reuocare simpliciter sine probatione alicuius erroris sed vbi probatur error semper potest reuocari non obstante quod confessio sit redacta in scriptis & etiam quod sit iurata vt late p Socy in cõ.xcvij. co.ij &.iij lib. iiij.Deci.in d c. cũ venerabilis col.xv.ver.tertia cõclusio de exceptio Ia.i.l.i.i.iij no.C de errore calcu.
129 SED qd † in tertio absente an pẽdente iudicio in quo scriptura minus solennis producta est, poterit

se iuuare in alio iudicio instrumento producto cō-
tra producentē & an producens poterit opponere
de nō fide probatoria nō obstāte eius productione
& dicere ꝙ nōdū fuit iudicatū in causa in qua ꝓ-
duxit, et ꝙ fieri posset ꝙ pronunciabit cōtra ipsum
instrumētū ꝓductū quo casu productio nō nocet.
Immo nec expressa cōfessio, videret nocere cōfes-
sionē tacitā resultātē ex productione anteq̄ cōtra
eiusmodi instrumentū productū ꝓnunciet, Solū.n.
non nocet cōfessio expressa uel tacita qn̄ contra eā
pronunciat, ergo interim anteq̄ pronunciet stādū
erit confessioni & productioni & hoc videt tenere
abb.in.d.c.mulieri ante fi.de iureiur.vbi ꝙ ante re
probationē nō licet venire cōtra cōfessionē ut si se-
cundū eā esset pronunciatū & sic pendente iudicio
cōfessio habet pro vera ac si secūdū eam ꝓnunciatū
foret.Sed in cōtrariū facit quia quoad impediēdū
intētionē partis, idē videt iudicandū de casu dubio
quod de casu certe, ideo debitū solutū pēdente cō
ditione, repeti potest ac si cōditio defecisset.l. suffi-
cit.ff.de condi.inde.et sic ad impediendū agentē de
bitū dubiū habet ꝓ indebito omnino.similiter pē
dente dubio an filius sit in potestate vel nō patre exi
stente apud hostes, denegat actio creditori & ob-
stat macedonianū.l.i.§.si pendeat.ff.ad macedo.Im
mo ad īpediēdū actū, idē opat pēdētia litis q̄d s̄nīa
l.Iulianus ī.ij. resp.ff.d̄ cōd. īde.Imola ī cō.cxij.co.
iij.Ideo pēdēte dubio an ꝓnūciet cōtra instrm̄ ꝓdu
ctū īpediri dēt ītētio tertij se fūdātis ī tali ꝓductiōe

SED aduerte ꝙ si in ueritate apparet illud instrumentũ esse minus solenne & his contra quem producitur in alio iudicio, ab eo recedat et reuocet productionẽ prius per eum factam, putarem esse locũ reuocationi quando instrumentum minus solenne, continet factum alienum in quo probabilis cadit ignorantia & ꝙ tunc habeatur perinde ac si pronunciatum esset contra tale instrumentum, quia
130 † habemus conclusionem iuris, inspiciẽdum esse quod euenire potest quando verisimile est illud euẽturum Bald. in. l. fi. §. sed quia colum. fi. C. commu. de lega. per tex. in. l. si constante in prin. ff. solu. matri. quod dictum refert & sequitur Deci. in. l. si idem cum eodem. §. si vna colum. ij. ff. de iurisdi. om. iudi. sed verisimile est quod contra tale instrumentũ minus solenne iudicabitur ex quo reperitur nõ solenne & pars illud impugnauit, Idem videtur dicendum licet tale instrumentum contineat factum proprium ipsius producentis per text. in. d. c. mulieri, videretur enim absurdum ꝙ producẽs teneatur stare instrumento & narratis in eo quando contra illud fuit pronunciatum, est verum ꝙ si veritas ita habeat prout in ipso instrumento continetur, non esset producens tutus in conscientia venire contra veritatem non absente tali pronunciatione contra fidem instrumenti prout dicitur in. d. c. mulieri.
131 SED † quero hic an producens scripturam aliquam, censeatur fateri non solum ea que dispositiue sunt prolata in ipsa scriptura, sed ea etiam que

incidenter & enunciatiue scripta sunt Bal. in.d. ca. cum venerabilis colum. pen. q solum censetur fateri ea que dispositiue prolata sunt, sequit Alex. in consil.xvi.colum.iiij.versic. preterea etiam scriptura libr.v.Felyn.in.d.cap.cum venerabilis colũ. v.versic.limita dupliciter.

SED contrarium q immo producens censeatur fateri etiam ea que enunciatiue in scriptura producta narrãtur, tenet abb.in consi.lij.col.fi.versic. & presertim vt dixi libr.ij.per text.in .c.cum olim de cen sib. Istã contrarietatem inter Bal.Alex.& abb.refert Ias.in.l.si cui.ij.§.i.in fi.ff.de lega.i.nec aliter de terminat more suo solenni.Placet mihi dictũ Bal. quod approbant Alexand & Fely.nec ob.text.in d.c.cum olim de censib.quia respondeo q ibi agebatur de probatione finium in quibus sufficiunt le niores probationes, in tantum q illa probatio finium ibi nõ resultabat ex productione illius instru menti faciẽtis mentionem de finibus diocesis adeo quod nisi abbas produxisset ipsa instrumenta, illa non probassent contra producentem, immo idem presupponit text.etiam si illa instrumenta fuissent ab alia parte producta & ita intelligunt gl.& doc. ibi generaliter q fines probantur per verba enun ciatiua instrumenti emissa propter aliud etiam in fauorem producentis, secundo respondeo q verba enunciatiua in.d.c.cum olim erant necessaria ad actũ quia alius ille compositiones facte nõ essent.

LImitatur modo illud dictum Bald.in.d.c.cũ vene-

rabilis duobus modis, primo nisi essent verba enũciatiua ipsius producentis quia cum ipso negociũ gestum esset. d. l. optimam. C. de contra. & com. stipula. ita limitat Fely. in d. c. cum venerabilis colũ. v. & late dictum est supra in materia verborum enunciatiuorum quod probant inter presentes inter quos gestum est negocium.

SE cundo limitat decius in. d. cap. cũ venerabilis colũ. xiij in fin. versi. predicta conclusio nisi essent verba enunciatiua necessaria ad actum ipsius instrumẽti quia etiam illa videtur producens fateri. & hoc modo procedat tex. in. d. ca. cum olim de censibus.

132 QVERO † etiam an confessio tacita resultans ex productione instrumenti possit reuocari presupposito quod instrumentum productum non fuerit impugnatum Innoc. in. d. cap. cum venerabilis tenet quod non, sequitur Anchar. in consil. ccxxiij. ad euidentiam premitto colum. i. circa fin. facit Calderi. in consil. ij. circa med. in titu. de usur. vbi quod sicut non auditur quis cõtra confessionem expressam, ita nec contra tacitam que resultat ex eius taciturnitate per text. in cap. litteras de presumptio. & in. c. vnico vt ecclesia. benefi. & in terminis productionis instrumenti quod reuocari non possit etiam pretextu erroris tradit Specula. in titu. de instrument. editio. §. videndum colum. iij. versi. quid si aliquis, sequitur Fely. in. c. imputari colum. i. ver. septima & vltima declaratio de fide instrum. ꝑ Sed contrarium quod immo reuocari possit talis con-

fessio pretextu erroris probando de ipso errore, tenet Bald in consi.cccvij.proponitur quod notarius libr.v.guido pape.q.cxxxi.&.q cccccij. versi. sed iuxta premissa quero vbi tamen pape hoc intelligit quando ageretur de facto alieno in quo error est probabilis .& hanc opi. quando indirecte quis vellet reprobare instrumentum productum tenet Fely.in d.c.imputari sed aduerte quia in exemplo Fely.directe videtur reprobari instrumentum productum ex capite erroris producendo aliud instrumentum per quod appareat primũ male fuisse productum.nam in effectu hoc nihil aliud videtur q̃ directa errores probatio.

133 SED † Aduertendum quia etiam videtur admittenda probatio erroris in facto proprio, quando agitur de damno euitando Bart.in l. non fatetur.ff.de confes.habetur in.l.sed & si me putem .ff. de cõdi.inde.& in.l error.C.de iuris & facti ignor. Alex.in consi.lxix col pen.ver.ad idẽ quod notat Bald lib.v Areti in cõsi.xiij.circa fi.ver.põt etiam dici,& in con xiiij.col.v.ver.põt ergo dictus marchio, Socy.in cõs.cxliij.diu co.iiij.in fi.ver.preterea fortius lib.i.& in cõ.cclxiij.co.vi.ver.secũda spina lib.ij.Deci.in cõs lxiij.col.ij.in fi.ver. cõprobať ista cõclusio & in cõs.ccccij col.iiij.circa med. Ias.in. l.si post diuisionẽ in secundo nota .C. de iuris & facti ignor.Curtius iunior ĩ cõ.xcij co.pe.post med.ubi idẽ dicit qñ agitur de perdẽdo lucrũ iam quesitum quia tunc dicitur tractari de damno euitando.

Hoc tamen ꝙ admittatur probatio erroris in facto proprio quando agitur de damno euitando, videtur intelligendum quando error esset probabilis Deci.in.l i.colum.ij. in. fin.C. de errore calcu. & multo magis admitteretur error in facto proprio quando tractaretur non de preiudicio errantis sed tertij Deci.in c.ex parte.i.in quarto nota de offi.delega. Hanc tamen conclusionem ꝙ in facto proprio toleratur error quoties agitur de damno euitando intellige & limita vt per Ias.in.l.si res col. vi.super glo.in verbo si nesciat ff.de lega i.¶ Non obstat modo ratio Specu.in d.titu.de instru.edi.§. videndum supra alleg. in contrarium super ꝙ est imputandū producenti qui potuit preuidere, quia respondeo ꝙ argumentum procederet presupposita scientia & lata culpa producentis si sciebat veritatem aliter habere sed nos loquimur in errore probabili. Preterea attenta ratione Spec. sequeretur ꝙ confessio geminata & iurata reuocari non posset quasi sit imputandum totiens confitenti & iurante & tamen contrarium supra probauimus.

134 AMplius † quero an is contra quem producitur scriptura minus solennis possit eam acceptare in parte & in parte non etiam quando capitula sunt separata Corn.in consi.lxxxi.col. pen. versi. & saltem videtur standnm libr. iiij. ꝙ non sed ꝙ fieri debet acceptatio in totum aut in totum repudiari allegat Ang.in.l.sum ptus.C.de admini.tuto.

CONtrarium sentit Bartol .in.l. quedam.§.nummu-

larios.ff.de eden.Idem tenet abb.in.c.ij.de fide instrument.& in consi.xxxvi.colum. fin.libr.ij. roma.in consi.cccxlvi.colum.i.Ange.in consi.ccciij. visa dicta scriptura Geminia. in consi.ix.in fi.guido pape in dicta.q.cccccij.Ias. in repe.d.l. admonendi colum.l.versi.quid tenendum .ff. de iureiur. & ibi rippa colum.xxiij in fin.num.cxxiij.Ias. in l.non solum § morte colum.xiij.in fin. versi. hinc infertur notabiliter .ff. de operis noui nuncia: ubi Ias. rationem adducit quia approbatio scripture dependet a potestate approbantis, seu acceptantis, sed certe ista ratio videtur nimium generalis quia ea attenta idem videretur dicendum etiam in capitulis connexis, Idem tenet aufrer.in decisio. tolosa. q.ccccxcvi.colum.ij.versic.adde ꝙ si liber. Ad idē adduco Alexand.in consi.clxxxvi.colum.iij.vers. nec etiam habet obstare quod dicitur libr. ij. vbi quod approbatio in vno non trahitur ad diuersa. Ex quibus apparet istam opin. esse communem & de iure veriorem.

135 Limitatur † nunc ista conclusio vt non procedat in scriptura alicuius administratoris puta in libro rationum tutoris quia si aduersarius velit acceptare in parte, tenebitur stare in toto & hoc propter vnitatem officij.l.cum queritur .ff. de admini. tuto.& in istis terminis loquuntur Ange. & Corn. supra in contrarium allegati & Ange.in .d.l.sumptus expresse dicit ꝙ excepto libro rationum administratoris in alijs scripturis pōt fieri acceptatio

in parte tantum, quando capitula sunt separata.

136 SEcundo † limitatur non procedere qñ aliud videretur iudici causa cognita & ex verisimilitudine ac qualitate persone scribentis ꝙ etiam in aliis partibus separatis contineat liber veritatem puta si agatur de modica summa & scribens sit bone fame, ita Bald. in consil. clvi. cum due colum. ij. libr. iij & sic secundum Bald. hoc totum videtur residere in arbitrio iudicis & hoc idem tenet Decius licet Bal. non alleget in. l. i. colum. ij. C. de eden. & in d. ca. ij. colum. vi. post med. versic. successiue abbas de fide instrument. vbi quod hoc totum residet in arbitrio iudicis inspecta qualitate cause & persone.

137 TErtio † limitatur in scriptura priuata facta manu alicuius tertij quia illa non potest in parte acceptari etiam in capitulis separatatis Ias. in repe. d. l. admonendi colum. l. versi. quid si produco contra te. ff. de iureiurand.

SED iuxta predicta quero de vna questione plusq̃ necessaria & vtili in practica, dictum est supra ꝙ is contra quem producitur scriptura, potest eam acceptare pro parte tantum, quando continet plura capitula separata, cum limitationibus tamen memoratis, quid † in ipso producente, an possit

138 producere in parte & parte non & sic pro parte solum approbare, ita quod si instrumentum productum reproducatur contra eum, illud possit impugnare in parte separata. Guido pape in. d. q. cccccij. tenet quod sic & quod ita fuit conclusum

in camera consilij, allegat doctri. Barto. in.l. aurelius.§.idem quesiit.ff.de libera.lega. Idem tenet Fely.in.c imputari in fi.de fide instrument.

SED dubito plurimũ de isto dicto Guido pape, nam vt supra vidimus producens instrũ cẽsetur cõfiteri omnia que dispositiue in eo cõtinẽtur nec distingũt doc. an capitula sint cõnexa uel separata Immo loquuntur vniuersaliter ꝙ censetur cõfiteri omnia in ipso instrõ contenta ita Decius alios late referens in d.c.cũ venerabilis col.xiij.versi successiue abb post Inno.de exceptio. Ias.in l.i.§.editiones col.pe.ff de edendo sed qui vniuersaliter loquitur nihil excludit l.Iulianus.ff.de lega.iij l a procuratore.C.manda.l.
239 omnes.C.sine censu vel reliq.& † plus est loqui vniuersaliter ꝙ̃ generaliter aut indiffinite Oldra. in cons.cclxviij questio est circa prin.& in cõs.ccc.factum tale est magistro militi col.ij circa med.Bart. in.l.generali.§.uxori ff.de vsufr.lega Bal. in consi. cccxcv.pro domino dinaldo col ij.post med. libr. ij.Deci.in cõsi.xxvij.co fi.et alibi sepissime & adeo producens instrũm, illud censetur approbare ꝙ non releuat ꝓtestatio si dicat se illud ꝓducere in parte et passibus facientibus pro ipso ꝓducente tantũ qñ aduersarius nõ consensit eiusmodi ꝓtestationi vt ꝑ Deciũ post alios in.d.c.cũ venerabilis col.xiiij.vers. ij.supradicta conclusio limitatᷣ Ias.in .d.§. editiones col.pen.in fi.ff.de eden.in.l.certi cõditio.§. si nummos colum.viij.versi.ad predicta adde.ff.si cer.pet. in.l.non solum.§. morte colum. xiiij. versicu.ij. ad

istam regulam adde.ff.de operis noui nuncia.& in consi.xxvij colum.iiij.post med.libr.i.quicquid aliter voluerit Socy.satis leuiter in consil.xxxvi. col. fi.libr.iiij.stringo fortius istud fundamentum contra pape, nam si non iuuat talis protestatio cui aduersarius contradixit, quid dicemus in casu pape in quo nulla proponitur protestatio eiusmodi.

SEcundo dico ꝙ pape nimium generaliter loquitur, pone enim ꝙ instrumentum productum sit auctenticum & fidem faciat, quomodo poterit producẽs illud in aliqua parte impugnare etiam in alio iudicio & cum alia persona, nisi illud de falso velit redarguere vel de errore eius probare secundum premissa. Aut instrumentum productum non erat auctenticum & in forma probanti & tunc producẽs censetur illud approbare respectu fidei probatorie quoad omnia ut supra diximus allegando Bald.in d.l.alia colum.ij.post med.C.de his quibus ut in-
104 dig. & alios doct. de quibus supra fides † enim scripture est indiuisibilis quia non potest instrumẽtum probare pro parte & pro parte non Barto. & doct.in.l.si ex falsis in fi.C.de trãsactio. Bal. in consi.ccccv. questio & libr.iiij.Deci.in.c. ad audientiam colum.ij.circa med.versi ij.ampliatur dicta cõclusio de rescriptis.Itaq; videtur concludendum ꝙ producens aliquod instrumentum minus solenne quoad fidem probatoriam, si illud reproducatur contra producentem etiam per aliam personam & in alio iudicio, non videtur ꝙ illud impugnare possit

possit nisi probanda de falsitate quando ignoranter produxisset aut de errore secūdum supradicta.

NEC obstat doctri. Bart. in. d. l. aurelius. §. idem quesiit allegata per dominum Guidonē pape quia respondeo ꝙ licet Barto. formet questionem in instrumento tamen eius doctri. loquitur respectu scripture priuate ut patet ex. l. publia. ff. depositi quam
141 Barto. allegat & in hac † materia est differentia inter instrumentum & scripturam priuatam quia fides scripturæ priuate dependet a potestate eius. contra quem producitur quia si velit eam approbare, fidem faciet alias secus Ideo cum talis fides dependeat a potestate approbantis, poterit approbari in parte & in alia parte separata non, secus in instrumento cuius fides dependet a lege Istam differentiam ponit Alexand. in. l. i. colum. iiij. C. vt que desunt aduoca. Iason licet Alexandrum non alleget in. d. §. morte colum. xiiij. in fi. versi. hinc infertur notabiliter. ff. de operis noui nuncia.

SED dicet aliquis ista responsio procedit in eo qui produceret instrumentū publicum & solenne quoad fidem probatoriam secus quando instrumentū esset minus solenne quia tunc videtur in potestate partis illud probare vel non, respondeo ꝙ immo non dependet a potestate partis eius approbatio, si impugnetur ab eo contra quem producitur Ideo si aduersarius contra quem producitur illud acceptet etiā in aliꝭs partibus tunc ob cōsensum vtriusꝗ lex dat fidem tali instrumento, ob id Alex. in. d. l.

vni. et Ias. in . d. §. morte cũ ministerio loquuntur in scriptura priuata confecta a parte aduersa, cuius approbatio omnino dependet a potestate producentis; pars enim; que scripsit & contra quam producitur, non potest contradicere & contrauenire eius scripture . l. generaliter & auchen . contra qui proprium . C. de non numera. pecu. Ideo in tali scriptura priuata confectu ab aduersario volunt Alexan. & Ias. q̃ possit produci ab alia parte cum illa protestatione in parte & passibus facientibus pro ipso producente & quod iuuet talis protestatio. Iam videmus quod etiam scriptura priuata non potest acceptari in parte tantum quando est facta manu tertij vt supra diximus. & posito idem iuris videatur in instrumento non solenni quod in scriptura omnino priuata; & sic quod vtrunque possit pro-
142 duci cum illa protestatione, tamen aliud videtur quando simpliciter fit productio sine protestatione prout in casu Guid. pape. & ex quo semel scriptura fuit simpliciter & generaliter approbata; non videtur quod amplius possit reprobari reg. quod semel placuit libr. vi. & in terminis tradit Bald. in l. vnica colum. quarta, & . v. C. de confessio. & in capitu. cum dilectus colum. penulti. in fin. versicu. item recipiunt diuisionem de consuetudi. Fely. in d. capi. cum venerabilis columna. vi. versiculo quintus & vltimus casus est de exceptio. & si bene consideretur doctri. Barto. in d. §. idem quesiit. Bartol. loquitur in eo qui statim ab initio

aliquid acceperat in parte & parte non quia ex post facto non videtur permissa talis particularis & diuisa acceptatio. Similiter Felyn. in .d. capitu. imputari in fin. loquitur quando ab initio produ- citur instrumentum cum illa protestatione Rectius tamen ac longius altiusque speculanti opinionem meam subiectam esse volo.

143 SED quatenus † in precedentibus conclusum est ex productione instrumenti minus solennis quoad fidem probatoriam, illud censeri approbatum vt fidem faciat contra producentem modo illud non fuerit per iudicem impugnatum aut reiectum, in contrarium adduco Alexan. in consil. cxxiij. colum. ij. libr. vij. vbi quod producens instrumentum non videtur fateri contenta in eo esse vera nisi quatenus ipsum instrumentum probat, Ideo si instrumentum non probat quia non habeat nisi subscriptionem vnius notarij cum duo fuerint rogati, non nocet talis productio nec censetur producens confiteri contenta in ipso instrumento esse vera, allegat Barto. in. d. l. post legatum colum. secunda. ff. de his quibus vt indignis, sed respondeo quod Barto. ibi loquitur quod non nocet confessio resultans ex productione quominus possit producens falsum dicere & sic aperte vult Bar. quod noceat productio nisi probetur de falsitate aut errore contentorũ in ipso instrumẽto. Ex quo apparet ꝙ Alex. nimiũ generaliter voluit extendere et intelligere dictũ Bar. cõtrariando his quę

dixit idem Alexand.in.d.consi.clxxxiiij. colum.ij. versi.& posito q etiam aliquo modo libr.vij. vbi secutus est Bal in.d.l.alia.C.de his quibus ut indig.

144 AD uertendum † tamen in premissis q si quis producat appellationem partis quatenus facit pro producente, non tenetur recipere contra se verba narratiua partis aut notarij secus in verbis narratiuis ipsius producentis in quibus nihil releuat illa pꝛotestatio rota decisio.cclxxxij.licet quis in nouis.

145 RVRsus † Aduertendum q conclusio supra firmata q illa protestatio produco in parte & passibus pro me tantum facientibus,non iuuat quando aduersarius non consentit tali protestationi, nō ita generaliter & simpliciter debet intelligi in omnibus instrumentis, sed in illis tantum que uel sunt communia aut que pars tenetur producere puta quia in libello actoris fuerunt narrata , ita Alexan. in.d.l.i.colum iiij.versi pro hoc facit quia protestatio.C.ut que desunt aduo. par. iudex sup. & in .d. consi.cxxiiij.ante fi.libr.vij.

IDEO infertur q si quis producit instrumentū non confectum cum ipso producente sed ad petitionem alterius ita q illud non sit commune inter partes nec agens aut excipiens teneatur illud producere, poterit tale instrumentum produci cum illa protestatione non obstante contradictione aduersarij Alex.in.d.consi.cxxiiij.ante fi.lib.vij.

146 SED dum † Alex.vult non iuuare talem protestationem quando esset instrumentum cōfectum cū

ipso producente, de hoc dubitat Fely. in d. ca. cum venerabilis colum. v. in fi. versi. primus est de excepceptio. & sic videtur velle Felyn. quod tale instrumentum proprium possit produci in parte, & pro parte reprobari. quod etiam expresse firmat Fely. in capit. imputari in fi. de fide instrument. dicens ita esse communem opi. sed quomodo poterit producens contrauenire facto suo proprio: nisi probetur error eo casu quo supra diximus tolerabilem esse errorem in facto proprio. & in libro proprio producentis quod non iuuet talis protestatio, tradit Paul. de castr. in consil. cccxxxi. in causa siluestri colum. ij. libr. i.

147 PRE missa † etiam conclusio q protestatio nõ iuuat producentem quando aduersarius non consentit ꝓtestationi nõ procedit in actis que possunt produci cum illa protestatione secundum calca. in consi. viij. colum. fi. post med. Sed certe in actis cõtrarium volunt doct. q produci non possint cum illa protestatione vt per Fely. in. d. c. cum venerabilis colum. vi. versi. quartus casus rursus acta dicuntur communia vt habetur in. d. l. i. §. editiones. ff. de eden. Sed in iuribus communibus non releuat illa protestatio ut supra diximus.

148 NON † procedit etiam premissa cõclusio quando producenti immitari non potest cur non preuiderit quid produceret pura quia propter angustiam temporis, coactus fuerit producere iura sua que haberet in sacculo nam tunc potest producere

cum illa protestatione quatenus faciunt pro producente Fely. in. d. c. imputari in fin. de fide instru.
SED quero circa premissa, aliquis produxit rescriptum quod aduersarius impugnauit de subreptione allegando tacitam fuisse veritatem nec fuisse expressa exprimenda, an tunc productio preiudicet producenti vt non obstante tali subreptione censeatur confiteri contenta in rescripto esse vera, Dic quod sic quia diuersa sunt narrata in rescripto ab his que in eo dicuntur esse tacita, Ideo stant simul quod impetrans aliqua tacuerit & tamen q narrata & expressa sint vera & quia impugnans rescriptum ex capite taciturnitatis veri, nõ dicitur impugnare narrata & expressa in ipso rescripto & ita in terminis questionis nostre tenet Ioan. andr. in. c. cum in positionibus de iureiurand libr. vi. Sequitur abb. in. consi xxxviij. colum. ij. libr. ij. Ias. in consi. cxvi. colum. iij. in fi. lib. ij.
149 QVeritur † etiam in hac materia an producẽs aliquam scripturam possit talem productionem reuocare & pœnitere videns q facit contra producentem, Dic quod non Specu. in titu. de instrumen. editio. §. videndum restat colũ. iij. versi quid si aliquis produxit sequitur Guido pape. q. cxxxi in fi. & q. ccxliij. vbi q ita seruatur de consuetudine licet in contrarium de iure teneat azo secundum eum, Addo roma in consi cccxxxiij. colũ. fi. in vltimo dubio vbi late probat non esse locum reuocationi & pœnitentie post instrumentum productum, non

tamen allegat Specula. ubi supra. Istud tamen intelligerem nisi producens diceret se erronee produxisse & errorem probaret per ea que supra dixi quicquid aliter dicat Specu. in. d. §. videndum.

150 SED quid † in productione testium, an possit reuocari puta produxit quis testes quibus delatum est iuramentum, modo producens non vult talibus testibus amplius vti nec vult eos examinari facere, Aduersarius autem vult quod examinentur An poterit producens pœnitetur, Dic quod non sed debent testes producti examinari Innoc. & doct. in captu. presentium de testibus, sequitur Areti. in consil. cxl. factum sic proponitur colum. secunda vbi idem fortius dicit quando testes iam esset examinati.

151 QVero etiam notarius fuit rogatus de instrumēto ad consilium sapientis, modo instrumētum fuit productum iudicio, an post talem productionem poterit sapiens aliquid illi addere aut detrahere Dic quod non quando simpliciter fuit productum sine aliqua reseruatione sapientis, Ita Paul. de castr. in consil. ccccxv. viso & examinato dicto puncto in vltimo dubio libr. ij.

152 VLterius † quero an ea que in procedentibus dicta sunt circa productionē instrumēti aut alterius scripture locū habeant in productione reali vel verbali tantum qn̄ quis verbo tantum instrumentum pducit, dic ꝙ procedunt in reali productione tantum quia non dicitur productum instrumentum

quod in iudicio solum allegatur Ita Bald.in consil. cx.decreto domini circa fi. libr.i. & sic qui verbo tantum instrumentum produxit illud allegãdo poterit pœnitere & ab eius reali ꝓductione abstinere.

SED tamen aduertendum ꝙ licet quis instrumentũ realiter non produxerit sed uerbo tantum allegauerit,non per hoc videtur locus pœnitentie Immo allegans instrumentum aut illud narrans in multis casibus tenetur illud edere iuxta ea que habentur in l.i.§. edenda.ff. de edendo & latissime per moder.in.c.i.extra de probatio. Est verum ꝙ per solam ostensionem instrumenti factam iudici,non tenetur ostendens illud exhibere abb.in ca. imputari in secundo nota.de fide instrument.

153 A Duerte tamen † ad vnum effectum istius productionis verbalis quia si ex forma statuti terminis datur productioni instrumentorum, satis videtur ꝙ intra terminũ fiat productio verbalis & realis fieri poterit post terminum, Ita Paul. de castr. in consil.ccxlvij. in causa que vertitur saona colum.ij. circa med.lib.i.sed contrarium & melius decidit rota decisione dcccxv.in antiquis, statutum enim loquens de productione debet intelligi de productione reali & cum effectu .l.iij.§.i.ff. quod quisq; iuris l.pen.§.docere.ff.ne quis eum qui.l.iij.ff de testam. mili.l.ij.in fi.C.com.delega.c. relatum de cleri. non residen.mens enim legum est non disputare verbaliter sed determinare realiter & in effectu alias de facili fieret fraus legi Bal.in rubri.ff.de rerum diui-

ſio: circa fi. quod dictum pro egregio commendat Iaſ. in conſi. cxcix. colum. ij. libr. ij. ſed magis in terminis facit quod ſcribit roma. in conſi. lxxvi. in cauſa nobilis viri colum. fi. verſi. preterea non obſtat quod dicitur ubi ſtante ſtatuto ꝙ contra inſtrumentum guarentigie debeat opponi intra quindecim dies, intelligitur ſtatutum ꝙ etiam oppoſitio probetur intra illos quindecim dies allegat Barto. in l. ſi is a quo. ff. ut in poſ. lega. & ſic intelligi debet ſtatutum de oppoſitione reali & effectuali que probetur intra illum terminum non de verbali ꝙ ſufficiat verbaliter opponere intra terminum licet probatio fiat poſt terminũ. Nec obſtat quod dicit Pau. ſatis eſſe ꝙ teſtes iurent in termino licet deponant poſt terminum quia ratio eſt quia examinatio et depoſitio teſtium refertur & retrotrahitur ad tempus iuramẽti & ſic cenſetur facta in termino, Que ratio ceſſat in productione reali facta poſt terminum quia illa non poteſt referri ad tempus productionis verbalis cum talis productio verbalis nihil ſit quia
154 ✝ vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt. l. domicilium. ff. ad municip. l. alimenta. C. de nego. ge. l. acceptam. C. de vſur. l. fi. C. de vſuris pup. c. i. de eo qui mittitur in poſ. ſed vbi teſtes iurant in termino, ibi interuenit factum. ob id paulus arguit ex diuerſis & ſeparatis in ratione.
155 AD uertendum ✝ hic tamen eſt ꝙ non ſufficit inſtrumentum realiter in iudicio produci, niſi eius copia parti concedatur alias productum dici non

poteſt, ſi copia parte denegetur conſequenter tale inſtrumentum non probat .l.fi. vbi ſali .C. de fide inſtru. Barto. in extrauagan. ad reprimendum in verbo de plano refert rippa in .l. quod te colum. xx. circa med.ff. ſi cer.pet. Addo roma. in conſi. clvi. honorande domine columna prima verſiculo quarto premitto & in conſilio ccccxix. Socy. in conſilio.cv. columua prima poſt med. libr. quarto .Idem ſi producens inſtrumentum illud ſtatim reportat quia non probat Specu. in titul. de inſtrument. editio.§. videndum & ibi Ioa. andr. Corn. in conſilio.lvij.colum. ſecunda ad fin. libr. tertio & quod ſcribit Areti. in conſilio.cx.clariſſime colum. ſecunda vbi quod non dicitur mandatum productum niſi illud regiſtretur in actis licet appareat in actis illud fuiſſe productum , ſequitur Curtius ſenior in conſilio.lxxvij.ſup motiuis colum.i.in fin.

156 PRE miſſa † tamen non procedunt in productione ſimplici que non fit ad effectum probationis ſed tantum pro informatione animi iudicis puta ad tollendum aliquam ſuſpitionem quam iudex forte contra producentem concipere poterat, In tali enim productione non requiritur quod parti detur copia Bald. in.l. ſi quando.q. vltima.C. de teſtibus roma. in.d. conſilio. ccccxix. in princi. Guido pape.q. ccxli. Idem quando fit productio ad effectum ne tranſeat tempus prefixum a ſtatuto ad producendum quia talis productio fieri poteſt etiam parte non citata ut per Iaſo. in .l. prima

circa fin. C. quan. libr. princi. datus.

15 SED quo Vlterius aliqs pduxit depositiones testium qui solum deposuerunt de credulitate: eorum, an censeatur approbare eorum dicta quoad plenam fidem roma. in cons. ciiij pater reuerende in fi. q sic, q dictum pro singulari refert & sequitur Ias. in consi. lvij colum. iiij. in fin. lib. i.

SED aduerte quia istud non videtur ista simpliciter intelligendum, vbi enim producit quis testes nondum publicatos quorum dicta ignorat, licet censeatur approbare eorum personas, non tamen censetur approbare eorum dicta, Ideo si testes producentis essent contrarij, statur testibus melioribus & potest aliquorum dicta approbare & aliorum reprobare Ita Bald in capi. in nostra versicu. tertius articulus de testib. tradit idem Bald. in .l. in bonefidei columna fin. C. de rebus credi. Sequitur Alexandr. in consil. lxvi. columna penulti. in fin. versiculo. Item non obstat si diceretur libr. primo Ideo si testes producentis aliquid deponerent contra eum non solum de credulitate sed etiam de scientia & affirmatiue, posset producens reprobare talia dicta probando de contrario, quando ignorans talia dicta produxisset secus si scienter quis produceret dicta testium puta post publicationem Fely. in d. capi. imputari columna prima versic. quarta declaratio de fide instrument. vbi q tunc equiparantur productio attestationum & instrumentorũ. Nec illud omitto q pducens tests adeo cēse-

tur eorum personas approbare ꝙ non potest contra eos apponere si ab altera parte producantur licet non fecerit eos iurare nec examinare quia eo ipso ꝙ nominauit videtur approbasse Bald. in .l.i.§. bestias.ff.de post cū simil.vt per Cur.seniorē in cō.
25 s.lvi.col.iij.in fi.Hic etiā † querit in materia productionis, an sufficiat productio generalis puta produco iura mea vel documenta mea, Dic ꝙ non nisi talis generalitas certificetur per relationem ad aliud, puta produco iura que in sacculo habeo vt per doct.in.d.c.imputari de fide instrument. Deci. in.c.pastoralis colum.vi.versi & quod dictum est de exceptione generali de exceptio. Quod tamen non procederet quando talis productio fieret cum protestatione quatenus faciunt iura pro producente quia tunc videtur productio incerta secundum Anto.in.d c.imputari calca.in.d. consi.viij. colum. fi.circa med Ias in.l.titie textores colum.ij.versi. tertio adde.ff.de lega.primo.

CONtrarium ꝙ non valeat talis productio generalis iurium que quis habet in sacculo licet simpliciter fiat sine illa protestatione, quando aduersarius cōtra quem fit productio, opponit de generalitate, tenet barba.in consil.viij.in ultimo dubio libr.i.Ad quem se remittit Deci. in.l. ij. colum.vij.post med. C.de eden Idem voluit bertachi.in prima parte sui reperitorij in verbo acta versic.lxxvij. vbi ꝙ non sufficit producere acta simul in filza & in genere sed omnia sunt specifice producenda allegat Bart.

in.l.naturaliter.§.nihil commune colum.x.versi. ij. quero vtrum in casibus ibi sit tamen cantus .ff. de acquir. pos. Alexan.in.d.l.ij.in fin. C.de eden. Idem tenet aufrerius in decisionibus tolosa. q. clxxxviij. vbi q non sufficit processum in genere producere nisi acta specificentur, Allegat Barto. in .d.§. nihil commune. Addo Specul. in.d. titu. de instrument. edi.§.videndum colum.i.vers.quid ergo, vbi q nõ valet productio quattuor aut quinque instrumentorũ nisi illa specificentur quia nõ potest dici fuisse producta magis ista q̃ illa quod dictum sequitur Corn.in consi.xiiij.ad fi.libr.ij.

SED puto primam opi.veriorem q sufficiat productio generalis iurium que quis habet in sacculo modo simpliciter fiat & sine illa protestatione quatenus faciunt pro producente, Quam opi.tenet Anto.in.d.c.imputari, sequitur Felyn.ibi post abb. & Imo.per eum allegatos, sequitur etiam calca.in .d. consi.viij.colum.fi.Decius in.d.c.pastoralis colum.
159 vi.de exceptio.& † confirmatur ista opi.ex dicto Barto.in.l.accipientis.ff. de autori. tuto. vbi q valet comparitio generalis procuratoris compareo pro omnibus meis causis coram vobis pendentibus, quia non dicitur incerta talis comparitio cum certificetur per relationem ad aliud idest ad causas pendentes. Eodem modo non dicitur incerta productio quando certificatur per relationem ad iura que sunt in sacculo, esset autem incerta productio quando quis non produceret omnia iura existẽtia

in ſacculo ſed ea tantũ que faciunt pro producente. ¶ Nec procedit reſponſio barba. ad dictum Barto. in.d.l. accipientis quod in caſu Barto. comparitio non eſt incerta, quia illa reſponſio confundit dictum barba. cum etiam in productione iurium que ſunt in ſacculo nulla ſit incertitudo immo eadem & tanta certitudo que eſt in comparitione procuratoris per relationem ad aliud.

NON obſtat quod dicit bertachi. in .d verbo acta quia reſpondeo quod Barto. & Alexan. per eum allegati nihil dicunt de eo ad quod allegantur per ipſum bertachinum, ſolum enim dicunt neceſſariã eſſe reproductionem actorum in alio iudicio, Sed quod reproduci debeant in ſpecie & quod non ſufficiat productio generalis que tamen certificetur per relationem ad aliud, hoc non dicunt, Sic etiam male allegatur Bartol. per aufrerium qui fidem bertachi. ſimpliciter ſecutus eſt. Aliter etiam reſpondeo quod ſatis in ſpecie dicitur fieri productio quando illa ſpecificatur & certificatur per relationem ad aliud. Expreſſum † enim & certum
260 quid dicitur per relationem ad aliud .l. pretor ait §.ſi iudex &.l.in ſumma.§.i ff.de re iudi.l.pen .C. de ſenten.que ſine certa quanti.pro.domi. in capitulo preterea in tertio nota. xxiij. di. & per moder. in dicto .§. ſi iudex.

NON obſtat dictum Specul.in.d.titu.de inſtrumen. editio.§.videndum columna prima verſicul. quid ergo quia reſpondeo quod in queſtione ſpecula-

toris productio erat omnino generalis & in certa non specificatis instrumentis per se nec per relationem ad aliud adeo quod sciri non poterat que essent illa quattuor aut quinque instrumenta producta, Ideo si producens diceret produco quattuor aut quinque instrumenta que teneo pre manibus vel que apud notarium actorum relinquo vel que sunt in hoc sacculo, sine dubio putarem non procedere dictum specula.

VISum est in precedentibus & circa hanc secundam limitationem quod scriptura priuata fidem facit: quando est approbata a parte expresse vel
161 tacite produeendo eam, Sed † nunquid dicatur approbari scriptura priuata ex eo quod pars contra quam producitur, nihil opponit contra eam, Bald. in l. fin. in secunda oppo. C. si cer. pet. quod non contra Ioa. de Areti. Sed idem Bald. in l. si ex cautione in quarta questio. C. de non numera pecu. quod vbi producitur scriptura continens confessionem rei, quod nisi reus illam neget aut contra eam opponat, censetur illa approbare adeo quod confessioni sue contrauenire non poterit, Ista duo dicta Bald. male conuenientia citat Alexandr. in apostil. ad Bartol. in l. quo enim. §. primo. ff. rem ratam habe. dicens esse bene not. nec aliter soluit difficultatem.

QVID tenendum, mihi magis placet opi. Iacobi de Are. q censeatur approbata scriptura priuata non apponendo quã opi. tenet Anto. de Bu. post hosti.

in ca. quoniam contra de proba. refert & sequitur Alexand. in consil. clxxxv. in fi. libr. vi. bertachi. in tertia parte sui repertorij in verbo scriptura el. i. ver. cxxxvij. & ꝓ hac opi. facit Guido pape. q. ccxxi. colum. fi. & . q. cccciiij. vbi ꝙ exemplum instrumenti minus solenniter sumptum fidem facit parte non opponente, est verum ꝙ loquitur pape de stilo curie parlamenti sed idem puto de rigore iuris quia
162 † tacens in iudicio habetur pro consentiente. c. ij. de appella. libr. vi. Bartol. in. l. vnica . C. de relatio. Veronensis cautela lxxxvij. est dubium Deci. in. d. c. quoniam contra colum. xix. versic. & predicta cõclusio & in. c. intimasti colum. ij. de appella.

ET si dicatur premissa procedunt in actu iudicis cui partes tacendo & non apponendo censentur acquiescere, sed nos loquimur in actu quia actus iudicis contra quem non opponitur, transit in rem iudicatam, respondeo ꝙ idem videtur in actu par-
163 tis, nam videmus † ꝙ si falsus procurator producit instrumentum mandati minus legitimi, & pars non opponat, censetur mandatum approbari Bartol. & doct. in. l. licet vbi Ias. colum. pen. in tertia fallentia. C. de procura. ¶ Smiliter pater nõ potest esse testis pro filio nec econtra . l. parentes vbi glo. & doct. C. de testibus, & tamen si pars nõ opponat admittitur testimonium patris pro filio Barto. in l. qui testamento. §. quecunq; colum. pen. ff. de testam, refert & sequitur Decius in. l. qui iurisdictioni ad fi. ff. de iurisd. om. iud. Idẽ in testimonio

fratris

fratris pro fratre & vxoris pro marito ꝙ admittitur parte non opponente. Spec. in tit. de teste. §. i. versic. quid ergo si aduersarius, sequitur rippa. in. l. iiij. §. hoc autem iudiciũ colũ. iij. ff. de damno infecto, aufrerius in decisio. tolosa. q. iiij. colũ. pen. in fi. ¶ Similiter tacens in iudicio & non opponens contra protestationem partis, censetur ipsi protestationi consentire glo. in. l si fideiussor in prin. in verbo recusare. ff. qui satisda. cog. Bald. in consilio cccxviij. practica ciuitatis colũ. prima in fi. libr. i. prepositi. in. c. sollicitudinem colũ. xxi. in sexta fallentia

164 de appella. car. lxvi. ¶ Similiter sollennitas † extrinseca presumitur interuenisse in actu, quando defectus ipsius solennitatis non fuit a parte allegatus compo. in. c. cũ dilectus de consuetu mathesila. no. xiij. Anto. & imo. in. c. sicut de re iudica. refert & sequitur Socy. in consi. cclxx. col. iij. versi. & hoc maxime libr. ij eodem modo dicendum est ꝙ presumatur veritas scripture priuate idest ꝙ in veritate gestum sit negocium prout in tali scriptura continetur postꝙ̄ pars non apposuit. Pro hoc quod scribit collegium doct. Bononie inter consi. Curtij senioris in consi. v. colũ. xiij. in fi. versi. quarto quia vbi ꝙ agens ut agnatus debet obtinere licet non probet se agnatum quando non fuit in specie oppositum & sic fortius vult ꝙ non sufficiat oppositio generalis de quo tamen dubitarem stante oppositione generali. Est verum ꝙ contra doc. Bononie videtur decisio cardi. in consilio. lxxij. quem se-

quitur Deci. in consilio. lxi. post princi.

265 Immo fortius † quandoque operatur taciturnitas in iudicio, q̃ꝫ consensus expressus patet quia substantialia iudicij expresse remitti non possunt & tamen remittuntur tacite non opponendo vt per decium in. l. vinum colū. pen. ff. si cer peta. Iam videmus generaliter quod non opponens in iudicio ius sibi competens illi censetur renunciare cap. super litteris de rescrip. ca. cum olim. i. de offi. delega. que duo iura ad hoc citat prepositus in cap. si duobus colū. ij. in princi. de appella. car. xiiij. tradit calca. in consi. xvi. colū. ij. circa med. & colū. seq. Deci. in. l. si per errorem colū. ij. versi. quinto fallit. ff. de iurisd. om. iudi. ¶ Hanc tamen opi. quod non opponens contra scripturam minus solennem censetur eam approbare, intelligo quādo quis nō opponeret expresse nec tacite ipso facto secus si facto opponeret puta petēdo se absolui a petitis partis vel quod cōclusa per partē fieri non debent, nam satis videtur opponere contra producta per partem si enim approbare vellet non posset ita petere quia stante veritate scripture producte deberet condemnari non absolui. l. Paulus respondet non tantum verbis. ff. rem ra. ha. cum simil.

EX premissis locupletam abunde habes hanc secundam limitationem quod scriptura priuata fidem facit quādo fuit approbata a parte expresse vel tacite eā producendo aut cōtra eam nihil opponēdo.

266 TErtio limitatur † memorata conclusio nisi ta-

lis ſcriptura ſit ſignata aut ſubſcripta a partibus & tribus teſtibus integre & probate opinionis.l.ſcripturas inſi.C.qui potio.in pigno.hab.

SED ad intelligentiam iſtius tertie limitationis de pluribus quero & primo in caſu .d.l. ſcripturas ſufficiat ſubſcriptio trium teſtium feminarum Bal. ibi tenet quod non quia text. requirit ſubſcriptionem virorum , ſequitur Deci. in capitu. quoniam columna ſecunda in fin.verſicu.ſecunda concluſio de teſtibus & in capit. ſecũdo columna ſecunda de fide inſtrument.vbi quod opi. Bald. communiter approbatur.Idem tenet Socyn. in conſil. cclxxiiij. columna.ix.verſic.poſtremo dico libr.ſecundo Iaſ. in.l.ſi quis id quod colum .v. in decima limitatione.ff.de iuriſdi.om iudi.quicquid in contrarium arguat idem Iaſ in.l.i.colũ.ij. poſt med.ff. de legibus vbi ꝙ verbum virorũ videtur appoſitum gratia frequentioris vſus non ꝙ per hoc cenſeantur excluſe mulieres.quod tamen fuit argumentũ Alex.in.l.i.ff.de ver.ſigni.in apoſtil ad Bar.quem Iaſ. obticuit ſed Alexand.ſequitur bertachi.in ſuo repertorio in verſi. ſubſcriptio verſiculo. xxxiiij. ſed reſpondeo quod immo text. ibi non loquitur de viris gratia frequentioris vſus ſed cum miniſterio quia in dubio, verbo debent cenſeri appoſita cum miniſterio alicuius , operationis .l. ſi quando.ff.de legat. primo .l. prima in princip. & ibi nota .ff. quod metus cau.l. prima in fin. cum ibi nota .ff. ad municipalem. ¶ Rurſus quan-

aliunde scriptura sit omnino priuata non confecta secundum solennitatem loci & facilius fit extẽsio in consuetudine exorbitanti aut limitatoria q̃ in correctoria per ea que no. in l. si cõstante. ff. sol. matri. & in consuetndine quod credatur scripture omnino priuate, illa indistincte non valet vt infra videbimus.

198 SEcundo † sublimitatur dicta quarta limitatio vt non procedat quando ageretur de crimine quia non probatur crimen ex scriptura minus solenni licet reperta in archiuio publico Ias. in cons. xxxiiij. col. pen. in prin. lib. i. Aduerte tamen quia Iaso. non se fundat ex eo q̄ talis scriptura dicatur minus solennis sed quia per instrumentum etiam solenne & publicum crimen probari non potest Bartol. in l. in senatus in princ. ff. ad turpil Bald in l. contra negantem. C. ad legem aquil de quo late per Felyn. in c. cum in ecclesiis de maio. & obedien.

199 QVInto † limitatur dicta conclusio vt non procedat in scriptura priuata longo tempore obseruata pro publica Alexand. in d. cõsil. cxxxviij. colum. tertia versic. idem voluit Ioan. and. lib. primo allegat Anto. de Butr. in d. c. secũdo colũ. tertia versi. octauus casus & seq. de fide instrument. & quod infra dicam nume. cclxxxiiij.

SED aduertendum circa istud dictum quia si Alexã. intelligit de obseruantia scripture pro publica ex eo q̄ sepius fuerit in iudicio producta & habeat ac obseruata pro publica, non videtur necessarium

ꝙ longo tempore pro tali & publica fuerit obseruata cum ex vnica productione dicatur approbari vt supra late vidimus in materia productionis, nisi dicas ꝙ illud procedit inter ipsas partes secus quoad alios tertios contra quos necessaria videtur obseruantia longi temporis & de ista obseruantia loquitur Alex.in con clxxxvij.lib.vij.Bal.in.l.exẽplo.C.de probatio.Bart. in extrauaganti qui sint rebelles in vltima glo.geminia.in consi.xv.reueren de co.fi.circa med.Secũdo modo potest intelligi dictũ Alex.de obseruantia non ex productione & vsu scripturae sed qa iuxta eius formam & tenorem aliquid fuerit obseruatũ puta in scriptura minus solenni continetur quod titius vendidit Sempronio fundum, reperitur quod sempronius longo tempore tenuit illum fundum prout disponitur in ipsa scriptura, vel producitur testamentum minus solenne, tamen reperitur quod legata fuerunt soluta ad formam ipsius testamenti, quo casu licet certum sit scripturam solennem non esse, tamen veritas facti, an ita actum, sit prout in scriptura continetur, est in dubio Que dubitas, videtur certificari ex obseruantia subsecuta, argu.l. minime & .l. si de interpretatione .ff. de legibus & sic ista obseruantia videtur habere vim testium deponentium super veritate facti quando scriptura, non est solennis & quod ex tali obseruantia detur fides scripture minus, solenni, tradit Cynus. in allegationibus suis,

que sunt inter consilia Bal. post con. cccc. super primo puncto, colum. i. lib. iiij. & dicit Bald. in consil. ccccij. queritur an per solam diffamationem in fin. libr. v. ꝙ instrumenta per sententiam & obseruantiam partium transeunt in perpetuam fidem. Idem voluit Ias. licet premissa non alleget in consil. clxi. colum. iiij. in prin. libr. ij. vbi ꝙ patientia secuta iuxta tenorem precedentis instrumenti non solennis,
200 dat fidem instrumento quia † quando patientia habet aliquod preambulum seu dispositionem precedentem preiudicat & disponit allegat Bald. in .l. licet. C. de iure deliberan. & in rubr. de inuesti. de re alie. facta in vsibus feud. & ꝙ fides scripture non solennis iuuetur ex obseruantia subsecuta scripsi in consi. meo. ci. colum. ij. & in consil. clviij. colum. i. Quibus addo text. in. l. i. in. l. ij. & .l. si veritas .C. de fideicom. vbi ꝙ testamentum minus solenne censetur approbatum ex eius obseruantia & implemento. que iura citat roma. in consi. ccxxij. dubitatur. Sed hoc intellige quando expressa confessio preiudicaret Ideo in testamento non indistincte hoc procederet quia confitens testamentum esse factum sed minus solenniter sibi non preiudicat vt supra vidimus nu. cviij. cxx. ob id non preiudicat obseruantia nisi secundum terminos. d. l. i. ij. & .l. si veritas. C. de fideicom. rursus in ista obseruantia habenda est ratio an quis sciuerit vel ignorauerit ipsam scripturam & defectum eius solennitatis in casibus in quibus toleratur error. iuris per ea que habentur in .l.

si certis annis. C. de pactis & ꝙ ignorans defectum solennitatis non censeatur scripturam approbare tradit Veronensis in consil. liij. colum. v. per text. in l. post legatum in princi. vbi glo. & Barto. ff. de his quibus vt indig. in. l. postq̃ vbi Bald. & Ange. & in. l. legitimam vbi glo. ff. de peti. heredi. tradit Socy. in con. lxxix. colum. v. post med. & seq. lib. iiij. Deci. in consil. ccccccxviij. colum. i.

201 SExtam † limitationem ponit Ias. in repe. d. l. admonendi colum. xli. versi. adde sextũ casum, quando priuata scriptura reperitur in actis quia fidem plenam facit allegat Bald. in. l. ne in arbitris in tertio nota. per illum text. C. de arbi. sed Ias. refert eundem Bald. in auctem. offeratur colum. pen. C. de litis conte. istud declarantem quando notarius actorum redegit eam in actis & proprio testimonio confirmauit, Idem dicit Iaso. quando priuata scriptura fieret coram iudice & coram & publicaretur, allegat Anto. de Butr. in. d. c. ij. de fide instrum. sed dicit Iaso. fidem tunc fieri propter testes qui interueniunt in publicatione. Addo vltra Iaso. Ioan. de ana. in consi. xl. vbi voluit ꝙ priuata scriptura facta in iudicio probet propter calorem iudicij. si-
202 mile † videmus ꝙ contra mandatum factum in iudicio nihil opponi potest ang. in. §. si autem col. ij. insti. de satisda. per text. in. l. i. C. de satisda. similiter subscriptio duorum notariorum alias necessaria, non requiritur quando actus fit in iudicio Deci. in. c. sicut colum. v. de proba. hyppoli. in rubr.

C.de proba.car.xij.col.iiij.versi.intellige etiam pre dicta rebuffi in tracta.nomina.in.xij.q. prin. num. xvij.pagi.lxxi.Addo dictum Bal. in consi. cxviij. quia plenissime colū.ij.lib.iij.vbi ꝙ notariatus probatur ex quasi possessione etiam non longi temporis quando fecit quis scripturas in iudicio quia nō est verisimile ꝙ iudex eum tolerasset pro notario si non fuisset & sic calor iudicij multum addata ro

203 boris addit fidei probatorie.& ista † sexta limitatio vdetur procedere dummodo appareat scripturam factam esse in iudicio per attestationem notarij actorum quo casu non videtur scriptura omnino priuata & solū speciale videtur in tali scriptura ꝙ non requiritur illa sollennitas de qua in.d.l. scripturas.C.qui potio. in pign. hab. sine testimonio autem notarij actorū esset absurdū ꝙ scriptura priuata reperta in actis fidem faceret qa in actis multa producuntur que fidem non faciunt, Ideo oportet ꝙ notarius actorum testetur non ꝙ talis scriptura in actis producta est sed ꝙ apud acta fa

204 cta est & † talis attestatio aut subscriptio notarij actorū vim habet subscriptionis testium Guido pape.q.clxxv.allegat salice.in.l.ad instructionē.C. de epi.& cleri. & licet Guido pape requirat etiam sigillum,illud est in litteris iudicialibus que non recipiunt fomentum a consensu aut rogitu partium secus in scriptura iudiciali que fit de mandato & voluntate partium.

205 SEptima † datur limitatio in libro rationū scri-

bentis quando continet verisimilia Guil. de cu. in. l. edita. col. iij. versi. sed quero quem effectū habet. C. de eden. vbi ꝙ libro rationū tutoris, procuratoris seu negociorū gestoris creditur cū iuramento scribentis quando cōtinet verisimilia arg. l. si quis pro redēptione. C. de dona. & l. per hanc. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. sequit Bal. in. l. i. ante fi. C. de edē. & ibi Alex. ante fi. versi. extra glos. & idem Alex. in consi. liiij. col ij. versi. & tanto magis lib. ij. Deci. in. d. l. i in secundo nota. C. de eden.

SED aduertendū est circa hanc limitationem ad multa, & primo dū videtur equiparari tutor, procurator & negociorū gestor circa fidem librorum, nam videtur ꝙ inter eos magna sic differentia & in primis non videtur bona differentia inter tutorem & negociorum gestorem, quia officium tutoris est necessariū, gestoris vero negociorū voluntariū & magis videtur imputandū negociorum gestori qui vltro se ad gerendum obtulit cur non cantius sibi prouidit q̄ꝫ tutori arg. l. si fideiussor §. qui necessaria ff. qui satisda. cog. Rursus tutoris persona videtur approbata siue a testatore siue a iudice quando sumus in tutore testamētario vel datiuo, cuius approbationis ratione fides maior habenda videtur eius scripture q̄ꝫ scripture vnius negociorū gestoris per ea que supra dicta sunt in secunda limitatione & per ea que statim dicam in scriptura procuratoris.

SImiliter non bene videtur equiparari procurator tutori, & minus negociorum, gestori quia

persona procuratoris expresse & immediate approbatur a domino constituente sine ad iudicia sine ad negocia, & dominus constituendo procuratorem videtur confessus de eius & legalitate ob id scriptura vnius procuratoris sic approbati. maiorem fidem videtur facere & plene videtur probare pro scribente contra constituentem cum iuramēto ipsius scribentis. & ita hac ratione in libro preposito negociationi exercende decidit Pau. de castr. in consil. cccxiiij. omisso primo colum. ij. circa med. lib. ij. allegat nota. in. l. fi. §. in cōputatione super gl. in versi. approbauerit. C. de iure delib. & l. fi. §. vt autem. C. de bonis auto. iudi. pos. l. theopompus in arg. ff. de dote prelega. Ad idem facit quod Socy. scribit in consil. ccxci. colum. viij. in fi. versi. preterea etiam predicta comprobantur libr. ij. vbi ꝙ scripta a communi institore continentia data & recepta presumuntur scripta de voluntate et mandato sociorum quia presumitur pro institore deputato & approbato ipsis partibus.

206 SE cundo aduertendum † in libro administratoris puta tutoris curatoris & similium quorum persone nō ita immediate a parte approbantur, ꝙ non simpliciter videtur fidem facere etiam in verisimilibus & cum iuramento, quid enim si agatur de magna summa, certe si in magnis fidem faceret, occasio videretur prestari delinquendi & pupillos aut adultos spoliandi & sic dictum illud Guil. de cu. in. d. l. edita restringendum videtur ad summas

paruas aut mediocres non etiam intelligndum in summis magnis que res arbitrio iudicis committi videtur, ita Alexand. in consi. vltimo col. iij. versi. consideratur etiam aliud lib. vij. & in expensis magnis ꝙ non probentur libro rationum administratoris tradit Ang. de cast. inter consilia calca. in cõs. xciiij. versi. quantum vero ad secundum de expensis Bald. in. l. id quod pauperibus ante fin. versi. ij. quero & in. l. nulli colum. iij. in fi. versi. ex predictis sequitur determinatio. C. de epi. & cleri. quem refert & sequitur Pau. de cast. in consil. ccci. ad bene examinandum in tertio dubio lib. i. Deci. in. d. l. in secundo nota. C. de edendo & in. d. ca. ij. colum. v. circa med. versi. eodem modo de fide instru.

SED considera circa istas summas magnas ꝙ immo videntur probari libro rationum si sunt verisimiles ex eo quod scribit Barto. in. d. l. fi. §. in computatione colum. i. versi. vltimo possumus dicere. C. de iure deliber. vbi ꝙ etiam expensam magnam iudex taxat inspecta qualitate cause in qua expenditur prout etiam dicitur de expensis litis, si iudex taxat expensam magnam secũdũ qualitatem cause quid aliud importat qualitas cause ꝙ̃ ipsa verisimilitudo, si enim qualitas cause ob quam expensum sit non suadeat tantam expensam, quanta in libro descripta sit, iam liber dicitur continere expensam non verisimilem. & ꝙ Bart. valuerit expensam magnam probari libro rationũ quando est verisimilis, adduco Socy. in consi. lxxxij. colum. vij. post

med. libo.vij. vbi Socyn. allegat Bartol. in. d.§. in computatione velle expensam probari assertione tutoris quatenus est verisimilis per .l. fina. C. de alim. pup. pre. & tamen dum Bartol. allegat. d.l. fin. loquitur in ista expensa magna. ob id tota vis consistere videtur in ista verisimilitudine an sit vehemens aut leuis Quid enim si administrator scripsit in libro se dedisse annulos aut iocalia pro sorore pupilli aut adulti etiam magni valoris & hoc sit multum verisimile secundum qualitatem personarum & consuetudinem regionis & ipse administrator sit persona legalis & fidedigna vel quid si etiam de summis magnis administratores instrumenta fieri facere non consueuerũt, Certe isto casu cessare videtur fundamentum Bal. in. d.l. id quod pauperibus & .d.l. nulli. C. de epi. & cleri. vbi voluit imputandum esse administratori cur non curauerit instrumentum fieri de summa
207 magna nam † dico culpam administratori imputandam non esse si id non egit quod ab alijs fieri consuetũ non est sed satis est ꝙ imitatus fuerit consuetudinem aliorum omnia describendo in libro rationum l si pignore. §. fi. vbi Barto. ff. de pigno. actio. Pau. de cast. in consi. ccccxxiij. quia scio colũ. pen. post med. lib. i. vbi ꝙ sufficit fieri quod ab alijs consuetum est fieri & in pulchro casu tradit Anchar. in consi. cccxlviij. pro decisione Ioan. de ana. in consilio. lxxi. columna tertia Areti. in consilio. xxxi. considerata columna. fin. versicu. preterea vt

in facto Corn. in consilio. cviij. columna tertia versiculo nec etiã obstat quod plures lib. primo & in consilio. xxviij. lib. tertio cum simil. & in terminis expense magne quod probetur libro rationũ administratoris quando de ea instrumenta fieri non consueuerunt tradit Corn. in consilio. lxxxi. colũ. pen. post med. lib. quarto ad idem facit abb. in consilio. xxxvi. columna fin. lib. secundo vbi quod liber rationum probat pro scribente in his de quibus instrumenta fieri non consueuerunt.

208 CO nsidero † etiã circa magnitudinẽ cause aut expensarum quod illa probatur solo libro rationum cum iuramento scribentis quando talis expensa probatur verisimilis ex euidentia operis puta testator mandauit construi capellam quam tutor edificari fecit vel domus minoris, refecta est, euidentia enim edificij satis arguit veritatem ipsius libri ita Bald. in. d. rubr. C. de fide instrumento. columna. x. versiculo sequitur videre, quid si ex alio expensa magna sit verisimilis & ex alijs coniecturis, certe idem iuris videtur statuendum vt ibi, per Bald. & verisimilitudo est illa que totum facit siue expensa sit parua, siue magna, bene fateor quod verisimilitudo, maior desideratur, in expensa & causa magna quam in parua.

209 NON omitto † circa dictum Bal. in. d. l. id quod pauperibus & in. d. l. nulli. C. de epi. & cleri. ꝙ ex eo videtur impugnari dictum Pau. de castr. in. d. consi. cccxiiij. libr. ij. vbi voluit standum esse libro

inſtitoris etiam pro eo aut in eius fauorem contra
dominos cõſtituentes quaſi eius fides cenſeatur ap-
probata, nam Bald. in. d. l. nulli ex hac ratione pri-
mo arguit in fauorem executoris ꝙ eius aſſertioni
& libro rationum credatur quaſi eius conſcientię
totum commiſſum ſit & tamen contrarium deter-
minat Bald ꝙ immo ei non credatur in ſummis
magnis ſed ꝙ ei videtur imputandum cur non ſu-
per magnis inſtrumentum fieri curauerit. Solutio
dici poteſt ꝙ data paritate terminorum nulla ſit re
pugnantia inter dictum Bald. & Paul. quia aut eſt
in vtroq; conſuetudo ꝙ de magnis fiant inſtrumẽ-
ta & idem in vtroq; videtur dicendum Aut eſt
conſuetudo contraria quod non fiant inſtrumenta
& idem ſimiliter ius aut nulla probetur conſuetu-
do & tunc forte dictum Bal. videtur verius etiam
in inſtitore, nec obſtat approbatio domini prepo-
nentis eum quia licet approbetur perſona, non ta-
men cenſetur approbatum eius dictum & ſcriptura
vt habetur in. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus, Prete-
210 rea † conſtitutio inſtitoris cenſeri debet facta ſe-
cundum diſpoſitionem iuris communis & prout
ius commune diſponit. l. quero. §. inter locatorem
ff. locati. l. gallus §. quidam recte. ff. de lib. et poſthu.
l. ſi duo vbi Bald ff. de acq. heredi. c. ex litteris de cõ
ſtitu. c. ſedes de reſcript. c. venientes de iureiurand.
Barto. & doct. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad tre-
bel. Bald. in. l. precibus colum. xij verſi. procedo vl-
terius & quero. C. de impub. calderi. in conſi. xi. in

fi. in

fi. in titu. de feudis. Itaq; si ius commune disponit q̄ administratores de rebus magnis instrumenta conficerent, secundum ipsius iuris formam debet institor facere cum aliter approbatus non dicatur quam ius disponat.

21 TErtio principaliter † aduertendum pro declaratione huius septime limitationis q̄ in casibus in quibus liber rationum administratoris probat, illud videtur intelligendum dummodo scribens sit persona fidedigna Bald. in. d. l. vnica colū. iij. C. de confessis Alexan. in d. consil. vltimo colū. iij. lib. vij. Socy in consil. clxi. colū. ij. versi. nec obstat si dicatur lib. ij. & pro hoc facit, nam stante statuto q̄ credatur iuramento alicuius, oportet iurantem esse omni exceptione maiorem dictum est Anto. de Alexan. in. l. qui accusare col. ij. C. de edendo sequitur Deci in consil. xxxvij. col. iiij. versi. iij. principaliter, ob id infamis infamia facti non gauderet beneficio huius statuti Felyn. in. c. fi. col. i. de testibus sequitur hippa in. d. l. ij. col. iij. ante med. ff. de damno infec. illud etiam dictum Anto. de Alexandro sequitur Iaso. in repe. d. l. admonendi colum. cvij. versi. xxxvi. istud iuramentum. Similiter licet stetur assertioni iurate eius a cuius animo aut conscientia quid dependet, istud intelligitur dummodo iurans sit bene fame glos. in. c. significasti, in versic. si ita est de homicidio. Bald. in. l. falsus. colū. iij. C. de furtis Ias. in. §. sed iste col. xix. nu. xcvi. inst. de actio.

22 QVarto † procedit ista septima limitatio con-

currente difficultate aliter probandi q̃ per librum rationum cum sit difficile super singulis actibus administrationis testes adhibere Alexand. in. d. consi. vltimo colum. iij. libr. vij. Addo Bald. in. d. l. i. ante fi. C. de edendo per. l. rationes. C. de proba. & no. in. d. l. fin §. in computatione. C. de iure deliberan. & tradit Iaso. in repe. d. l. admonendi colum. xlviij. versic. quarto principaliter & ista difficultas probationis argui videtur in actibus qui communiter fieri consueuerunt sine presentia testium & si sint actus qui fiant communiter in domo, tunc etiã per domesticos res probari poterit vt in terminis tradit Corn. in. d. consil. lxxxi. colum. fin. libr. quarto & talis difficultas satis est quod virtualiter & effectualiter allegetur licet non expresse roma. in consil. lxxvij. in princi.

313 QVinto † requiritur vt procedat hec septima limitatio quod res que probari petitam debet per librum rationum sit verisimilis vt supra sepe dictũ est & tradit Paul. de castr. in consilio. cxiiij. in causa que vertitur coram domino vicario in quinto dubio lib. ij. Iaso. in. d. l. admonendi colum. xvij. versi. quarto fallit in prima lectura Deci. in consil. cccccx. colum. i. circa med. & in consil. cccccxcvi. colum. ij. post med. & pro hoc bonus text. in. l. sancimus & auctẽn. ibi posita. C. de iudi. vbi quando dũstatur assertioni alicuius de expẽsis, intelligitur dũmodo dicat verisimilia que iura ad propositum nostrũm citat Areti. in consi. clix. longa colum. ij. versi.

intentio tamen Baldi Socy.in consi.lxxxij.colum. vij.post med.libr. iiij. vbi etiam Socy. allegat text. in l.fin.C.de alim.pup.prestan.

ET de ista verisimilitudine, iudici constare debet Alex.in d.cōsi.vltimo col.iij.lib.vij.Constare aūt debet per probationes nō per diuinationes Bald.in cōsi.lxxviij.textus col.i.lib.iij. probationes autem consistunt in coniecturis cum aliter probatio fieri non possit & coniecture idonee erunt qualitas cause & personarum, facultates bonorum, legalitas scribētis cōsuetudo loci & familie, si enim expensa non sit excessiua secundū vires patrimonij & qualitatē persone eius cuius bona administrantur & scribens sit bonefame & in alijs personis similis cōditionis & patrimonij talis expensa fieri consueuerit, certe dicetur tunc liber continere verisimilia. talis etiā verisimilitudo haberi poterit per relationē expertorū aut peritorū in arte Pau.de ca. in consi. cxiiij.in.v.dubio lib.ij.secūdū ipressionē nouissimā.

214 ET pro hoc† ꝙ liber rationū probet ratione verisimilitudinis facit Ang.in cōsi.cclxvij.col.fi.ver. & secūdū ea que vidi vbi ꝙ testi alias nō idoneo creditur quando deponit verisimilia. ¶ Similiter statur assertioni iudicis vbi alias non staretur quando illa est verisimilis Ancha.in consil. cclxxvij. ex predicta facti narratione col.fi. quod est repetitum

215 in cōsi.cccxxxix. ¶ Similiter† statur cōfessioni alterius etiam in preiudiciū tertij,qñ illa est verisimilis puta qñ maritus asserit se emisse bona de pecu-

nia vxoris, nam statur tali confessioni etiam in preiudicium creditorum, quando est versimilis quia vxor aliunde haberet bona Saly. in.l. si mater .C. de contrahen. emptio. Idem in cōfessione patris qui confitetur se habuisse pecunias a filio, nam licet sit multum suspecta, tamen attēditur si verisimilis sit quia filius esset in aliquo exercitio Ange. in consil. cliij pater emit fundum, sequitur Alexand. in con. xviij. libr. iij. Deci. in consi. xcvi. colū, ij. versic. nec obstat ꝙ talis confessio similiter licet non stetur simplici assertioni prelati super bene meritis quando vult aliquem remunerare tanꝗ benemeritum de ecclesia, hoc tamen fallit quando talis essertio esset verisimilis ex alijs coniecturis Bal. in .l. iubemus. ij. in fine princ. C. de sacrosan. eccles. refert & sequitur Deci. in capit. quoniam contra columna. xxi. in fin. versicu. sed responderi potest de probat. de quo scripsi in consil. xl. col. ij. in fi. & supra nume. lxiiij. & lxv. ¶ Idem econtra, non attenditur confessio quando non est verisimilis Bald. in .l. si quis in hoc genus versi. deinde noto. C. de epi. & cleri. cum simil. vt decius tradit in.l. cum te. ij. colū. ij. an-
216 te med. C. de transact. ¶ Idem † in testibus plene deponentibus quibus potest iudex fidem non adhibere quando deponunt non verisimilia Bartol. Bal. & Ang in.l. lucius in fi. ff. de infamibus, quos ita intelligit Fely. ī. c. auditis col xiij. de prescriptio. Curtius iunior in consi. xvij. col ij. post med. & in consi. lij colum. iij. circa med. versi. puto igitur. Idem

in libro rationum de quo loquimur cui non creditur quando continet non verisimilia vbi alias crederetur Alexan. in consil. lxxxiiij. colum. i. post med. versic. preterea dicta scriptura lib. vij. ¶ Immo
217 † fortius idem in publico instrumento vt non probet quando continet non verisimilia Bald. in. l. scripture circa med. C. de fide instrumento. sequitur Deci. in consil. xi. colum. iiij. in fin. versic. nam quod non possibile in consi. xciiij col. ij. post med. versic. & in probationibus in consi. clxxxix. col. iiij. versi. ij. ad hoc facit in cõsi. cccxcix. col. ij post med. vers. sic etiam concludit Bal. Curtius iunior in. d. consil. xvij. colũ. ij post med. & in consil. clxxviij. colum. ij. Addo abb. in consil. xcix. in fin. libr. i. ¶ Idem in
218 † iuramento quod seruari nõ debet quando continet non verisimilia Socy. in consil. cxciiij. colum. i. versi. tertia ratio est lib. ij. Allegat glos. inter alia in c. nulli in verbo verisimiliter de electio. lib. vi. Idem in articulis dantibus nonverisimilia qui admitti nõ debẽt rota decis. cccccxxx. articuli in antiquis. ¶ Iã verisimilitudo adeo est efficax ꝙ probatio verisimilis sufficit vbi proceditur sola facti veritate inspecta Bal in. l. solam in fi. C. de testibus ubi quod sufficit probatio persuasiua refert ꝙ sequitur Are. in consi. lxi. colum fi. versi. preterea dato in consil. lxxxiiij. col. iij. versi. & hoc maxime est dicendum & in consi. cxxvij. in causa domine antonie colũ. ij. circa med. versicu. & certe in casu nostro. tradit Deci. in. c. dilecti co. iij. de iudi. in cõ. cccccxcv. col. ij.

post med. in consil. cccccxxxi. in fin. & in consil. cccccxcix. in fi. Addo Bald. in consi. ccxl. donatio in fi. lib. i. vbi ꝙ sufficiunt leniores probationes coram arbitratoribus quia procedunt sola facti veritate inspecta. Ista enim uerisimilitudo tota fundatur in iure naturali & dicitur cognata nature Bal. in consi. clxxx. mortuo filio lib. iij. & ista verisimilitudo habetur pro lege Oldra. in consi. xiij. cum questio in fi. & idem iudicamus de verisimili quod de ipsa ueritate hyppol. in practi. cau. crimi. §. expedita nu. viij. & in. l. i. in prin. nu. li ff. de questio.
219 SExto requiritur † ad hoc ut procedit hec septima limitatio, ꝙ liber rationum continet data et recepta, alias si data solum contineret, non crederetur ei etiam concurrentibus alijs circũstantijs Alex. in. d. cõsi. vltimo col. iij. libr. vij. post Io. and. Nicol. matar. & Bald. per eum allega. Addo Barto. in. l. comperimus. C. de nauicular. lib. xi. vbi ꝙ nõ sufficit scribere recepta nisi scribatur a quo receptum sit nominatim & ex qua causa, rursus ꝙ non sufficit scribere data simpliciter sed scribi debet cui nominatim datum sit & similiter dies receptionis & dationis scribi debet, refert & sequitur Corn. in cõs. cxcvi. col. fi. libr. iij. & ꝙ specifice & sigillatim omnia scribi debeant in libro rationum puta ex tali fundo a tali colono & tali anno tantum vt possit reperiri veritas vel falsitas, tradit idem Bart in cõsi. cl. cum predicta examinarem in fin. refert & sequitur Socy. in consi. xlvi. col. ij. post med. versi. secũda

pars conclusionis in consi. lxxiij. colum.ij. lib.i.in consi.clix.colum.ij in consil.cxc.col.i. & in consil. ccxiij.colum.iij.libr.ij.Iaso.in consi. iiij. colum.ij.in fin.libr.iij.Ex premissis apparet ꝙ licet regulariter in scriptura priuata non requiratur appositio diei aut temporis vt habetur in.l.cum tabernam.§.idem quesiit.ff.de pignor.& dictum est supra numer. ci. Istud tamen fallit in libro rationum pro quo text. in.l.i.rationes.ff de edendo cum simil. vt Alexan. tradit in consil.lxx.colum.iij.libr primo & in cōsi. lxxvij.colum.secūda libr.vi. talis tamen liber non continens debitam formam libri puta data & recepta probaret contra scribentem licet non pro eo purpuratus in.d.l.admonendi numer.cxcix.vbi tamen ꝙ tantum probat quantum confessio absente parte de quo infra dicam.

220 SEptimo † requiritur ꝙ talis liber contineat causam, Ideo si quis in libro rationum scriberetur debitor sine aliqua causa,talis obligatio esset inefficax.l.nuda vbi Barto.& doct.ff.de dona. Alexan. in consil.clxxxij. colum.ij.libr.ij. in consi. clxxix. col.i.lib.vi.Probaret tamen semiplene talis scriptura causam non continens roma.in cōsi.ccxcij.in fi. & in cōs.ccclxxiij.in.ij.dubio Cor.in cōs.xcix.col. ij.circa med.lib.iij.Ias.in repe.d.l.admonēdi co.lxij.

221 OCtauo † requiritur iuramentū scribentis ꝙ iuret contenta in libro rationū esse vera Guil. de cu. in.d.l.edita & ita volunt omnes doc. supra memorati tenentes quotiens tenet librū rationum fidem

facere. Pro hoc facit dictum Barto. in. d. l. theopompus. ff. de dote preleg. ubi stāte statuto ꝙ debeat stari dicto denunciatoris, intelligitur dummodo denunciator iuret ita uerum esse, tradit Anto. de Bu. in. c. ueniens. i. de testib. Alexan. in consi. lxxi col. ij. versi. ij. respondeo lib. iij. Iaso. in consi. cxlvij. col. pen. lib. ij. & profecto plus satis absurdum uideretur credi alicui in causa propria sine iuramēto cum illud sit necessarium in teste deponente in facto alieno l. iurisiurandi. C. de testibus. c. fraternitatis in fi. extra eo. titu. Immo ne quidem religiosis tale iuramentum remittitur. in. c. tuis & . c. nuper de testibus.

222 SED quid † si scribens sit mortuus, videretur dicendum talem librum non probare per ea que supra diximus in sexta questione tertie limitationis vbi ꝙ text. d. l. scripturas. C. qui potio. in pign. ha. non procedit quando aliqui ex testibus subscriptis essent mortui qui eorum subscriptiones recognoscere non possent Contrarium in hac difficultate determinat Pau. de cast in. d. cōsi. ccci. ad bene examinandum in tertio dubio lib. i. vbi ꝙ mortuo scribente liber rationum probat quia eius mors vim habet iuramenti, sequitur Dec. in. d. l. i. in secūdo nota. C. de eden. & in. d. c. ij. colum. v. circa med versi. eodem modo de fide instrumento. Immo ex eo ꝙ scribens mortuus est, liber eius rationum maiorem fidem facit Bal. in. l. comparationes col. vij. versic. Cy. firmat. C. de fide instrument. & in. l. inter cartulas. C. de conuenien. fisci debi. lib. x. refert & sequi-

tur decisio Neapoli. decis. xl. in fi. Addo Bar. in. d. l. admonendi col. vij. versi. circa secundum, Socyn. in consi. clxi. colum. ij. versi. nec obstat si dicatur lib. ij. capel. tolosa. q. ccccxcvi. & . clxi. aufrer. boerius in suis decisionibus. q. cv. colum. i. post med. & dixi in
223 consi. clviij col. ij. post med. & quod † dicitur de instrumento minus solenni aut defectuoso q̄ probat semiplene notario mortuo Barto. in d. l. admonendi col. viij. post med. versi. quero quid si in instrumento & ibi scribentes Alexan. in . l. de pupillo. §. qui nunciat colum. ij. ff. de operis no. nuncia. in consil. lix. libr. ij. & in consi clxxxix. libr. vij. Corn. in consil. xxij. col. iij. lib. iij. & si scriptura defuncti fortius probat, non puto requiri maiorem legalitatem in scribente mortuo idest quod fuerit persona magis legalis atq; si ageretur res ipso scribente superstite licet contrarium velle videatur socer meus in. d. l. admonendi nume. cciiij.

NEC obstat argumentum in contrarium de. d. l. scripturas quia illud procedit in casu illius . l. propter instrumentum publicum alterius partis esset enim absurdum q̄ scriptura priuata cuius subscriptiones per testes in ea subscriptos non recognoscuntur, preferretur probationi instrumēti publici, Rursus procedit ille tex. quia mortuis testibus non ita probari potest quod ipsi subscripserint, nos vero loquimur in libro rationū, de cuius scriptura nō dubitatur quin facta fuerit a defuncto, ob id stante hac certidudine mortuo scribente dicitur maioris fidei.

tur decisio Neapoli. decis. xl. in fi. Addo Bar. in. d. l. admonendi col. vij. versi. circa secundum, Socyn. in consi. clxi. colum. ij. versi. nec obstat si dicatur lib. ij. capel. tolosa. q. ccccxcvi. & . clxi. aufrer. boerius in suis decisionibus. q. cv. colum. i. post med. & dixi in
223 consi. clviij col. ij. post med. & quod † dicitur de instrumento minus solenni aut defectuoso q͛ probat semiplene notario mortuo Barto. in d. l. admonendi col. viij. post med. versi. quero quid si in instrumento & ibi scribentes Alexan. in . l. de pupillo. §. qui nunciat colum. ij. ff. de operis no. nuncia. in consil. lix. libr. ij. & in consi clxxxix. libr. vij. Corn. in consil. xxij. col. iij. lib. iij. & si scriptura defuncti fortius probat, non puto requiri maiorem legalitatem in scribente mortuo idest quod fuerit persona magis legalis atq; si ageretur res ipso scribente super stite licet contrarium velle videatur socer meus in. d. l. admonendi nume. cciiij.

NEC obstat argumentum in contrarium de. d. l. scripturas quia illud procedit in casu illius . l. propter instrumentum publicum alterius partis esset enim absurdum q͛ scriptura priuata cuius subscriptiones per testes in ea subscriptos non recognoscuntur, preferretur probationi instrumẽti publici, Rursus procedit ille tex. quia mortuis testibus non ita probari potest quod ipsi subscripserint, nos vero loquimur in libro rationũ, de cuius scriptura nõ dubitatur quin facta fuerit a defuncto, ob id stante hac certidudine mortuo scribente dicitur maioris fidei.

224 NOno † requiritur in tali libro rationum administratoris vt fidem faciat q solum contineat rationes eius cuius bona aut negocia administrat, quis sine alia mixtura rationum ipsius administratoris alias talis culpa in eo deprehenditur ex qua iuramentum in litem deferri posset Socyn. in.d. consi.clix.colũ.ij. post med.versi.ij. probatur libr. ij.allegat Imo post Innoc.& Anto.in.c. cum in officijs de testam.Bald.in aucten. licentiam colum.ij. versi.sed reuoco ad dubium.C.de epi.& cleri.
225 AMpliatur † nunc premissa conclusio q liber rationum administratoris probat concurrentibus nouẽ requisitis de quibus supra, vt procedat etiam in fauorem absentis Barto.in.d l.nuda col.ij. post med.versi.quero quid si in libro rationum ff.de dona.vbi q scriptura semper loquitur Ideo perinde est ac si cum presente res acta sit, sequitur Paul. de cast.in consi. ccccxxxiij. visis omnibus suprascriptis col.ij.post med.lib.i.Alexand.in consi.ccxlv. colum.ij.lib.vi.vbi Alexan.q hoc sine dubio procedit in his qui cõsueuerunt facere & tenere librum rationum quia tacite videtur eis mand atum quod ita scribant Idem tradit Fely.in.c. si cautio colum. viij. in decima fallentia de fide instrumento. & latius in.d.c.ij.colum.vij.versi.secunda conclusio co. titu. Areti. in consil. li videtur dicendum in princi. ¶ Et quod non noceat absentia in scriptura tenet Socyn.in consil. lxiiij.in fin. libr. tertio. Bald. nouel.in tract.de dote in .vi. parte priuilegio.lxxviij.

colum. secunda versic nec obstat ratio. Bartol. vbi tamen quod hoc procedit quando verba scripture directo diriguntur in absentem vt creditorem secus si enunciatiue fierent mentio de absente & propter aliud. Barto. etiam opi. in. d. l. nuda quod absentia partis non noceat in confessione que fit per scripturã generaliter tenet & defendit. Deci. in. d. c. secundo colum. quinta in fin. versic. secundo abb. concludit de fide instrument. Aliquis alias declarationes ad hanc ampliationem tradit Felyn. in. d. cap. secundo colum. vij. versi. secunda conclusio de fide instrument. quas ibi videre liceat. Aduerte tamen quod in preiudicium ipsius scribentis, non videntur necessaria illa nouem requisita.

226 SED quid in libro † sociorum an probet pro scribente, breuiter aut talis liber sociorum scriptus reperitur per institorem ad hoc deputatum per ipsos socios & tunc sine dubio videtur probare tam inter ipsos socios quã pro ipso institore cũ eius persona fuerit approbata & quia scripta per institorem videntur scripta per ipsos socios mandantes regu. qui per alium. & tradit Paul. de cast. in d. cõsi. cccxiiij. col. ij. circa med. lib. ij. Ideo quicquid reperit̃ scriptũ in tali libro per institorẽ, scriptũ presumitur de volũtate & mandato ipsorũ sociorũ ut supra dixi allegãdo Socy. in. d. cõs. ccxci. col. viij. in fi. versi. preterea etiã predicta cõprobant̃ lib. ij. Idẽ si talis liber scriptus sit ab vno ex ipsis socijs tantum de commissione tamen aut mandato aliorum

de qua commissione apparere debet Alexand. in consi.clxxxvi. lib.ij. & sufficeret apparere de tali commissione tacite probando q scribens esset socius & q ipse solus consueuerit scribere negocia & computa societatis alijs socijs scientibus & non cōtradicentibus, Immo ipso tali libro vtentibus aut
227 eo se iuuantibus, mandatum enim † tacite probatur ex scientia & patientia partis ex eo q quis agit sciente & patiente domino Inno.in.c.ex parte decani de re iudi abb.in consi.vij.col.iij. in secundo dubio & colum.vi.in tertio dubio lib.ij.Calderi in consil.iiij.in titu.de procura.Barto.& doct.in.l. sepe.ff.de re iudi.decisio Neapolita.decis.cccviij.nu. viij.& hoc dictum Innoc.pro singulari refert & sequitur Alexan.in consil.clvij.col.iij.versi.benefacit quod singulariter lib.ij. hoc etiam dictum sequitur in ciuilibus causis non etiam in criminalibus Berrachi.in prima parte sui repertorij in versic. agere versicu.xxxix.& licet dictum Inno.patiatur multas difficultates maxime in extraiudicialibus vt per Alexan in consi.lxxx.viso processu col.pen. & fi. lib.iiij.vbi q illud dictum Inno.magis communiter improbat̃,similiter aufrerius ĩ decis.tolosa.q.cclxxi. circa istud dictum Innoc.refert doct.pro & contra
228 nec aliter determinat.fortius † voluit Guido pape.q. xl. q licet dominus compareat in causa cum aliquo quem asserat suum procurtorem, ex hoc censetur constitutus procurator, quod tamen dictũ confunditur ex his que Alexand. scribit in .l. sepe

colũ.xxxiiij.in fi.versi.septimo saluari potest.ff. de re iudi.tamen istud dictum Inno. videtur procedere in casu nostro cum facilius censeatur quis consentire in facto vnius socij quam alicuius extranei ex his que scribit Alexan.in.d.l.sepe colum. xxxiij. versi. ij.potest saluari vbi quod dictum Inno.procedit in cõiuncta persona uel in amico agente pro coniuncto vel amico quia tunc ex patientia & taciturnitate arguitur mandatum, Idem & a fortiori dicendum videtur in socio cũ habeat ius in rebus communibus super quibus liber rationum conficitur.

229 SI vero † talis liber rationum scribatur ab omnibus ipsis socijs quia modo ab vno modo ab alio prout necessitas desiderat, sine dubio videtur fidem facere vt per Bald.in.d.rubr.C.de fide instrument. colũ.x.versi.sequitur de scripturis sociorum, Alex. in.d.consil.clxxxvi lib.ij Socyn.in.d. consil. clxij. colũ.pen.post med.in.d.consil ccxci colũ.viij. in fi. & in consi. ccxl.colũ.pen.versi.iiij & vltimo libr. secundo Corn.in consil. cccxix. colum. x. libr. iij. Deci.in consi.lxviij.in fine primi dubij.

SED quero hic an in tali libro rationum sociorum, ad hoc vt probet requirantur illa nouem requisita que supra dixi necessaria in libro rationũ vnius administratoris loquor vt probet in fauorem scribentis, doct.non aperiunt sed simpliciter loquuntur excepto de verisimilitudine quia volunt rem descriptam esse verisimilem vt probetur per librum rationum ita Bald.in.d.rubr.de fide instrumẽt.Alex.

Socy.& Corn.in.d.cōsilijs supra allegatis, tamen putarem requiri etiam iuramentum & alia requisita, nisi in aliquibus, Puto enim hanc esse differentiam inter librum sociorum & administratorum ꝙ in libro sociorum non fiat distinctio an summa sit parua vel magna dūmodo sit verisimilis nisi aliud habeat consuetudo, similiter quod non queratur in tali libro sociorum an versetur difficultas probandi vel non putem tamen opponi posse quod persona socij sit fidei non integre nisi aliqua improbitatis indicia de nouo post contractum societatem superuenissent cum alias approbata censeatur socij persona. & in omnibus loci consuetudo seruanda est si qua sit circa libros sociorum per text. in d.c. cum dilectus de fide instrumento. & sine dubio non videntur necessaria illa nouem requisita quando in tali libro omnes socij scriberent quia sic scribendo videnť eorū scripta inuicem approbare.

230 QVID † in libro alicuius officialis de publico deputati an fidem faciat licet talis persona non sit publica idest notarius publicus, Dic ꝙ sic Bart. in.l.quedam.§.nummularios in fi.ff.de eden. & ibi Ias.colum.ij.post med. Alexan.in consi.clxxix in prin.lib.vi.Socy.in.d.consi.clix.in prin.lib.ij.& in consi.ccv.colum.ij.versi. tertio probatur eo. lib.ij. Deci.in.d.c.cum causam colum.iij ante med. versi. & ista limitatio ampliatur de probatio.Ias.in repe. d.l.admonendi colū.lij.versi. circa tertium casum. Addo Bald.in consi.ccxlix.super libris colum.ij.

libr.i.quod est repetitum in consi.cccc.lib.v.vbi ꝙ liber thesaurarij presumitur verus, ad quem recurritur tanq̃ ad speculum & fontem veritatis per tex. in.l.i.C de exact tribu.libr.x. & in .§. publicorum in aucten.de manda.prin.& tradit idem Bal.in cõs. cclxv.creditor libr.i. & de scriptura officialis fiscalis tradit idem Bal.in consi.cccliij.litteris libr. quarto Imola in consil.xxxvij.in secundo dubio.

IN tellige hanc conclusionem procedere inter officialibus de publico deputatis secus in officialibus priuatis puta in libro masarij alicuius communitatis Alex.in.d.consi clxxxvi.col.ij.lib.ij.allegat Bal.in l.imperator col.fi.versi.sed an credit̃ ff de statu homi.Baldũ etiam refert & sequit̃ Ias.in repe .d.l. admonendi col.xlij.versi. nunquid autem partes.

SED dubito de hac limitatione si enim masarius electus est ad officium masariatus per cõmunitatem, nonne dicitur deputatus de publico, quare ergo scriptura aut liber eius non debet fidem facere si eius officium se extendat ad contenta in tali libro, benefateor ꝙ si aliqua scriberet nõ ptinẽtia ad eius officium, ei non crederetur per ea que infra dicam. & si dictum Bald. sit verum, oportet falsam esse conclusionem supra firmatam quam tamen doct. communiter tenent, Puto igitur dictum Bal. non procedere. Nec obstat text. per eum allegatus in l.secunda.C.de conuen. fisci.debi. libr. decimo ubi si soluens tributum debitum, fisco reportauerit quitationem a thesaurario aut ab exactore cui soluit

non subscriptam a notario, non plene liberatur; quia dico illud non esse ex eo quia talis quitatio nõ probet patet quia text. vult quod prius fiscus teneatur agere contra officialem aut exactorem cui solutum est quam agat contra debitorem cui soluit, profecto si solutio non probaretur per talem scripturam illius exactoris publici, non posset fiscus ex ea agere contra ipsum exactorem, quod igitur soluens non plene liberetur sed teneatur exactore facto non soluendo, illud fit quia debitor male soluit quia per illud tempus duo erant officiales deputati circa exactionem tributorum fisci vnus qui pecuniam recipiebat, alter qui scripturas de recepto subscribebat, vnde non poterat primus exactor soluentem plene liberare, nisi scriptura solutionis ab altero qui tabularius dicebatur esset subnotata & ita declarat Bar. in.d.l.ij. Idem Alexan. & Iaso. in.d.§. nummularios ob id & Bald. in.d.l. imperator & Alexan. in d.cõs. clxxxvi. colũ.ij. lib.ij. nimium generaliter & simpliciter locuti sunt scripturam masarij communitatis fidem non facere nisi a notario subscripta sit quia istud de iure nõ procedit nisi aliter haberet statutũ aut consuetudo loci. Iã cõtra Alex. adduco ipsummet Alexan. sibi contrarium in .d.§. nummularios in secundo nota. vbi expresse arguit contra illud dictum Bal. in.d.l. imperator & idem tenet Alexan. in consi. cxxxvi. colum.ij. versi item etiam de solutionibus lib.ij. vbi quando communitas agit cõtra forensem ratione collecturã ad quas dicit forensem

obligatum

obligatum ex consuetudine propter solutiones factas per ipsum forensem, dicit Alexand. q solutiones eiusmodi probantur per librum masariorum ipsius communitatis nec aliquid dicit de subscriptione notarij Immo allegat Barto. in .d.§. nummularios qui simpliciter in libro talium officialium loquitur nec intelligitur persona notarij extrinseca de qua Barto & doct. non loquuntur. l. si ita stipulatus. §. grisogonus. ff. de ver. oblig. & pro hac opi. adduco freder. de senis in consi. cxix. nulli dubium colum. ij. vbi q creditur libro deputati per episcopum aut clerum ad scribendum librum rationum, nam si credit̃ nuncio vili in pertinẽtibus ad eius officiũ, multo magis credi debet libro talis officialis.

231 SEcundo † intellige q talis liber officialis de publico deputati probat pro tertio aut contra tertium non autem in fauorem ipsius scribentis Bart. & doct. in. d. §. nummularios las. in cons ciij. colum. i. libr. i. nam secundum Barto. & doct etiam instrumentum publicum notarij non probat pro eo. l. de eo et. l. diuus. ff. de falsis et. C. de his qui sibi ascri. per totum, minus debet probare talis liber. officia-
232 lis publici in eius fauorem. & de † notarij scriptura q solum probet cõtra eũ nõ pro eo tradit Bal. in consilio. xliij. quedam scriptura libr. i. quod est repetitum in consil. ccccl xvij. lib. v. Barto. & Bal. in. l si consul ff de adoptio. Barto in. l. ij. ff. de stipula. seruo. Alexan. & moder. in. l sciendum colum. ij. post med. ff. de verbo. obli. Idem Alexan. in consi.

P

clxxxiiij.colum.iij.versi.concurrit etiam & in con.
clxxxv.colum.fi. versi.accedit etiam ad corrobo-
rationem lib.vij.Deci.post Fely.in.c.quoniã cõtra
col.xxiij.in fi.ver.iij.per abb.colligit de probatio.
233 SED puto † aduertendũ circa hoc quia si of-
ficialis de publico deputatus aliquid scriberet pro
se quod pertineret ad eius officiũ, videretur ei cre-
dendum puta in masario communitatis si teneatur
reddere rationem administratorum per eum ipsi
communitati de concernentibus eius officium, qua
re minus ei credetur ꝙ vni priuato administratori
conficienti librum rationum immo magis videtur
credendũ libro vnius officialis ratione publici of-
ficij ꝙ scripture vnius priuati administratoris arg.
l.ij.in versi.quod non arbitramur.C. de offi. ciuil.
iud.c.in nostra de procura.c.in presentia de renun-
ciatio.& in terminis tradit Iaso. in.l. decem. colum.
viij.in fin.versi.multum enim presumitur.ff. de ver.
oblig. priuatus enim administrator solum a priua-
tis approbatur, publicus autem a tota vniuersitate
pro qua est maior presumptio quam pro vno par
ticulari Oldra.in consil. cccxiij. thema tale est con-
tra promissionem colum.fi.vbi ꝙ presumitur capi
tulum habere maiorem zelum & maiorem affectio
nem quam vnus particularis, Similiter magis pre-
sumitur pro consilio, vnius collegij doctorum
quam pro consilijs particularium abb. in cap.pru-
dentiam in princ. in tertio nota. de offic. delegat.
Deci.in consil.cccccxv.colum.secunda circa med.

Iaſo.in conſilio.xliij.colum.ij.poſt med .libr.iij. & ſi creditur libro vnius inſtitoris aut procuratoris eo q; perſona eius dicatur approbata vt ſupra dictum eſt, quid dicemus in libro vnius officialis approbati per totam vniuerſitatem.

QV od igitur dicunt doct. non eſſe credendum libro publici officialis pro ſe, puto intelligendum contra tertium qui non approbaſſet & cum quo res geſta non ſit vel quando aliquid ſcriberet alienam ab eius officio.

234 T E rtio † intellige quod talis liber officialis probat pro tertio aut contra tertium eum quo tamen res acta ſit, per ea que ſtatim dicam in proxima declaratione, quo ad probationem ſemiplenam tantum Iaſo.in d.conſilio.ciij.colum.prima.libr.i. vbi loquitur in libro publicani, allegat Barto. & ſcriben.in.d.§.nummularios.

SED puto quod Iaſ.male dicat quia Barto.& doct. in.d.§. nummularios dicunt quod libro officialis de publico deputati datur plena fides vt ibi per Alexand.in ſecundo nota.& dicit ibi Angel.quod ita communiter obſeruatur. Nec obſtant nota. per Bartol.& doct.in .d.§. nummularios dum loquuntur de ſemiplena probatione quia loquuntur in libris mercatorum, qui non deputantur de publico & Bartol. aperte facit contra Iaſo. nam Bartol. querit an hodie libri, nummulariorum, quia non deputantur, de publico ſicut olim, plene probent, & ſic Bartol.

clare presupponit ꝙ si idem esset hodie quod olim quia argentarij nummularij deputarentur de publico, libri eorum plene probarent, Immo clare, istud dicit Barto. in fi. d. §. nummularios vbi dicit ꝙ qua ratione libri argentariorum & nummulariorum olim plene probabant quia de publico deputabantur, eadem ratione hodie probant plene libri officialium publice constitutorum & loquitur in libris publicanorum qui deputantur ad recipiendas gabellas vel collectas ob id dictum Iaso. ꝙ tales libri semiplene tātum probent, videtur omnino falsum & contrarium tenet ipse Ias. in repe. d. l. admonendi col. xliij. versi. iij. casu principali.

235 QVarto † intellige ꝙ tales libri officialium de publico deputatorum plene probēt inter eos cum quibus res gesta sit secus contra tertium absentem per regu. generalem ꝙ res inter alios acta alijs non nocet, Puta stat statutum ꝙ de quolibet contractu soluatur gabella venit emptor ad publicanum & soluit gabellam dicens se emisse domum a titio, ipso tamen titio absente, publicamus scribit in libro ꝙ talis tali die soluit tantum nomine gabelle emptionis talis domus per titium vendite, nunquid talis liber faciet fidem contra titium ꝙ vendiderit ipsam domum certe non quia factum soluentis gabellam non potuit tertio absenti preiudicare, ita Alex. in consi. xxxvi. lib v. Imol. in consi. xcvi. in fi. nec enim maior fides danda sit libris talium officialiū ꝙ̄ instrumento publico vnius notarij, sed publicū

instrumentum non probat contra tertios absentes quibus contrahentes preiudicare non possunt vt habetur in.d.l.admonendi Immo dubitatur an prosit ipsis tertijs absentibus, ergo multominus preiudicabit liber talis officialibus de publico deputati, Ideo videmus ꝙ liber extimi non probat dominium in preiudicium tertij vt per Alexand. in .d. consil.xxxvi.& tradit Deci.in.d. cap. cum causam colum.ij in princ super glos.i.de probatio. in prin. de fide instru.late moder.in.l.decē.ff.de verb.obli.

236 QVinto † intellige ꝙ probet talis liber officialis de publico deputati in his tantum que pertinēt ad eius officium Ioan.and in addi.Specu.in titu.de instru.editio §.nunc dicendum circa princ. magne addi.quod dictum pro singulari refert & sequitur Areti.in consi.xxxiij.consultatio in primo dubio & in consil.xliiij.in proposita consultatione colū. ij.versi.sed etiam ex alio capite cum simil.que Iaso. adducit in repe.d.l.admonendi colum. xlvij. versi. iij diligenter attende in l. age colum.i.C. de transactio.& in.d.consi.ciij.colum ij libr.i.Deci. in.c post cessionem colum. vij. versic. secunda conclusio de probatio.addo Alex.in consi.cxiij.colū.ij. lib.vij.

237 INfertur † ex hac declaratione ad vnam ampliationem dicti Alexan.in.d.consi. xxxvi. libr.v. vbi voluit ꝙ ex solutione gabelle pro contractu, non probetur contractus contra tertium absentem tanꝙ sit res inter alios acta, nam idem videtur licet ille tertius fuerit presens quia ad officium publicani

aut exactoris gabelle nihil pertinet de contractibus sed solum de solutionibus gabelle & ita in terminis tradit Socyn. in consil. ccviij. columna. ij. versi. tertio ex libris libr. secundo.

SED ista ampliatio mihi non placet quia data presentia contrahentium in solutione gabelle ex causa cõtractus, videtur probari ille contractus non quod officium exactoris gabelle se extendat ad contra-
probat licet non pro eo.d.l.quedam .§. nummularios & quod ibi no.d.l.exemplo.l.rationes &.l.instrumenta .C. de proba.l. prima vbi Deci. colum.i. C.de eden.c. secundo de fide instrumento. & in libro rationum habente formam libri doct. conueniunt quod talis liber fidem facit contra scribentem etiam in fauorem absentis licet confessio viua facta absente parte solum semiplene probet quia talis liber videtur factus de mandato saltem tacito eorum qui cum mercatore contrahunt. Sed difficultas est in scriptura mercatoris non habente formam libri an fidem plenam faciat contra scribentem pro absente quia tunc cessat ratio taciti mandati, Deci.in.d. capi. secundo colum. quinta in fin.versicu.secundo Abb. concludit de fide instrumento. tenet quod sic contra Felyn. & profecto videtur mihi cum scriptura semper loquatur quod postquam peruenit ad manus absentis, dicatur debitor confessus in presentia partis nisi appareret quod antea reuocasset scribens contenta in tali scriptura vel nisi probare vellet de eius errore. de quo etiam in precedentibus diximus numer.ccxxv.

277 SED pone † ꝙ mercator in cuius libro quid scriptũ est contra eũ, dicat se non illud scripsisse & quod contra eius voluntatem ita scriptum sit, Dic eum audiendum non esse quia quicquid scriptum reperit̃ in eius libro, de mandato & voluntate eius presumitur scriptum Bald.in.d. rubr.C. de fide instrumento, colum.ix. versic.sed hic quero, sequitur

Alexan.in consi.cxlvij.colũ.iij libr.ij. & in consil. ccxlv.colum.i.libr.vi.Deci. in.l.fin. colum.xi. circa med. C. de edicto diui adria. tollen. in .d. ca.ij. colum. vij. post med. de fide instrumento. & in consi.clxxv.colum.vij.circa med.

278 QV into † intellige ꝙ licet scriptura mercatoris in magnis pro eo non probet nec plene nec semiplene, tamen secus est pro tertio & contra tertiũ quia tunc probat semiplene, si partes accedunt ad mercatorem & rogant vt velit scribere in eius libro contractum ipsarum partium, modo mercator sit persona legalis ita Bar.& doct.in.d.§.nummularios & in.d.l.admonendi vbi Iaso.colũ. xliiij. versi.iij.casu principali & est communis opi.vt Deci.testatur in.d.c.ij. colum. vij. de fide instrumento. tradit Alexand.in consi.lxxij colum.iij. post med. versi.nec etiam obstat si dicatur libr.v.

279 IM mo si sint † scripture duorum mercatorum super eodem facto, plene prebabunt Bal.in.c.quoniam contra colũ viij.de proba. quod dictum pro notabili refert & sequitur Deci.in.d.c.ij colum.vij. de fide instrumen.facit quod Socy. scribit in cons. ccxcv.colum.ij.circa fin.versic. preterea dicti omnes libri lib.ij.vbi.ꝙ plures libri simul iuncti in quibus continetur de eadem re fortius probant per regulam iuris & que non prosunt singula, multa iuuant glo.in.l.ij.in prin.ff.de execu.tuto. Quod tamen Socy.dictum mihi non placet in pluribus libris eiusdem persone vt eis credatur pro scribente

quia coniungi non possunt ad plenam probationem cum singuli de per se non operentur nisi alia concurrant, Alias de facili posset quis plures libros tenere si ad eũ modũ fides haberetur scriptis eius.

280 SImiliter † plene probat liber mercatoris pro tertio & contra tertium quando solum agitur de probanda scientia & malafide ipsius tertij ꝙ habuerit noticiam de tali re ita abb. in consil. lxxxi. colum.i.post med.versi.ꝙ autem filia sciuerit lib.i. idem quando agitur de sciendo qualitatem obligationis Bal.in.l.fi.in fi.C.ad legẽ falci.sequitur Deci.in consil.vij.colum.iij.circa med.versi.& hoc vlterius probatur similiter ex libro probatur status vel nominatio alicuius zenzeli,in clem.ij. in fin. de preben. quem refert & sequitur calca. in consil. xc. colum.ij. ante med.

281 SED quod † supra dictum est librum mercatoris semiplene probare pro tertio & cõtra tertium, hoc intellige in mercatore qui ab initio iurasset eius artem probe & fideliter exercere Barto.in.d.l. nuda colũ.fi.ff.de dona.Alexand. in consil. cxxxiiij. colum.iij.versi.preterea posito lib.ij.Iaso.in.d.repe. l.admonendi colum.li.in fin. versi. item in quantũ Bart.numer.cviij.& ibidem purpura.colũ. xxxiiij. versic.& ex Barto. infertur vbi etiam allegat Bologni.in addi.ad consi.Ioan.de ana.in consi.liij. Idẽ vult Deci. in. d.c.ij.colum.vij. de fide instru.& sic

282 † non sufficeret iuramentum mercatoris superuenire post eius scripturam sed requiritur tale iura-

mentum generale ab initio magis enim presumitur ꝙ scribat quis ad veritatem propter iuramentum iam prestitum q̃ꝫ ꝙ iuret ad veritatem super eo quod iam scriptum sit quia metuens argui de falsitate scripture, non dubitabit periurium committere. & quia regula iuris est ꝙ quotiens requirit aliqua qualitas ad habilitatem aut idoneitatem persone, illa debet adesse ab initio nec sufficit si ex post superueniat ca. dudum i. vbi Abbas columna. fin. in antepenultima. nota. de electio. Decius in capitulo postquam columna. fina. in tertio notabil. eodem titulo modo qualitas iuramenti in mercatore requiritur ad habilitandum eius personam vt sit idoneus & habilis ad ferendum testimonium per eius scripturam saltem serui quoad semiplenā probationem, ergo oportet qualitatem eiusmodi ab inicio interuenire.

283 QVID † in libro patris in quo describitur natiuitas filiorum, an ex eo probetur etas Alexand. in apostil. ad Bartol. in. l. de etate. ff. de minor. in addi. super verbo tantus se refert ad Bald. in. l. neque natales. C. de proba. vbi Bald. colum. i in fi. & colū. ij. in fi. quod probat presumptiue numerum annorum, idem sequitur Bernar. landrianus in addi. ad Barto. in consi. xcij. Ego puto quod talis liber patris faciat semiplenam probationem si pater viuit & ita iuret, nam testimonium parentis sufficit ad semiplenam probationem in etate Paul. de castro. in consilio centesimouigesimoquarto. co-

lumna prima & secundo libr.i. Immo Bartol. in dicto consilio .xcij. columna secunda, circa finem. simpliciter dicit quod in etate admittitur testimonium matris per.l.etiam.ff.de probatio. Idem tenet Specu in ti de teste.§.i. colum. secunda Veronen. in consil. vltimo colum.xiij aufrer. in decis. tolosa q iij. & si pater qui scripsit sit mortuus puto quod mors vim habeat iuramenti per ea que supra scripsi circa.l.scripturas.C.qui potio in pig. ha. & hoc nisi parens esset aduersarius filij quia nõ admitteretur eius testimonium super etate contra filium Bald.in consil.xix.libr.v.

284 Quid in libro † statutorum alicuius vniuersitatis minus solenni quia non habeat subscriptionem alicuius notarij, Dic quod probat si fuit habitus & obseruatus pro auctentico Bartol. in extrauag. qui sint rebelles in vltimo glos. domini. in consilio .xv. reuerende columna fin.circa med. per glos. in capitu. in summa.xix.di. que allegat text. in capitu. isidorus .xvi. di. quod dicit summe notandum robur .d. rebuffi super concorda. in titulo de collationibus .§. monemus versicu. decimo non negociator pagi centesimadecimaquarta & latius declaraui supra in quinta principali limitatione ad reg. quod scriptura priuata non probat numer. cxcix.

De scriptura epistole late ponunt moder.in dicta .l. admonendi. vbi Iason. columna quinquagesimaquinta, versiculo tertio & vltimo principali-

ter, non hic transferam eorum dicta, aliqua tamen adijciemus que non legentibus ingrata aut incom-
285 moda videantur, illud igitur † sciendum quod licet per epistolam obligatio non contrahatur, inducta tamen probatur. l. epistola. l. emptor. §. lucius. ff. de pactis. l. lucius. ff. de fideiuss. l. i. C. de vsur. Ias. post Ange. in. l. sciendum colum. iij circa med. versic. & non eũdo per mendicata suffragia. ff. de verb. obliga. Addo ꝙ etiam per epistolam contrahi potest obligatio contra constituentem se soluturum pro alio quando in persona alterius obligatio iam erat contracta & sic noua omnino obligatio per epistolam contrahi non potest sed iam contracta extendi potest ad personam constituentis se pro alio soluturum in epistola vt contra eum actio competat de constituta. l. fi. §. fi. ff. de actio. & obliga. cum simil. vt Paul. de. cast. tradit in consil. cccxcvij. ad primum quesitum respondeo colum. i. lib. i. Idem tradit Bald. in aucten si quando. C. de consti. pecu. vbi fortius voluit ꝙ vbi quis confitetur se teneri soluere id quod alius debet in epistola licet verba non sonent in obligationem sed solũ in confessionem, tamen ex quo talis confessio probationem operari non potest in preiudiciũ alterius, operabitur obligationem vt teneatur sic confitens actione de constituta per tex. in. l. quidam. ff. de consti. pecu. vbi dicit esse casum vnicum & menti tenendum. de quo dictum etiam est supra nu. xciij.

286 ET confessio † que fit per epistolã principaliter

propter ſe non habetur pro confeſſione facta abſente parte, ſed habetur perinde ac ſi facta eſſet parte preſente. d. l. publia. §. fi. ff. depoſiti Cy. in. l. non nudis. C. de proba. Alexan. in conſi. clxxxi. colũ. i. verſi. & propter epiſtolam lib. vij.

287 AMplius † probat epiſtola contra ſcribentem non ſolum pro eo ad quem directa eſt ſed etiã pro tertio rota deciſ. ccccxxx. nota ego miſſi in antiq. ſed ibi poſtea arguit in contrarium. Puto ꝙ veritas dependeat ab illa queſtione an confeſſio facta in aliqua ſcriptura priuata ceſſante mandato expreſſo vel tacito alterius plene probet, de qua ſupra viſum eſt in duobus locis. videlicet numer ccxxv. & nume. cclxxvi. & decium retulimus. in. d. c ij. colũ. v. poſt med. verſi. ij abb. concludit de fide inſtrum. tenentem ꝙ ſic contra Fely. ꝙ indiſtincte ſcriptura quomodocunq; facta ſit probet cõtra ſcribentem cum ſemper dicatur loqui. Ideo vbi epiſtola peruenit ad manus tertij qui eam acceprat & ea vtitur, videtur confeſſio facta ipſo tertio preſente. & ſane extraneum mihi videtur quod liceat ſcribenti aduerſus eius confeſſionem ſcriptam venire alio errore non probato.

288 AD vnum † etiam attende in hac materia epiſtole ꝙ epiſtola commendaticia non obligat ſcribentem. Ideo ſi quis propter epiſtolam patris aut domini qua filius vel ſeruus alteri commendatur, pecuniã mutuet filio vel ſeruo, nõ tenet̃ ſcribẽs nomine illius mutui actione qđ iuſſu. l fi. C. qđ cũ eo.

289 SED aduerte hic ꝙ licet epiſtola cõmẽdaticia nõ obliget tamen epiſtola exortatiua inducit conſenſum ſcribentis ſibi preiudicialem, puto ſunt duo fratres communiter habitantes non tamen ſunt ſocij omnium bonorũ vt filia alterius dotari debeat de bonis communibus, alter frater habens filiam inuenit bonam conditionem pro ea ſed futurus ſponſus deſiderat maiorem dotem, ob id pater difficilem ſe reddit, Alter frater abſens re cognita ſcribit ad fratrem vt ne dimittat conditionem illam matrimonij per pigriciam, ignorantiam aut diuitias quo audito pater perficit matrimonium & dotem deſideratam conſtituit, certe ex tali epiſtola arguitur conſenſus ſcribentis ꝙ voluerit neptem ex fratre aut fratris filiam dotari de bonis communibus ita Socyn. in conſil. ccxci. colum. vij. in fin. verſic. tertio principaliter libr. ij.

SED aduerte quia iſtud dictum Socy poſſet tolerari in fratre in quo facilius preſumitur donandi animus ratione coniunctionis ſanguinis. l. ſi ſeruus cõmunis. ff de dona. inter virum & vx no. in. l. que dotis. ff. ſolu. matri. ſed in alio non coniuncto non puto quod ex talibus verbis inducatur donatio que in dubio non preſumitur. l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio. l. campanus. ff. de operis liber. cum ſimil. for-
290 tius † voluit Alexand. in conſil. cxcix. colum. i. libr. vij. qđ ſi qs dixerit alicui noli dubitare hoc facere quia nolo ꝙ ex eo damnum aliquod ſuſtineas, ex his verbis nõ inducatur obligatio ad preſtatio-

nem indemnitatis, quod tamen dictum mihi non placet si n. nō vult ꝙ damnum sustineat, ergo in antecedens necessarium censetur promisisse indemnitatem, sine qua promissione posset damnum sustinere. l. ij. ff. de iurisdi. om. iud. l. illud. ff. de acq. heredi. l. iij. §. scio. ff. de minor. l. indebitam. ff. de condi. indebi. quod procedit etiam in materia odiosa puta in dispensatione que extenditur ad omnia necessaria ad actum glo. in. c. quia in tantum de proben. in. c. non potest de proben. libr. vi. & in cap. si quis in clero. vij. q. i. Deci. in. c. quanto colum. iij. versic.

291 sed ista responsio non satisfacit de iudi. immo † idē Alexan. in consi. liij. colū. i. lib. i. voluit ꝙ si quis dicat alicui sum paratus recuperare talem rem, ex hoc arguatur obligatio quod esset obligatus ad ita recuperandum. sint igitur canti scribentes epistolas aut litteras missiuas quod si animum obligandi se non habeant, non effuso nimis sermone vtantur ne in promptum incidant periculum. l. fin. C. de dotis promiss. ¶ Et an ex verbis testatoris commendaticijs inducatur legatum vel fideicommissum si testator commendet aliquem heredi, vide Alexand. in consi. clviij. lib. vij.

EX premissis absolutam habemus hanc septimam limitationem ad regulam & conclusionem quod in non antiquis scriptura priuata non probat. In qua non parum multa ad practicam efficacissima liceat inuenire.

292 OCtaua datur † limitatio corā arbitratore, corā

quo scriptura priuata videtur probare cum procedat sola facti veritate inspecta roma.in repe. rubr.de arbitr.quod dictum refert & sequitur Corn. in consi.ccxxi.circa fi. libr.ij nam coram arbitratore sufficiunt leniores probationes Bald.in .l. solam in fi.C.de testibus vbi ꝙ arbitrator potest credere testi reddenti rationem dicti sui verisimilem licet non concludentē sequitur Deci.in.cōsi.clxxviij. in fi.& per istud dictum Bal.scribit Aret.in cōs.lxi. colum.fi.versi.preterea dato ꝙ probatio fame que non sufficeret coram iudice, debet tamen sufficere coram arbitratore. fortius voluit Bald. in consil. cccxxxiij. considerato versic. & ad hoc inducitur libr.ij ꝙ arbitrator non tenetur recipere probationes si nolit,a fortiori poterit recipere probationes minus integras,& pondero ꝙ in casu Bald. etiam agebatur de coditibus rationum & sic videtur presupponere ꝙ arbitrator possit eis fidem habere. Quod sine dubio videretur procedere quando arbitratori data esset potestas lata procedendi etiam de facto quia tunc videntur partes voluisse stare etiam simplici dicto ipsius arbitratoris Socyn. in consil.cxxi colū.iiij.in fi.lib.iij.& ꝙ arbitrator habens potestatem procedendi de facto possit procede re sine probatione,tenet Bart.in consi. lxxxij. punctus questionis vertentis inter albertum leonis colum.i.post med. sequitur Alexand. in consil. clxxxix. in fin. libr. vi.

SED contra hanc limitationem tenet Veronensis in consil.

consi.lxi.colum.vi.vbi ꝙ arbitrator non potest da re fidem vni testi etiam idoneo quia coram arbitra tore non censetur remissa solennitas iuris diuini vel naturalis quo cauetur ꝙ in ore duorum vel trium stet omne verbũ mathei.c.xviij. Amplius ꝙ si cau sa sit maxima, non potest arbitrator deferre iura= mentum suppletiuum ex dicto vnius testis quan= tuncunq; idonei & idem Veronen. in consil. xxx. colum.pen.ꝙ solum censetur remissa solennitas iu- ris ciuilis vel canonici. Idem est de mente Corn. in consil.clxx.colum.fi.libr.iij.vbi ꝙ arbitrator licet habeat potestatẽ procedendi de facto, non tamen poterit dare fidem scripture testamenti minus solẽ- nis non habentis legitimum numerum testiũ. Idem Corn.in consi cxiiij.colũ.iij post med.libr.ij ꝙ per concessionem complissime potestatis concesse ar= bitris aut arbitratoris ꝙ possint de facto procede- re, non censetur sublatum obseruantia iuris natura- lis primeui aut iuri secũdarij idest iurisgentiũ allegat Barto.in.l.filiusfamilias.ff.de dona.in extrauag.ad reprimendum in versi.figura & in versi. videbitur Barto.Ange. & doct. in .l.i.ff. de testam. militis & magis in terminis tradit idem Corn. in consi.clxiij. colum.fi.lib.ij ꝙ habens arbitrium cognoscendi & iudicandi de veritate etiam per verba quantuncũq; latissimam potestatem concedentia, non potest cre dere vni testi tantum quia non censetur remissa so- lennitas iuris diuini aut iurisgentium, & idem tra- dit Corn.in consil.ccxx.colum.pen.in princ.versic.

quantumcunque enim rescribens libr. ij. si arbitrator non potest credere vni testi deponenti in causa aliena quantominus poterit credere proprie scripture alicuius quia hoc modo crederet vni tantum in facto suo proprio.

293 QVID † tenendum, ego puto ꝙ si arbitrator habet potestatem procedendi de facto secundũ veritatem aut sola facti veritate inspecta, ꝙ possit ꝓcedere sine probatione alia secundum eius conscientiam prout princeps iudicat Dummodo ipse arbitrator sciat facti veritatem & hoc modo procedat dictum Bart. Bald. & Alex. supra allegatum ꝙ arbitrator habens potestatem procedendi de facto, potest procedere sine probatione & sic isto casu sine dubio poterit fidem habere scripture priuate in fauorem scribentis, modo (vt dixi) nouerit arbitrator facti veritatem & hoc voluit Deci. in consil. cccccxxxi. in fi. & in consil. ccccccxcix. col. fi. vbi qui potest iudicare sola facti veritate inspecta, iudicat tanq̃ deus secundum eius conscientiam tradit etiam Bald. in l. scimus ante finem princ. C. de iure delib. & latius ac clarius in c. i. §. inuestitura colum. ij. versi. & propterea benefacit de noua forma fideli. & sicut princeps qui iudicat ad veritatem facti, potest & debet iudicare secundum eius conscientiam, ita arbitrator cui partes talem potestatem dare potuerunt ad earum preiudicium. si vero arbitrator facti veritatem ignoret, non puto iudicare eũ posse sine probatione nisi verba compromissi es-

ſent adeo ampla q̄ ceu per viam tranſactionis ne-
gocium dirimeret dando vni & auferendo Alteri,
modo immodice non ledat & dolus ab eo abſit &
hoc modo plus fidei habere poterit ſcripture pri-
uate q̄ merus iudex , non putem tñ q̄ ſi agatur de
graui preiudicio poſſit tali ſcripture ex toto fidem
habere & partem condemnare ex probatione talis
294 libri quaſi omnino fidē faciat, taleq; † arbitramē
tum dando vni & auferendo alteri nō debet facere
niſi ex bono & equo ſi veriſimiliter videat ita eſſe
faciendū & q̄ talis ſcriptura priuata veriſimiliter il
lam ſidem habere mereatur per ea que habent̄ in l.
ſi ſocietatē.§.arbitrorū.ff.pro ſocio per Bal.in cōſi.
clxxxi primo q̄ro lib iij. cū ſimul. vt per deciū in
conſi.xi.col.v.verſi.iiij principaliter in cōſi.xxxix.
col.pen.verſic.ij principaliter pulchre bellamera in
conſi.xxiiij.ex facto co.iij.in fi.verſi.in.ij vero caſu
licet.n.corā arbitratore leniores ſufficiant, tñ q̄ abſ-
que vlla probatione legitima cōdēnare aliquē poſ-
ſit, qñ ipſe veritatē non ſcit, hoc non videt̄ permiſ-
ſum.& hoc caſu videntur procedere dicta doct. q̄
coram arbitratore nō cenſet̄ remiſſa ſolēnitas iuris
diuini aut iuris naturalis vel gentiū quod tñ intelli-
go ſcilicet in totū, ſecus in aliquo qa vt dictū eſt ar
bitrator non tenet̄ admittere probationes tm̄ que
omnino cōcludant ſicut iudex ſed pōt credere pro
bationibus perſuaſiuis vt per Bal.in.d.l ſolā in fi.C.
de teſtibus.& poſt ſcripta hec reperi Imo.ī cō.xci.in
fi.vbi q̄ corā arbitratore ſufficiāt leniores, ꝓbatiōes

quando agitur de modica lesione tantum.

SED dicet aliquis, tu dicis ꝙ vbi arbitratori datur potestas procedendi de facto aut sola facti veritate inspecta, ꝙ potest iudiicare ad eius conscientiam citra aliam probationem sicut princeps, modo veritatem facti notam habeat, sed quid respondetur ad argumentum supra adductum in contrariũ ꝙ non censetur remissa solennitas iuris diuini naturalis vel gentium quo iure testimonium duorum vel trium est necessarium, Ad istud respondeo ꝙ tali iuri introducto in fauorem partium litigantium potuerunt partes compromittendum renunciare cũ con-
295 cernat earum fauorem tantum, Ideo † potest quis conuenire de stando dicto sui aduersarij vt habetur per Barto. in. l. fi. ff. de pretor. stipula. Bal. Alex. & moder in. l. iusiurandum quod ex conuenctione in prin. ff. de iureiuran. Alexan. in consil. liiij. col. i. in consi. lxvij. colum ij. post med. versi. faciunt no. plene & in consi. ccij. libr. ij. sed dando potestatem arbitratori ꝙ procedat & iudicat de facto & sola facti veritate inspecta, videtur remissa illa sollennitas & ꝙ posset arbiter pro eius conscientia pronũciare si illa ad veritatem pertineret Aut si arbitrator facti veritatem ipse notam non haberet ꝙ posset testibus credere quos certos & veridicos videret licet non ita plene deponerent & ꝙ etiam scripture priuate alicuius fidem maiorem haberet ꝙ̃
296 alius iudex secudum premissa, videmus enim † ꝙ iudex etiam qui non potest iudicare sola veritate

facti inspecta sed secundum allegata & probata .l. illicitas .§. veritas.ff. de offi. presi.potest tamen ex causa testibus etiam non plene deponentibus fidem habere Barto.& doct.in.l.lucius .ff. de infamibus , Ideo potest iudex fidem plenam adhibere testibus singularibus,si ex eis inducatr̃ ad credulitatem Pau. de castr.in.d.l.admonendi colum.vij.& in.d lucius quod dictum pro eleganti refert & sequitur Socy. in consi.cclxij.colum.v.ad fi.versi.& pro certo lib. ij. Veronensis in cons. iij. in fi. Deci.in consi.clxiij. colum.ij.ij.versic.& per hoc non obstat ꝙ confessiones & in consi.cccclxiij. in fin. Curtius iunior in consi.cvi.colum.i.post med.& colum.iij.ante med. iusta autem causa credendi est integritas & legalitas personarum Deci.in.d.consil.cccclxiij.in fin.marsilius in consil. xxxix. colum.iij.in fin. & in consil. lxxiij.col.iij.circa med. Addo aliam causam quando deponerent verisimilia per dicta supra numer. ccxiiij.& nu.ccxvi.arguendo ab appositis.

297 NONA † datur limitatio in scriptura priuata facta in lapidibus aut columnis quia fidem plenam facit in antiquis licet scriptura priuata in antiquis solum faciat probationem semiplenam & sic quando talis scriptura priuata est in loco publico & manifesto,in antiquis plene probat glo.in.d.c. cũ causam de ꝓbatio.per tex.in.c.sane colum. ij. xxiiij.q. ij.vbi text. loquitur de scriptis sanctorũm patrum predecessorum in dictis idest columnis vt ibi exponit glo.idem tenet Specu.in titu.de probatio.§. vi-

dendum restat versi. nono per libros, Bal. in consi. cccx. an patronatus lib. v. ubi ꝙ ex talibus litteris ꝓbatur ius patronatus sequitur Deci. in cons. cxxxv. post princ. Idem tenet Imola in consil lx. latius calca. in consi. xc. colum. ij Sed Bart. in. l. i. in prin. ff. de bon. pos. secun tabu. hoc intelligit quando tales littere essent sic scripte aut incise de partium uoluntate sequitur Felyn. in. d. cap. cum causam colum. secunda de probatio. per text in. l. monumentorum. C. de religio.

SED ad. d. l. monumentorum respondet Bald. in. d. consi. cccx. ꝙ loquitur in scriptura facta de recenti non de antiquo. ¶ Secundo respondent Bartol. & Bal. in. d. l. monumentorum quod illa. l. loquitur in casu certo in quo apparebat illam scripturam factam in monumento non fuisse appositam de uoluntate eius, ad quem negociũ pertinebat, Sed in casu dubio ꝙ presumitur facta de uolũtate partis.

EX hac secunda responsione Bartol. & Bald. infertur ꝙ talis scriptura incisa in lapide aut columnis plene probat etiam in non antiquis quando nõ apparet eam factam cõtra uoluntatem domini quod etiam voluit calca. in d. consil. xc. colum. secunda ubi quod saltem inducit presumptionem donec probetur contrarium Immo sine dubio uidetur quod inducat semiplenam probationem in antiq. non antiquis, si enim in antiquis plene probat, ergo in non antiquis videtur semiplene probare. & ratio diuersitatis inter talem scripturam priuatam

incisam in lapidibus aut columnis & alias scripturas priuatas est, quia talis scriptura in lapidibus aut columnis publice omnibus apparet & inducit notorium vt dicunt Bartol. & Bald. in. d. l. monumentorum calca. in. d. consil. xc. colum. secunda ob id imputandum videtur ei de cuius preiudicio agitur, cur non contradixerit.

ET sine dubio probant tales littere incise in lapidibus aut columnis etiam in factis recentibus quando non agitur de preiudicio tertij puta quod ecclesia fuerit consecrata Innoc. in rubr. de consecra. eccles. vel alta. Idem quando agitur de preiudicio tertij non tamen magno prout in questione confinium glos. in. d. c. cum causam Geminia. in consi. c. colum. ij. circa med. & colum. iij.

298 VISO † de scriptura priuata an probet in antiquis & non antiquis, posset dubitari de scriptura omnino non priuata puta quia sit scriptura notarij, tamen defectuosa quia careat aliquibus sollennitatibus, an illa probet, Breuiter si sumus in facto recenti & notarius ad huc viuit, talis scriptura nihil probat sed imputatur parti producenti cur non adeat notarium, & redigi eam faciat in formam legitimam. si vero notarius mortuus est, tale instrumentum defectuosum probat semiplene Bartol. & doct. in dicta. l. admonendi colum. viij. versicu. quero quid si in instrumento reperitur defectus; sequitur Anto. de Butr. in capit. fin. de iureiurand. Alexandr. in. l. de pupillo

§.qui nunciat colum.ij.versi. non omitto tamen .ff. de operis noui nuncia.in consil.lix.colum.ij. in fin. versic.nec predictis etiam obstat si diceretur libr.ij. & in consil.clxxxvij.libr.vij.Iaso.in.d.l.admonendi colum.xix.versi.quartus & vltimus & in repe. colum.lxiij.versi.iiij.& vltimo querit Barto.nume. cxxxij.Corn.in consil.xxij.colum.iij.lib.iij.Est verum ꝙ Bald.in consil. clxxix. instrumentum in finalibus verbis libr.iij. dicit ꝙ tale instrumentū defectuosum aut minus solenne facit indicium sed ibi non aperit de vita vel morte notarij Ideo quod dicit de indicio, posset procedere viuente notario quia eo mortuo non solum facit indicium sed semiplene probat vt etiam supradictū est nu.ccxxiij.

299 EX premissis † videtur inferri ꝙ tale instrumētū minus solenne plene probet in antiquis, si enim mortuo notario probat semiplene etiam in facto de recenti, ergo in antiquis deberet plene probare, Quod ipsum vtiqꝫ concederem si habeat testes signum & subscriptionem notarij licet careat aliqua alia solennitate puta indictione loco aut die quando questio non esset in tempore aut loco, si vero careat signo aut subscriptione notarij vel testibus, apparet ꝙ est scriptura omnino priuata, ob id idem dicendum quod in scriptura omnino priua-

300 ta sicut † dicitur de scriptura priuilegij antiqui ꝙ non probat qñ sigillū est corruptum aut nō bene apparet alias mille fraudes cōmitti possent.c. inter dilectos de fide instru.Socy.in consi.cclviij.col.iij.

versi.preterea & secundo respondetur libr.ij. & di
xi in consil.xlvi.colum.ij.circa med.videtur autem
instrumentum minus solenne sine dubio probare
etiam in non antiquis, quando reperitur in archi-
uio publico Corn.in consil.clxxi.colum.fin.versic.
quantum autem ad exemplum libr.i.

301 QVID † in instrumento cuius originale non inuenitur, sed insertum reperitur in priuilegio principis, an fidem faciat, Dic ꝙ non nisi fuerit insertũ de consensu partis aut ea legitime citata vt habetur per moder.in.c.venerabilis vbi Deci.colum.fin. de confirma.vtili vel inutili. Cessante autem consensu aut vocatione partis an probet in antiquis vel recentibus recurrendnm est ad ea que supra diximus circa verba enunciatiua principis & intellectum clementi.i.de probatio.

VISO in hac prima parte huius tractatus, an verba enunciatiua, an scriptura priuata probet in an-
302 tiquis, videndum † est de fama an in antiquis plene probet, etiam vbi agitur de graui preiudicio puta de probatione dominij, Dic ꝙ sic Innõ.in.c. veniens de verbo.signi.Bald.in.l. proprietatis in fi.C. de proba.cũ simil. vt Alexand. tradit in consil. iiij. colum.v.versi.potest alius modus seruari libr. ij. in consil.xv.colum.i.in consil.xxiiij.colum.fin.libr.v. & in cõsi.ci.quarto dubio libr.vij.Aret.in cõs.xv. colum.iiij.calca.in consi.xi.colum.v.in prin. Corn. in consi.xlviij.colum.ij.post med. libr.iiij. decius in d.c.cum causam in .ij.nota.de proba. in .c.i. col.iij.

in fi.de appella.in consi.xlij.colū.ij.in consi.cxxvi. colum.ij.in consil.cxlvi.colum.v.in consil. clxxiiij. colū.ij Ias.in repe.d.l. admonendi colum. lxxxvij. versi.limita.tamen singulariter in .d.l. cum aliquis colum.fi.versi.confirmo & tertio .C. de iure deliberan.& in consi.cxxviij.colum.ij.libr.i.

CONtrarium ꝙ Immo sola fama non plene probet in antiquis nisi concurrant alia adminicula tenet Corn.in consi.ccciij.colum.v.versi. his tamen non obstantibus lib.iij.vbi ꝙ solum plene probat in his que sunt notoria seu pro notorijs habentur de antiquo ita ꝙ communis omnium opinio sine aliqua contradictione ita habet puta mortem christi redēptoris humani generis,donationem factam ecclesie per cōstantinum imperatorem vel si presens status rei,correspondeat dominio de preterito vt quia de presenti probatur possessio.x.xx.xxx.aut.xl. annorum, nam ex ista possessione coadiuuatur possessione & dominiū de preterito, secus si volo simpliciter probare per famam ꝙ talis res fuit talis sine alia adminiculo presentis possessionis vel communis omnium opinionis que notorium inducat, Aliud etiam adminiculum considerat Corn.vbi supra quando appareret de aliqua emptione facta per eum,de cuius dominij antiqui probatione agitur, dum respondet ad glos. in .d.l. proprietatis in verbo legitimis

SED contra Corn.dicit communem opi. esse decius in.d.c.i.col.iiij.de appella. Sed aduerte vltra Deci.

nam Corn. non negat ꝙ si produceretur titulus acquisitionis illius, de cuius dominio agitur & probaretur dominium eius per famam, ꝙ talis fama consentiens & correspondens tali titulo, plene probet, hoc enim vult glo. fin. in d. l. proprietatis, ergo idem si producatur titulus alienationis facte per eũ de cuius dominio queritur, siue inter viuos siue in vltima voluntate, par enim videtur ratio & sic semper erit verum dicere quod fama coadiuuetur alio adminiculo, nec fere tractatur de probando dominium alicuius de antiquo, nisi vt probetur veritas & effectus eius tituli siue in acquirendo siue in alienando.

303 SED quero † hic an ista probatio dominij antiqui per famam sufficiat ad probandum dominiũ etiam de presenti, puta volo probare ꝙ sum dominus huius domus, nihil probo de possessione mea ꝙ ego possederim per tempus sufficiens ad prescribendum saltem iuncto tempore autorũ meorum, sed tantum probo de dominio autorũ meorum per famam in antiquis, an ista probatio sufficiat, Abb. in. c. veniens el i. & in. c. licet ex quadam de testib. tenet ꝙ non contra Anto. de Bu. Ideo dicit Abb. si probo ꝙ sunt iam mille anni quibus domus tua fuit ecclesie consecrata, hoc non sufficit ad domum tibi auferendo, cum non probetur ius ecclesie de presenti, sequitur Corn. in consil. xxxv. colum pen. libr. i. in consi. xix. col. ij. circa med libr. ij. in consil. cxlij. colum iij. circa med. versicu. nec

obstat q̄ facta libr. iij. latius in consil. xxiiij. colū. ij. & in consil. cxxx colum. ij. libr iiij.

SED contra Corn. dicit communem opi. esse decius in. d. c. i. colum iiij. de appella. & latius tradit idem decius in cōsi. ccccxxviij. & ibi q̄ Areti. in. d. c. Veniens el. i. colum pen. de testibus respondet rationibus que in contrarium adducuntur. Rippa autem in. l. rem que nobis colum. pen. in fi. ff. de acq. poss. videtur concordare opi. distinguendo q̄ aut presens status repugnat dominio de preterito, puta si dicatur q̄ res prophana olim fuerit consecrata ecclesie, nam presens status repugnat, & non probetur dominium de presenti sed tantum de preterito per famam, aut presens status non repugnat & tūc probetur etiam dominium de presenti. sed ista distinctio videtur contra doct. communiter nam qñ probatur de dominio auctorum meorum in antiquis, & modo reperitur res apud aduersarium, nō habentem causam ab eis, presens status satis videtur antiquo repugnare & tamen doct. communiter tenent probationem dominij de antiquo sufficere etiam de presenti, modo presens meum dominium prescriptum non sit ab aduersario. ob id illud solū puto considerandum an cum ista repugnantia presentis status cum antiquo, concurrat prescriptio vel non quia si concurrat prescriptio frustra tractatur de antiquo domino quod per causam prescriptionis perditum dicitur. Que tamen consideratio cessaret in re ecclesie consecrata quia res sacra possideri

non potest, ob id ne prescribi quidem. §. sed aliquã do insti. de vsuca. Ideo si probatur per famam rẽ olim fuisse ecclesie consecratam, talis probatio videtur sufficere quoad ius de presenti, licet aduersarius lõgissimo tẽpore eam vt prophanã possederit.

POssem in materia fame qualiter probari debeat & de eius effectibus quasi volumen in farcire, sed non interimo permittitur tempus, tum etiam habetur eius materia in locis vulgaribus, plura etiam de fama cõsulendo scripsimus tam in cõsilijs iã proditis q̃ alijs quandoq; in lucem duo auspice exituris.

304 VISO † de fama in antiquis an & quomodo probet, videamus de testibus, in quare sciẽdum est ꝙ in antiquis admittuntur testes deponentes de credulitate & plene probent. c. quotiens in fi. in versi. accepisse a maioribus suis & credere de testibus Abb. in. d. c. licet ex quadam eod. titu. Alexand. in consil. clxxxvij. colum. fin. libr. ij. Iaso. in rubr. ff. de iureiuran. colum. iiij. circa med. versic. iiij. & vltimo in consil. lxv. colum. pen. circa med. libr. iij. & in consil. clxvi. colum. iij. post med. libr. iiij.

305 SImiliter † in antiquis testimonium de auditu & de auditu auditus plene probat. d. c. licet ex quadã vbi late doct. Alexan. in. d. consil. clxxxvij. colum. fin. libr. ij. Areti. in consil. xxxvii. sequendo ordinẽ in secundo dubio Socy. in consi. ccv. colum. ij. in fi. versicu. iiij optime ad propositum libr. ij. Iaso. in consi. cxxviij. colum. ij in princ. libr. i. in. d. consil. lxv. colum. pen. circa med. libr. iij. & in. d. consil.

clxvi. colum. iij. post. med. libr. quarto.

SED aduerte circa istud testimonium de auditu in antiquis, quia non puto ꝙ plene probet vbi agitur de graui preiudicio, nisi ex tali testimonio inferatur ad probationem fame, in fama necessario inest testestimonium de auditu, et ita tenet Abb. post hosti. & Io. and. in .d.c. licet ex quadam quod tamen Areti. in consil. ciij. colū. ij. reliquit indecisum Idem sentit decius in consil. cxlviij. ante fi. versi. nam quando de tanto tempore, dum loquitur copulatiue de fama & auditu. Bene dicit Deci. ꝙ ad probandum prescriptionem tanti temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium, sufficiunt testes de auditu, sed in prescriptione coadiuuatur probatio ex possessione de presenti per dicta supra circa probationem per famam. & ꝙ solum testimonium de auditu nō sufficiat etiam in antiquis, probari videtur sit, doct. communiter concludunt ꝙ dominium in antiquis probatur per solam famam vt supra dictum est, fama autem debet legitime probari secūdum doctri. Bar. & doct. in. l. de minore. §. plurium ff. de questio. Ergo infertur necessario ꝙ testimonium simplex de auditu non sufficeret, nam si sufficeret, non esset necesse famam plene probari cum (vt dixi) in probatione fame insit testimonium de auditu necessario, Ideo Corn. in consi. cccxxxiij. col. vi. versi. iuuatur itaq; communitas campli libr. i. dicit ꝙ in antiquis admittitur quandoq; testimonium de auditu quasi dicat nō semper. & vbi suf-

ficeret testimonium de auditu simpliciter sine alia probatione fame illud est in his que de sui natura sunt difficilis probationis prout est probatio parentele aut consanguinitatis in terminis .d.c. licet ex quadam quo casu videtur sufficere testimoniũ de auditu tantum sine alio adminiculo dummdo deponant testes ad formam.d.c.licet ex quadã Corn. in consi.lxxviij.colum.iij. post med. versic. his tamen non obstantibus lib.iij. secus vbi ageretur de probatione dominij aut alterius iuris preiudicialis cuius probatio de sui natura non est difficilis quia tunc sine dubio testes de auditu tantum non sufficeret nisi concurrat probatio fame aut aliud admi-
306 niculũ.fortius ✝ voluit Paul.de cast.in consi.lvi. super primo quesito colum ij.post med lib.i.quod text.in d.c licet ex quadam solum procedat quando agitur de probanda parentela aut consanguinitate in causa matrimonij non etiam si ageretur de cõsanguinitate ob causam alicuius successionis aut hereditatis & sic Pau.directo contrariatur Corn.in d consi.lxxviij.col.iij.post med.lib iij.vbi Corn.dicit probari consanguinitatem per testes de auditu licet agatur de hereditate.quod dictum videt̃ confirmari ex eo quod dicitur quasi possessionem filiationis sufficere etiam vbi agitur de hereditate obtinenda Pau.de ca in cõsi.cli.lib.i & in cõs.cccxcij.col fi. lib.ij.Cor in cõs.i.col.x.ĩ fi.lib.iij.Deci.ĩ cõs.liiij.co. fi.tñ doc.cõueniũt in hoc ꝙ excepta cã cõsanguinitatis aut parentele, testimoniũ de auditu nõ sufficit.

SED multa super hoc dici possent quia Deci. fuit sibi contrarius in consil.cccxxi.colum.pen.

307 ET aduertendum † ꝙ ad hoc vt probetur consanguinitas per testes de auditu, debent concurrere duodecim requisita que enumerantur in .d.c. licet ex quadam Paul.de castr. in.d. consi.lvi. colum.ij. post med.libr.i.Socy.in consil.xlvij.colum.iij.in fi. libr.iiij.Corn. in consil. cxlvi.libr. iij. & circa illud requisitum ꝙ testes debent deponere se dici audiuisse post litem motam, addo ꝙ si testes deponerent se dici audiuisse post litem motam, non facerent etiam presumptionem Deci in con.lxxxij.col. i.allegat Archid.in.c.i.xxxv.q.vi. vbi vero sumus non antiquis testimonium de auditu licet non probet.l.testium.C.de testibus.c.tam litteris de testibus c.inquisitionis de accusa.tamen transfert onus probandi in aduersarium archid.in.c. hoc videẽ. xxij. q.v.quod dictũ pro mirabili refert & sequitur roma.in sing.cccxli.testimoniũ de auditu Deci.in cõsi. cclxxij. colum.ij. circa med. & in consil. cccccxcv. colum.i.in fi.addo Socy.in consil. ccxcv. colum.ij. circa med. versi.ij. principaliter libr.ij. & vltra Socyn. & decium addo Bald. in consil. ccxix. testes colum. ij.libr. iiij. Curtium senniorem consi. lxx. colum. ij. circa med.

SED aduerte quia non sine causa roma.in.d.singulari.cccxli.reputat hoc dictum mirabile quia videtur continere iniquitatem si ita simpliciter intelligatur nam pone ꝙ persone a quibus testes dici audiuerunt

runt agant in humanis & possint examinari, nonne videtur durum q; testes deponentes de auditu faciant talem presumptionem que onus probandi
308 transferat in aduersarium, immo † isto casu presumptio & suspitio videtur contra partem producentem testes cur non eos produxerit & examinari fecerit qui verisimiliter facti veritatem magis intelligerent & a quibus alij dici audiuerũt, Pro hoc quod scribit Areti. in consil. xiij. colum. vi. ver. preterea cum in matrimonio & in consil. lxxxij. colũ. iij. versi. nisi forte obstaret vbi q; suspitio est contra partem que paucos testes sibi magis amicos fecit examinari super eo in quo dicitur multos fuisse presentes. ob id istud dictum videtur intelligendum mortuis autoribus testiũ idest personis a quibus testes audiuerunt vel eis longe adeo absentibus q; examinari non possint, Alias istud dictum videtur durum & abhorens a iuris ratione & equitate. ¶ Nec dicatur istud dictum intelligi per doct. quando testes deponerent de auditu a parte quia tunc tractaretur de confessione extraiudiciali que presente parte plene probat, ea vero absente semiplene vt habetur in. d. l. admonendi.

309 VNum † etiam omittendum est in hac materia testimonij de auditu, q; tale testimonium quia fundatur in iure speciali prosternitur si testes in aliquo deficiant Raph. cuma. in consi. lxxvij. visis libello colum. ij. versi. ad quartum, quod dictum pro notabili refert & sequit̃ Curtius Iunior in consi. xvij

in prin. vbi idem dicit in probatione fame & allegat in arg. text. in l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. mili. vbi quod ius speciale facilius tollitur quam ius commune tanque debilius. Addo vltra Curtium Anchara. in consil. cxciij. in causa & questione Ioannis colum. ij. versicu. non est etiam verisimile vbi quod de facili inueniuntur testes qui dicant sic & sic audiuisse & sic sentit Aanchara. quod tale testimonium de auditu non solum sit debile sed etiam multum suspectum & hoc dictum Anchar. optime videtur facere ad id quod supra proxime dixi quod testimonium de auditu non videtur inducere presumptionem que onus probandi transferat in aduersarium quando supersunt persone a quibus dici audiuerunt.

310 QVero † etiam in premissis & ad intellectum premissorum, in casibus in quibus admittitur testimonium de auditu vel ad plenam probationem vel ad presumptionem quo casu necesse est quod nominentur persone a quibus testes dici audiuerunt vt habetur in. d. c. licet ex quadam de testibus, an sit necesse quod testes dici audierint ab eisdem personis, aut sufficiat quod a pluribus & diuersis personis dici audierint, Corn. in consil. lxxviij. colum. i. in fi. lib. iij. quod non nocet diuersitas personarum a quibus auditum sit.

SED contrarium tenet Alexan. in consil. lxxxij. col. ij. versi. preterea secundum hosti. libr. i. vbi quod testes dicuntur singulares quando dicunt audiuisse a di-

uersis personis allegat hosti.& Ioan.and.in.d.c. licet ex quadam sequitur Deci. in consil. cccxxi. colum. iiij.in fi.& ista opi. magis placet maxime quia, vt dixi, istud testimonium de auditu valde fundatur in iure speciali Ideo specialia non sunt multiplicanda.l.i.C.de,dotis promis & quia alias dicit Ancha. in.d. consil. cxciiij. de facili possent inueniri testes qui dicerent se audiuisse vnus ab vno alter ab altero & sic deinceps.

821 AMplius † circa materiam testium in antiquis sciendum est q admittunt in antiquis etiam testes domestici etiam vxoris alijs deficientibus probationibus Bald.in.c.i.§.vasallus circa fin. si feudo fuerit controuer.inter domi. & agna per text. in .l.ij.C. quan.& quibus quar. pars libr.x. sequitur Bertachinus in prima parte sui repertorij in verbo domesticus versic.xxiij cuius dicta ad verbum transportauit aufrerius in decis.tolosa.q iiij.

SED aduertendum circa hoc dictum, nam aut queritur de testimonio domesticorum per sensum corporis alium q auditus puta q ipsi domestici sciant factum per visum aut auditum proprium si sit questio de probando aliquam confessionem extraiudicialem,& istud videtur impossibile, quia in materia probationis antiquum dicitur quod excedit centum annos, vt supra dictum est ab initio, huius prime partis tractatus, Ideo oporteret rem probari per domesticum. excedentem annos decem supra centum quotusquisque enim

312 inueniatur qui perueniat ad id etatis. Aut † queritur de testimonio domesticorum per auditum auditus & sic per auditum alienum in casu quo tale testimonium admittitur, & tunc posset procedere dictum Bald. in his que in domo tantum fieri consueuerunt & que per alios sciri non possunt quo casu testimonium domesticorum admittitur etiam in non antiquis modo deponant concludenter per sensum corporis aliter q̃ per auditum alienum. l. consensu. C. de repud. vbi Bald. Bart. in. l. si quando colum. fin. C. vnde vi Alexan. in consil. xxiiij. colum. iij. post med. versi. pro hoc benefacit libr. ij. Immo in talibus testes domestici preferuntur alijs tanq̃ melius scientes veritatem facti. l. quotiens vbi Barto. C. de naufra. lib. xij. Areti. in consi. xiij. viso colum. vij. versi. venio nũc ad quintum, sed in alijs que per alios etiam non domesticos sciri possunt non puto admitti testimonium domesticorum, & sic dictum Bald. videtur restrigendum in his que nisi per domesticos de facili sciri non possunt prout in casu in quo loquitur Bald. ad sciendum an aliqua bona fuerint possessa tanq̃ feudalia.

313 Amplius † considero ꝙ Bertachi. & aufrerius male videntur intellexisse Bal. in. d. §. vasallus quia Bald. ibi non dicit ꝙ admittatur testimonium domestici pro domestico in antiquis Immo sensus Bald. videtur ꝙ in istis antiquis quando agitur de probando bona esse feudalia, poterunt interrogari domestici contra domesticum vt cogantur de-

ponere an talia bona fuerint possessa tãq; feudalia in subsidium, nam Bald. in specie loquitur de vxore que regulariter cogi nõ põt ad deponendum cõtra maritum. l. ij. C. de testibũs sed hoc fallit in subsidium propter inopiam probationum quando veritas aliter haberi non potest Abb. in. c. in litteris in fi. de testibus Alexan. in consil. ij. in vltimo dubio libr. vij. appella tolosa. q. iij. licet secus in marito qui cogitur testificari contra vxorem vt ibi habetur per capellam & in decis. cxxiij. quia non imminet ratio periculi in marito deponente contra vxorẽ que in vxore deponente cõtra maritum. Ad quod respectum videtur habuisse Bald. in. d. §. vasallus vt scilicet in istis antiquis, quorum probatio est difficilis, vxor cogatur testificari contra maritum & domesticus contra domesticum & ꝙ iste fuerit sensus Bald. probatur ex. l. quam allegat in. d. l. ij. C. quan. & quibus quarta pars libr. x. vbi glos. in versi. iurata fide notat ꝙ vxor cogitur manifestare bona heredibus mariti per iuramentum & similiter vasalli feuda, Conuertenda est igitur conclusio ꝙ in antiquis domestici coguntur testificari contra domesticos, Pro eis autem testificari non poterunt nisi vt
314 supra. ¶ Istud † autem ꝙ domestici coguntur testificari contra domesticos in subsidium, videtur intelligendum in his que de sui natura ab alijs sciri non possunt & sic ab alijs probari non possunt, prout in his que fiunt in domo per ea que no. Anto. de Bu. Imo. et doc. in. c. iij. loco de proba. Anto.

de Butr. in consil. xxiiij. questio hec circa fi. vbi testis inhabilis admittitur in subsidium quando res per alios verisimiliter probari nõ potest nec actu nec habitu secus sĩ habitu licet non actu & in terminis coactionis testium ita tradit Alexand. in consil. lxiiij. colum. ij. versi. ij. respondeo lib. i.

315 IN hac † etiam materia antiquitatis non solum admittitur probatio lenior, verum etiam ipsa antiquitas probationem videtur prestare, puta constitutum non operatur nisi probetur ꝙ constituens rem teneret & possideret de tempore constituti Ang. & Alex. in. l. quãuis. §. si conductor. ff. de acq. pos. cum simil. vt per decium in consil. cccc. colum. pen. in princ. Iaso. in. l. quotiens colum. iiij. C. de rei vendi. Istud tamen fallit in antiquis in quibus non est necesse probare possessionem constituentis de tempore constituti, sed illa presumitur Socyn. in consil. clxxxvij in controuersia colum. v. versicu. secunda ratio libr. ij. sequitur Deci. in consil. ccciĩ. colum. iij. versi. non obstat quod non apparet ꝙ possessio, allegat Paul. de castr. in consil. lxxxi. in causa que vertitur inter reuerendum patrem col. ij. in fi. versi. patet etiam ex instrumento lib. ij. vbi ꝙ possessio probatur per instrumentũ antiquum in quo dicit̃ possessionẽ esse apud talem quod Paul. dictũ etiam refert & sequitur idem Decius in cõsi. xxxvi. colum iiij. versi. i. igitur non obstat, Addo Panor. in. c. cũ nobis col. ij. de prescriptio. quem sequitur Curtius iunior ĩ cõsi. xc. col. fi. vbi ꝙ in an=

tiquis possessio pōt probari per sola instr̄a. Addo vltra deciū & Curtiū Socy.in cōs.cvi.col.ij.libr.iij. vbi idē voluit q̄d in.d cōsi.clxxxvij.ꝙ scilicet in antiquis presumit̄ possessio cōstituētis de tp̄e cōstituti.

SED aduerte quia istud dictum ꝙ probet̄ possessio ex instr̄o antiquo in preiudicium tertij, videtur dubitabile quando talis possessio afferret graue preiudicium puta quia ex ea inferretur ad probationē dominij & istud dictū eo casu videt̄ contra cōmunem cōclusionē doct.supra firmatam ꝙ verba enūciatiua instr̄i non probant contra tertiū in antiquis siue prolata sint principaliter & directo ꝑpter se, siue incidenter propter aliud, Ideo nō putarem ꝙ ex simplici constituto in antiquis probetur possessio constituentis, quando per tales cōstitutū agitur de probatione dominij contra tertiū quoad plenā probationem, sed semiplena tm̄ inducat̄ probatio que suppleat̄ ex alijs indicijs aut adminiculis iuxta ea que in precedētibus dicta sunt de ꝓbatione verborum enunciatiuorū in antiquis contra tertium.

NEC obstat dictū Bald.allegatū per Socy. in dictis consilijs in aucten.quas actiones circa fin.C.de sacrosan.eccles.vbi ꝙ possessio probatur per instrumenta successiue facta super possessione & redditibus per.l.pōponius.ff.quibus modis vsusfru.amitta.quia Bal.loquitur in pluribus instrumentis que equipollent probationi fame. vt in precedentibus dictum est, nimirum si ex talibus pluribus instrumentis fit plena probatio quia fama in anti-

quis plene probat etiam vbi agitur de graui preiudicio & de probatione dominij vt supra vidimus. ¶ Non ob. etiam Abb. in. d. c. cũ nobis quia Abb. loquitur eo casu quo etiam probaretur possessio in recentibus puta puando in scriptura continetur ꝙ quis missus est in possessionem rei autoritate iudicis ita ꝙ per scripturam notarij apparet ꝙ missus apprehendit possessionem vel quando in rei presentia venditor tradidit rem emptori & de hoc notarius attestatur & quando Abb. loquitur de constituto, presupponit habilia aliunde, idest ꝙ non sit dubium de possessione constituentis per. l. qui testamento in princ. ff. de testam.

316 SED dicet † aliquis, quando producitur instrumentum de antiquo, non videtur necessaria probatio notariatus, sed ille presumitur propter antiquitatem temporis Bald. in. d. aucten. quas actiones circa fi. & infra dicemus, ergo eadem ratione idem videtur dicendum in constituto aut recognitione ꝙ presumatur possessio de tempore constituti aut recognitionis in antiquis ita ꝙ agens ex tali constituto aut recognitione habeat intentionem fundatam, saltem donec probetur de contrario, Respondeo ꝙ magna inter ista videtur ratio diuersitatis, primo quia in notariatu non agitur de presumenda substantia rei sed de qualitate aut solennitate tã

317 tum requisita ad fidem instrumenti que † qualitas aut solennitas facilius presumitur ꝙ̃ substantia arg. no. per Barto. & doct. in. l. certi conditio. §. quo

19 & iudicem ministrum iuris, sicut † dicitur de teste quod solum debet deponere super facto non super iure Innoc.Bald.& doct.in.c.cũ causam de testibus Bald.in l.solam colum.i.C.eodem titu. in cõsil. lxxxi.in causa ista libr.iij.& in consi.cccxxiij. premittendum est in fi.lib.iiij.& in consil.ccccxxv. statuto cauetur quod nullus lib.v.Barto.in cõsil.cxiij. processum est in fi.& alibi sepe doct.& isto casu ꝓcedant allegata in contrarium quod enunciatio solennitatum debet esse specifica nec sufficit generalis quia intelligitur quando fieret a notario aut ab alio ad quem non spectat iudicare que & qualia sint iuris solennia.& ita procedant que ego scripsi in cõs. xxix.colum.ij.circa med.& in notario quod non sufficiat expressio aut enunciatio in genere, tradit Iaso.post Alberi.in d.l.sciendum colum.vi. versic. limita istã doctr'.Bar.ff.de verb.obli. Ex premissis habetur conclusio quod vbi sententia lata est de recenti contra presentem vel contumaciter absentem & transiuit in rem iudicatam, ita demum presumitur pro ea si acta & solennia referat saltem in genere,si vero de antiquo lata sit,presumitur pro ea licet acta non referat.

20 SED hic † videndũ est quando dicaſ de antiquo

lata vt pro ea presumatur licet de solennitatibus aut actis non habeatur in ea mentio, secundum aliquos sufficit biennium, secundum aliquos post xx annos secundum omnes committitur iudicantis arbitrio Alexan.in consil.ccxix.colum.iiij. post med.versic.preterea vt presupponitur libr.vi. idem voluit ipse Alexan.in consil.xvij. colum.iij. versic. nec obstat quod no.Cy. lib iiij. dum se remittit ad doct.per eum alleg.in.d.consi ccxix. & hanc opi. quod relinquatur arbitrio iudicis sequitur Areti. in consil.xxxvi.colum.fin.

SED idem Alex.in.l.fi.§.illud .ff. quando appel. sit in addi.ad Bar.sequitur opi ꝙ sufficiat bienniũ, refert & sequit̃ Bertachi.in.iij. parte sui repertorij in verbo sententia presumitur ante finem primi versi.

IDEM Alex.in cõs.cxxiij.col.ij.versi.preterea predicta sententia lib.ij.voluit ꝙ sufficiat tẽpus.x. annorũ refert & sequitur Gozadinus in consi.xxix. col. fi.vers.vi.adduco.Addo Veronẽsem in cõsi.xxvi. col.iiij.ad fi.Abb.autẽ in cõsi.lxi. col.pe.post med. versi.nunc venio ad responsionẽ li.i. sequitur opi. Ioan.Calderi.in.d.c.quoniam contra de probatio. ꝙ requiratur tẽpus viginti annorum. eandem opi. tenet calca.in consil.viij.colum.iiij.in fi.

EX premissis apparet ꝙ certa doctrina dari nõ põt circa istud tempus, ob id totum videtur relinquẽdũ arbitrio iudicis qui varie arbitrari poterit secundũ
21 qualitates iudicũ qui pronunciauerũt qa † magis presumetur pro sententia vnius iudicis maioris ꝙ̃

inferioris in dubio.l.i.ff.de offi.prefecti preto. Bal. in.l.tutores.ff.de confir.tuto.Iaso.in.l. pacta nouissima in tertio nota.C.de pactis. in.c.i. colũ.iij. ad fi. qui feu.dare poss.m in rubr.C. qui admitti col.ij. in fi.& hoc quando qualitas iudicis maioris nõ esset nota iudici arbitranti, si enim nota esset & iudicem sciret imperitum, precipitem aut alias conscientie nebulose aut minus integre, arbitrium eius considerabit tempus longius q̃ in iudice recto & integro perito eque & inculpato. vbi vero tempus exactum esset annorum triginta, illud sine dubio videtur sufficere Veronensis in consi.lxiij.col.ij.

22 SED hic quero † quando sententia lata est de antiquo, an ita demum presumatur pro ea; si lata sit contra presentem aut contumaciter absentem, an vero etiam si contra absentem non contumacem, Corn.in consil.cccxxxiij.colum.iiij.in fi.lib.i.q̃ dicta distinctio an feratur sententia contra presentem aut contumaciter absentem vel absentem citra contumaciam, solũm fit quando sententia est de recenti, sed vbi de antiquo est, indistincte pro ea presumitur, Addo rationem vltra Corn. nam ideo presumitur pro sententia recenti contra presentem vel contumaciter absentem, quia imputandum est ei cur non appellauit vel cur contumacem egit & q̃ non appellandi censetur acquieuisse sententie & approbasse omnia enunciata in ea, sed ista ratio militat etiam contra absentem non contumacem vbi

23 sumus in antiquis quia † propter diuturnitatem

scīa sen-
natis
i añiqs

temporis presumit̃ scientia idest ꝙ is contra quem pronunciatum est, noticiam habuerit de sententia Sali.in.l.autoritatem versi. quero de questione facti.C.vnde vi quem refert & sequitur Deci. in cõsi. clxxxv.colum.vi. Addo Calderi.in consi.xv. col. i.versi.ex quo sequitur in titu.de preben.licet contrarium voluerit bellamera in consil.x.col.x. in fi. vers.quoad primam difficultatẽ & col.xiij.in prin.

ET ex hac ratione infertur ꝙ vbi alias posset probari scientia absentis, nõ contumacis ꝙ noticiam habuerit de sententia & ab ea non appellauerit infra tempus debitum a die scientie, ita presumetur pro sententia contra talem absentem etiam non contumacem sicut contra presentem, ita Barto. in consi. xcviij.apparet sentẽtia col.ij.versi & idẽ intelligo, calca.in consil.lxxvi.colum.vij. & in consil. lxxx. colũ.iiij.in fi.Imo in.l.iiij.§.condemnatũ ff. de re iudi.quem refert & sequitur Gozadi.in.d.cõsil. xcvi. col.fi.versi.vij.adduco. Quod intellige in casibus in qbus absens post noticiã habitam tenet̃ appellare.

EX premissis habes duas differentias an sententia que transiuit in rem iudicatam sit de recenti vel de antiquo, quia vbi est de recenti, oportet ꝙ sit lata cõtra presentem ita ꝙ appareat sententiam transiuisse in rem iudicatam per consensum presentis expressum vel tacitum ad hoc vt presumatur pro tali sententia, secundo oportet ꝙ sententia solennia referat saltem in genere, vbi vero est de antiquo, ista duo non videntur necessaria. Est verũ circa secũdũ

requisitum vt oporteat solennia sententie in ea enũciari saltem in genere, quod multi talem enunciationem non requirunt & etiam in sententia de recenti, postq̃ transiuit in rem iudicatam. vt in precedentibus visum est.

CONclusio etiam ex premissis infertur quod presumitur pro sententia quando trãsiuit in rem iudicatam contra presentem vel contumaciter absentem licet sit sententia de recenti, si vero de antiquo, etiam cõtra absentem citra contumaciam.

24 QVE conclusio † limitatur vt non procedat in preiudicium tertij contra quem pronunciatum nõ est quia contra eum non presumitur pro sententia etiam in antiquis Pau. de cast. in consil. xcix. circa primum quesitum colum. ij. versi. nec obstat quod presumitur lib. ij. Socy. in consi. clviij. colũ. iij. in fi. versi. sed ego etiam respondeo clarius lib. ij. Abb. in. c. cum inter. r. colũ. iij. de electio. Fely. in. d. c quoniam contra colũ. xiiij. de proba. rippa. in. l. ij. §. voluntatem col. v. circa med. ff. solu. matr. vbi tamen de Pau. & Socy. non meminit. & faciunt que scripsi supra in. i. parte de verbis enunciatiuis nu. lxx. ꝙ tertio non preiudicant etiam in antiquis.

SED aduerte ꝙ ista limitatio dependet ab illa questione an sententia lata inter alios, alijs preiudicet, quia in casibus in quibus preiudicat tertio, pariter videtur ꝙ pro ipsa sententia presumatur contra tertiũ & siquidem sententia in totum & plene preiudicet tertio, pariter dicendum videtur ꝙ plene

pro ea presumatur contra tertium, si in parte, pro
ea parte. Que materia an sententia preiudicet tertio
habetur plenissime in.l.sepe.ff.de re.iudi.vbi Alex.
repetendo, ead.mat.versi.fortius dixit post notarij
verborum ꝙ semiplene probat contra tertiũ. Non
25 † dicam hic quando res inter alios acta. alijs plene
preiudicet, sed pro intelligentia huius limitationis
videndum esset, in casibus in quibus plene nõ pre
iudicat, an saltem preiudiciũ aliquod pariat, Alex.
in.d.l.sepe col.xx.versi fortius dixit post nu. lxxi.
ꝙ parit preiudicium quoad semiplenam probatio
nem & idem Alex.in consi.clvi in fi.lib.ij. Ancha.
in consil.cclxxvi.visa diligenter colũ.i. circa med.
versi.ego his nõ obstantibus, roma.in cõsi cccxliij.
ante fi.versi.ꝙ autem aliquale preiudicium. Socy.
in consi.cxlix.colũ.vi.versi. confirmantur predicta
lib.i.Deci.in cõsi.xlij.colũ. fi.in consi cix.colũ.i. in
consi.cclxxij.col.iij. & in consi.cccccxcvi.Corn.in
cõsi.cccxix.colũ.pen lib.iij. vbi voluit ꝙ scriptura
priuata inter alios cũ vno teste integro plene pro-
bet, ergo vult ꝙ talis scriptura semiplene probet
& dicit Iaso.in.l.decẽ col.ix.versi. sed vnũ fortiter
obstat.ff.de vrbo.obli. ꝙ liber estimi aut catastri
inducit presumptionem contra tertium que onus
probãdi in eũ transferat que sane presumptio iuris
plus videt̃ habere ꝗ ꝓbatio semplena cũ talis ꝓba
tio semiplena nõ trãsferat onus ꝓbãdi in aduersariũ
nisi eo casu quo semiplene ꝓbãti deferẽdũ sit iurũ
suppletiuũ quo ẽt cãu ad euitãdũ tale iurm sufficere

videtur aduersario ꝙ parem & semiplenam probationem prestet per ea que habentur in .l. admo-
26 nendi .ff. de iureiuran. sed vbi † presumptio iuris transfert in alium onus probandi, necessaria videtur probatio plena immo fortior videtur necessaria probatio propter talem presumptionem que sit contra eum. quia verisimile vbi Abb. in secundo nota. de presemptio. Immo isto casu probationes debent esse apertissime & tales testes de quibus nõ sit aliqua verisimilis dubitatio ꝙ debeant deierare per text. cum glo. in. l. non est verisimile. ff. quod metus cau. in. c. super hoc de renuncia. & in. d. c. qa verisimile, habetur per glos. & doct. in. l. transactione. C. de transactio. Socy. in consil. cclxiij. colũ. vi. versi. ij. respondeo lib. ij. Deci. in consil. cv. col. iij. in consi. clxxv. col. v. & in consil. clxxvij. colũ. i. Iaso. in. l. si extraneus in. vi. nota. ff. de condi. ob cau. & in l. sciendum col. v ff. de verbo. obliga. Addo bonũ text. in. l. sicuti. C. de questio. vbi ꝙ testimoniũ Socij criminis non facile admittitur contra apprehendentem vel custodientem eum quia non est verisimile ꝙ eum apprehendisset aut custodiret si se cõsciũ aut complicem videret & sic ista iuris presumptio que est cõtra testimonium socij criminis, illud repellit vbi alias admitteretur. Amplius quando qs vult probare contra illud quod lex presumit, requiruntur tres testes idonei vel saltem duo excellentes vt resultet plena probatio Specu. in titu. de probatio. §. fi. versi. fi. qđ dictũ pro stupendo refert

& sequitur

& sequitur Iaso.in.d.l.sciendum colum.v.versi. no. tamen stupendum dictum.ff.de verbo.oblga.illud etiam dictum pro singulari refert & sequitur Curtius iunior in consil.lij.colum.iij.circa med.Idem est in suspitione quia fortiores requiruntur probationes in eo contra quem militat suspitio Areti.in cõs. lxiiij.colum.iiij.versi.item ex clausulis.

SED q res inter alios acta non pariat preiudicium semiplene probationis contra tertium sed tantum presumptionem aliqualem aut leuem faciat, tenet Areti.in consil.clxiij.sicut Ioannes colum.ij. versic. vtrum autem iste probationes Curti. senior in cõsi. lxxiij.colum.ij.in fi.& seq.vbi late. idem tenet Deci.sibi contrarius in.l.ij.colum.x.C.de eden. vbi q solum inducit semiplenam probationem in causa connexa ratione connexitatis.Idem tenet Iaso.in .l. si duo patroni in princ.colum ij.ff. de iureiurand. Addo Bald.in consil.ij si egresse in fi.libr.iiij.vbi q confessio maioris etatis facit indicium inter alios, tamen in confessione videt q faciat semiplenam probationem vt habetur in. d.l. admonendi & tradit Veronensis in consil.xlv. colum.ij. circa fi. Rippa etiam in.d.l.admonendi colum.pen.& in.d.l.ij. col. xi.post med.C.de edendo q res inter alios acta solum inducit qualem qualem presumptionem que operatur vt data paritate probationem, is causam vincat pro quo sit talis presumptio. per glo. in .d.l. si duo patroni in prin.Aliu effectum ponit Curti. in.d.consil.lxxiij.colum iij.vt iudex faueat in defe-

rendo. iuramentum suppletiuum habenti vnum testem cum ista quali quali presumptione. & colũ. iiij. dicit Curti. q̃ istud quale quale preiudicicium non sit tertio ex sententia iniusta aut nulla etiam confirmata rescripto principis.

ET hanc vltimã opi puto de iure veriorem in facto de recenti, in antiquis autem procedat prima opi. q̃ inducatur semiplena probatio. & in antiquis ita tenet Areti. in consil. xv. colum. ij. post med. versi. & istud indubitanter Curti. in. d. consi. lxxiij. colũ. iij. versic. tertio respondemus vbi quando ex antiquitate temporis verisimiliter acta & processus forent de perdita, tunc ex sententia fit preiudicium tertio quoad semiplenam probationem Iaso. in. d. l. si duo colum. ij. ff. de iureiuran. & que scripsi supra in prima parte circa verba enunciatiua & circa scripturam priuatam q̃ in antiquis probant semiplene cõtra tertiũ. & sic quatenus sententia inter alios lata alijs preiudicat, eatenus pro ea prusumet.

27 SEcundo † limitatur premissa conclusio q̃ pro sententia presumitur quando transiuit in rem iudic. contra presentem vel absentem secundum supradicta, vt procedat in his in quibus non ualet sententia ex defectu consensus partium, quia partes non appellando censentur consentire & tacite remittere talem defectum, secus si sententia aliunde sit nulla q̃ ex defectu consensus partium ut quia lata sit sine cause cognitione ita calca. in cõs. lxxxviij. colum. ij. Sed nescio quid velet calca. dicere, nam

ſi velit intelligere q̄ non preſumatur pro ſolennitatibus quas partes expreſſe remittere non poſſunt tanq̄ ſubſtantiales male loquitur quia fateor q̄ partes expreſſe non poſſunt remittere, ſed dico q̄ lex preſumit eas interueniſſe quando ſententia tranſiuit in rē iudicatam uel quando lata eſt de antiquo & ſic iſto caſu non conſideratur conſenſus partis non appellantis circa remiſſionem ſolennitatum, ſed conſideratur preſumptio iuris pro ſententia q̄ rite recteq̄ lata ſit ut ſupra uiſum eſt. & quod dicit calca. q̄ non preſumitur pro cognitione cauſe q̄ cauſa cognita lata ſit quia tunc non eſt nulla ex defectu cōſenſus partis, Dico q̄ male loquitur quia doct. dicunt q̄ preſumitur pro ſententia & quoad ſolennia & quoad iuſtitiam, immo facilius reſpectu iuſtitie q̄ ſolennitatis, cauſe autem cognitio magis reſpicit iuſtitiam quam ſolennitates & in ſpecie ſupra probatum & q̄ preſumitur pro ſententia reſpectu cognitionis cauſe dum dximus nō eſſe differentiam inter decretum iudicis & eius ſententiam ſed in decreto iudicis doct. communiter cō ueniunt q̄ preſumatur adhibitū cā cognita. Bene-
25 fateor † q̄ ſi uere appareret latam eſſe ſententiam ſine cognitione cauſe, tunc ceſſaret preſumptio que ceſſat in caſu claro vbi aliter de veritate apparet. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. & ita declarat Fely. in. d. cap. quoniam cōtra col. xv. in fi. verſicu. ſecundo declara. de porbatio. & latius infra habetur numero. xxx. & ſi bene conſideres

calca. voluit vnum quod est contra omnes doct. communiter ꝙ magis presumatur pro sententia respectu solennitatis ꝗ̃ iustitie.

NEC ob. argumentum calca. ꝙ sententia nulla ratificari nõ potest vt ualeat tanꝗ̃ sententia quia fateor vbi apparet de nullitate, sed dico ꝙ in dubio non presumitur nulla ex defectu solennitatum quando fertur contra presentes & transiuit tempus appellandi vel qñ contra absentes & sumus in antiqs ga omnia p̃sumunt̃ solẽniter acta & sic cessat nullitas.

29 TErtio † limitatur predicta conclusio ut solum procedat quo ad iustitiam & veritatem sententie pro qua presumitur non respectu ordinis iudiciarij Bald. in consi. ccccxcij. in causa vertente inter Blasium colum. ij. in fi. versic. modo restat respondere lib. iij. sed ista limitatio non placet quia ut sepius dictum est, presumit̃ pro sententia que transiuit in rẽ iudi. etiam respectu solẽnitatis & ordinis iudiciarij.

30 QVarto † limitatur ut non procedat quando libellus est ineptus, Bald. in consil. ccli. posito libr. iiij. sed ista non est proprie limitatio quia conclusio loquitur ꝙ presumitur pro sententia in casu dubio, sed quando apparet de ineptitudine libelli, sumus in casu claro, in quo clare constat de nullitate sententie propter ineptitudinem libelli. Quando enim producuntur acta ex quorum productione apparet de nullitate aut iniustitia sententie, tunc uere & clare dicitur probari de nullitate & iustitia, nec tunc tractari potest aliqua presumptione pro

ipsa sententia Barto.in.l.i.ff.si tutor uel cura.appel. in.l.qui ad ciuilia.C.de appella.& in consil.xcviij. apparet sententia in fi.Fely.in d.c. quoniam contra colum.xv.in fi.versi.ij.declara.de probatio. Socy. in consil.xlvi.colum. ix. circa med. versi. sed clare etiam respondetur libr.iiij.Areti.in consi.lxij. ex facto ante fi.Iaso.in.l. iiij.§. condemuatum colum.ij. in fi.versi.ij.contra Barto.facit ff.de re iudi. & que infra dicam in tertia parte huius tracta.in. vij. limitatione.numer.xv.& in.iiij.parte in.xij.q.& quod proxime dictum est nume.xxviij.

SED istud ꝙ probetur solennitatem sententie nõ interuenisse ex inspectione actorum,nõ uidetur procedere in his que sunt voluntarie iurisditionis quia potuit adhiberi solennitas in alijs actis, ita Corn. in cõsil.penul.colum.fi.libr.i facit Imo.in cõsi. xcviij. colum.iij.ante med.ubi ꝙ magis presumitur pro decreto iudicis quod est uolũtarie iurisditionis ꝗ pro sententia quia in decreto potuit iudex se informare extraiudicialiter anteꝗ illud interponeret:

SED istud dictum Corn.non videtur tutũ quia pluralitas actorum non presumitur glos. in.l.omnium C.de testam.Saly.in.l.ij.C.de errore aduoc. ob id non potest presumi de alijs actis de quibus non ap

31 paret & sufficit † parti producenti acta negare ꝙ sint alia acta & si aduersarius pretendat esse plura, tenetur probare glo.in.l.cum de lege.ff. de proba. Bald.in consi.lx.generalitas lib.iiij. roma. in consil. ccxxij.dubitatur in fi.Paul.de cast.in consi.clxxvij.

uiſo ſuprascripto puncto primo ueniam colum.i. & in conſil.ccxij. ſupradicta omnia queſita colum.ij. in ſecundo dubio libr.i. Alexan.in conſil.xli in fin. libr.iij.in conſi lxxi.colum.ii.lib.iiij.& in cōſi xvi. colū.ii.lib.v.Iaſ.in.l.cum ex cauſa ff.de re iudi Curtius iunior in conſi.cl. colū.v. poſt med. ubi q̧ illa glo.in. d.l. cum de lege eſt communiter approbata quam etiam nouiſſime ſequitur Gozadi in conſil. xciiij.colum. vij.poſt med. & ſine dubio procedit illa gl.quando preſumptio eſt pro negante aliquid de pluri eſſe Iaſo.in.l.ſi conſtante colum.xix.num. cxx.ff.ſolu.matri.& in conſi.xxxiiij.col.iij.in fi. & ſeq.lib.i.ſed hic preſumptio eſt pro negante q̧ alia ſint acta preter producta quia pluralitas factorum non preſumitur ut ſupra dixi.

NON ob etiam ratio Imole q̧ potuit iudex extra-iudicialiter ſe informare ante decretum quia fateor ſed dictū Imo.procedit quando ſimpliciter producitur decretū nec apparet de aliquibus actis cognitionis cauſe circa ipſum decretum,nos uero loquimur quando producuntur acta ex quorum inſpectione apparet de defectu ſolennitatum , tunc enim non militat preſumptio q̧ potuerint procedere alia acta quia pluralitas actorum non preſumitur & uerisimile eſt q̧ ſi alia acta proceſſiſſent etiam illa in ſcriptis redacta eſſent.

DIctum tamen Corn ſaluari poſſet in vno caſu quando non appareret de notario rogato de ipſis actis & in actis productis multa enunciantur de qui-

bus non apparet vnde rogari potuit alius notarius ut verisimile sit alia plura esse acta & ita erat in casu Cor. sed aduerte si non apparebat in casu Cor. de persona notarij rogati, quomodo poterat probari negatiua ex inspectione aut productione actorum, cum illa productio fidem non faceret.

32 QVinto † limitatur premissa conclusio ut procedat quando producitur sententia in forma probanti, ita q fidem facit, tunc enim pro ea presumitur respectu rititudidis & retitudinis, secus si instrumeritum sententie non sit publicum nec fidem faciat quia aliqua requisita desint ad fidem instrumenti, nam tunc frustra tractatur de presumptione sententie ex quo de ea non apparet ita Socy. in consi. ij. colum. secunda in princ. libr. iij. allegat Bald. & clarius Imo. in l. i. ff. de his que in testam. delen. sed de hoc dubitare Socinum non oportebat quia paria sunt q nulla sententia lata sit vel q de ea non appareat. l. in lege. ff. de contra. emptio. l. duo sunt titij. ff. de testam. tute. cap. i. de presbi. nondum bapti. ministran. c. solennitates. i. de consecra. d. i. & qui non probat quod allegat aut producit, dicitur carere iure. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. quidā tabularum. ff. de furtis, que duo iura ad hoc citat Bald. in consil. lxvij. quia ex facto colum. secunda circa med. libr. iij. & de hac limitationi habetur infra in tertia parte numer. xiiij.

33 SExto † limitatur ut procedat in his que fiunt coram ipso iudice, secus in alijs que coram iudice nō

fiunt puta in mandato quod fit in absentia iudicis, ob id pro mandato non presumituu etiam in antiquis Bal.in.l.ij.C.si ex falsis instrumen.& in.l.i.C. de rebus alienis non alie.sequitur Alexan.in.d.l.sciē dum.ff.de verb.obliga.in.l.qui in aliena in prin.ff. de acq heredi.in consil.i.col.pen libr.iiij.& in consi. cxci.colum.ij.post med. versi. nec obstat longitudo temporis libr.vi. Veronensis in cōsil.xxvi. col. vi circa med.Socyn. in consil.ccliiij.colum.ij. post med.versi.preterea.non sumus in casu certo libr.ij. decisio Neapoli.decisione.cccxlv.colum.iij. & decisione.ccclxviij.colum.iiij.versic. item allegabatur Fely.in.c.sicut colum.xvij.versic.vi. aduerte de re iudi.Decius in consi.ccxv.colum.ij. versic. vlterius in tali instrumento, Bertachi.in.i.parte sui repertorij in verbo diu versic. antepenul. Curti. senior in consi.xlix.colum.v.in fi.& colum.xviij.circa med. versic.& dum subijciebatur.Curtius iunior in prima parte tracta. feud.q.i. colum.ij. Iaso. in consil. cxl.colum.ij.in fin.lib.iiij.

COntrariam opi.ꝙ immo presumatur mādatum ex antiquitate temporis tenuit Bald. sibi contrarius in consil.cccxxxvij.in primis colum.fin. libr.i. quem citat & sequitur Deci licet sub alio numerō & libro in consi.cxcix.circa fi.versi.preterea etiam in mandato & in consil.ccxcvij.colum.ij.in fi.versicu. nec obstat ꝙ ista & licet Decius in dictis consilijs hoc non bene firmet, firmat tamē idem Decius in cōsi. ccccLxxxvi.colum.fi.vbi pro hoc allegat text.in.l.

si.ff de vsuca.pro empto. Curtium seniorem in cōs. lxxvij super motiuis, latius hoc idem firmat Deci. in consil.cccccсxxxviij.colum ij. vbi ꝙ dictū Bal. supra allegatum in.vi.limitatione ꝙ mandatū non presumatur ex antiquitate temporis non est verū & ꝙ loquitur ex capite suo & sine lege secundum Curtium in.d.consil.lxxvi.& ꝙ presumatur mandatum ex temporis antiquitate, tenet Iaso.sibi contrarius in.d.l.sciendum colum.viij.versi limitat.d. Alexand.ff.de verbo.obliga.& in l.i. colum.v. in secunda limitatione.C.qui admitti. Addo vltra moder.Pau.de cast.in cōsil.lxxxiiij.visa dicta facti narratione & his que copiose circa si. libr.i. & profecto si presumuntur solennia substantialia quibus partes renunciare non possunt, nescio videre rationem diuersitatis cur non idem in mandato immo facilius in mandato cum possit quis approbare personam falsi procuratoris vt habetur in.l.licet.C. de procura.& pro hac opi.faciunt que infra dico in.iij.parte huius tract.versi.xi.ex antiquitate temporis vbi ꝙ presumitur potestas tutoris & executoris ob temporis antiquitatem.

SED tenendo hanc.vi. limitatione sine iuris preiudicio, eam sublimita multis modis, Primo vt nō procedat quando appareret productionem mandati esse factam, vel cessante productione litem cū aliquo tanꝙ procuratore fuisse contestatam, tunc .n. pro mandato presumitur Imo in.d.l.sciendum col. v.vers.per predicta decidi pōt.ff.de verb.obli.refert

& sequitur Gozadi. in consilio. xcvi. columna fin. versicu. quarto adduco.

34 SEcundo † sublimita nisi in sententia aut in alio instrumento fiat mentio de ipso mandato, quia tūc videtur probari propter antiquitatē temporis, ita Deci. in consil xxxvi. colum. v. versi. non obstat ꝙ mandatum sequitur Gozadi. in consi. xi. colū. iiij. purpura. in aucten. si quis in aliquo documento in fi. C. de eden. Addo vltra moder. Bal. in consil. cxij. queritur qui intelligantur colum. ij. post med. versi. queritur vlterius libr. i. vbi ꝙ presumitur mandatum quando est executum ex verbis narratiuis aut enunciatiuis in antiquis dū equiparat compromissum mandato quia sicut per mandatum datur potestas procuratori sic per compromissum arbitro aut arbitratori. & vtrunq; mandatum dici potest. & ꝙ ex verbis enunciatiuis presumatur mandatū in antiquis voluit Veronensis in consilio. xxvi. in secundo dubio. facit Socy. in consil. clviij. colū. quinta versic. sed tamen premissis lib. secundo vbi ꝙ solennitas citationis facilius presumitur quando enunciatur in actu iudicis ꝙ̄ quando non enunciatur, quod etiam voluerunt doct. tenentes ita demum presumi solennia sententie si in specie enuncientur de quo abunde superius diximus.

SED contra hanc secundam sublimitationem videtur facere quod Alexand. scribit in consil. l. colum. secunda post med. versicul. non obstat predictis libr. quinto vbi ꝙ verba enunciatiua alterius instru-

menti illud non probant niſi inter ipſos contrahentes. Rurſus in contrarium faciunt que ſupra diximus in .i. parte circa verba enunciatiua q̄ nõ probant in antiquis contra tertium niſi ſemiplene.

SVſtinendo hanc ſecundam ſublimitationem dici poteſt quod aliud ſit in verbis enunciatiuis ſententie quam alterius actus vnius priuati aut priuatorum hominum quia magis preſuponitur pro iudice. vel & ſecundo dici poteſt quod Alexan. & allegata in contrarium loquuntur & procedunt quando ageretur de probatione ſubſtantie rei aut actus puta vnius inſtrumenti. nos vero loquitur in probatione qualitatis ideſt ſolennitatis mandati licet talis ſolennitas ſit ſubſtantialis apparente de ipſa ſubſtantia rei ideſt de ſententia ob id ſi ageretur de probanda vna ſententia per talia verba, enunciatiua, illa non probaretur plene ſecus quando agitur de probatione ſolennitatis licet ſubſtan-
35 tialis cum + facilius probetur qualitas quá m ſubſtantia, Ideo licet damnum probari non poſſit niſi per inſtrumentum, quia ita conuentum ſit aut ſtatuto caueatur, quantitas tamen damni teſtibus probari poterit Barto. Alexandr. & docto. in.l.certi conditio.§.quoniam.ff.ſi cer. pet.ſimiliter licet reſcriptũ probari teſtibus nõ poſſit ſed ſcriptura tantũ, Bal.in.l humanũ.C.de legibus & in.l. nec exẽplo.C.de falſis moder.in rubr.de cõſti. qualitas tamen reſcripti teſtibus probari poteſt .c. auditis vbi Abb.in ſecuudo nota.de reſti in integrũ Deci.

in.c.pastoralis colum.iij. de rescrip.similiter facilius inducitur qualitas q̃ substantia rei, Ideo licet alteri stipulari quis non possit vt ei acquiratur actio tamen potest stipulari respectu qualitatis vt acquiratur qualitas ad ipsam actionem que omnino alteri competebat.l.iij.in prin.ff.quod vi aut clam vbi Bar.l.si quis solutioni.§.fi.ff.de vsuris.l. si cum exceptione.§. in hac in fi.ff. quod metus cau.ad idem glos.in.l.talis scriptura in glos.fi. circa fi.ff. de lega. i.vbi moder.Iaso.in.l.si seruum stichum.§.nunc videamus colum.ij.circa med.versi.tu aduerte ꝙ glo. ff.de verbo.oblig.sed tamen durum videtur ꝙ presumatur talis qualitas mandati ita substantialis contra tertium.Preterea contra tertium nõ videtur plene preiudicare ipsa sententia sed semiplene tantum etiam in antiquis vt supra diximus in fine prime limitationis,ergo nõ magis preiudicabit tertio solennitas mandati enunciata in sententia q̃ ipsa sententia , & ista videtur veritas & sic intelligi debet ista secunda sublimitatio quando ageretur inter ipsas partes inter quas pronunciatum est aut habentes causam , ab eis .

36 TErtio sublimitatur † non procedere in actu ad quem verisimiliter quis nõ accederet sine mandato puta si quis soluit pensionem nomine alieno quia presumitur soluere de mandato eius pro quo soluit cum verisimile non sit ꝙ uelit iactare suum ita rota decis.xxiij.nota ꝙ vbi dicit se aliquis in antiq. refert & sequitur Socy.in consil. xlvi. colũ.ij. post

med.lib.iij.Deci.in.d.consil.xxxvi.colum.v.versi.
ij.respondetur in consil.xlij.colum. pen. post med.
versi.iij.respõdetur & in.l.i.colum.iiij. post med.C.
qui admi.Gozadi.in.d. consil.xi. colum. iiij. addo
Curti.seniorem in.d.cõsil.lxxvij.super motiuis col.
iiij.post med.versic.facit quod no. domini de rota.
Aduerte tamen quia ista tertia sublimitatio non
aptẽ uidetur conuenire ad terminos nostros quia
dicta in hac tertia sublimitatione videntur procede
re etiam in factis recẽtibus cessante antiquitate tpis.

37 QV arto † sublimitatur ꝙ licet non presumatur mandatum ex antiquitate temporis, presumitur tamen ratificatio ipsius mandati Bertachi.in prima parte sui reperto. in uerbo.diu versi.iij.Socy.in .d. consil.xlvi.colum.ij.in fi.Deci. in.d. consil. ccxcix. colum.ij.Gozadinus in.d.consil.xi.colum.iiij.

SED Iaso.in.d.consil.cxl.colum.iij.libr. iiij. istud intelligit quando ageretur de modico preiudicio secus si de magno quia tunc non presumitur ratificatio ex antiquitate temporis nisi cõcurrat alia presumptio sed certa presupposita scientia eius de cuius ratificatione agitur, videtur absurdum dicere ex temporis antiquitate ratificationem non iudici, sed quia Ias.allegat Bar.in dispu.mulier habens amplũ patrimoniũ de cuius dicto latius uidebimus in .iij. parte huius tracta.ad ibi dicta me remitto.

38 QV into † sublimitatur ut non procedat in mandato de custodiendo quod presumitur ex antiquitate tẽporis seu ex diuturnitate custodie precedentis

Alexan. post Bar. in. l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adulter. sequitur decisio Neapoli. decisione. cccxlv. colũ. iij. Bertachi. in secunda parte sui repertorij in verbo mandatum qualiter versi vij.

SExto sublimitatur vt non procedat cõcurrente quasi possessione & diuturna patientia quia tunc mandatum presumitur ex lapsu triginta annorum Alexan. in d. consil. i. colum. pen. libr. iij. sequitur Brunus assensis in consi. xcv. col. i. post med.

SEptimo sublimitatur non procedere in mandato vicarij episcopi quod presumitur si non negetur & in eo sufficit probare communem nominationem & reputationem Felyn. in. d. c. sicut colum. xv. de re iudi. post rotam per eum allega.

39 OCtauo + sublimitatur non procedere concurrentibus aliquibus indicijs aut coniecturis quale tunc presumitur solennitas extrinseca mandati Curti. senior in. d. consil. lxxvij. super motiuis col. pen. versi tertia conclusio.

NONO non procedit quando ageretur de commodo & fauore allegantis mandatũ quia tunc videtur presumi ex antiquitate temporis Aretin. in consil. xlij. viso consilio colum. ij. post med. versic. preterea vt tetigit.

*

TERTIA PARS TRACTATVS DE ANTIQVITATE temporis domini Aymonis Crauette a Sauiliano.

a VENIO † nunc ad tertiam partẽ tractatus nostri qñ quid dicatur de antiquo in materia presumẽde solennitatis extrinsece in actis extraiudicialibus in qua materia ga latus apparet cãpus certaminis in quo varie inter milites belli nostri certatũ reperit̃ vt veritatis victoriam pertingere liceat, puto ex doct.mente aliquos casus considerari posse.

PRimus casus est quando cum antiquitate temporis cõcurrit alia presumptio puta possessio vel quasi longi temporis, sciente & patiente aduersario, & tunc tempus decem annorum dicetur de antiquo & illũd sufficiet vt presumatur solennitas extrinseca, puta alienata est res ecclesie vel minoris, non apparet de solennitatibus requisitis, tamen emptor rem possedit decem annis, parte sciente & patiente, certe post lapsum decem annorum presumi videtur solennitas extrinseca requisita in tali alienatione, Ita habetur in.c.peruenit de emptio & vendi.Pau.de cast.in consi.ccij.in causa confinium colum.secunda & in consilio.ccclxxv.ne sub equiuoco colum, ij.circa med.versi. dicet aliquis libr.i.

Alexan.in consi.xlv.in fi.libr.iij. Socyn. in consil. ccviij.colum.iij.versi. respoudetur & secundo libr. ij.Corn.in consil.cccxlviij colum v.libr.iij.in cons. cxlv.colum.fi.& in consil. cclxxxiiij. colum.i. libr. iiij.Addo Bald.in consil. ccccxi. quidam prelatus colum.ij.ante med libr.v.vbi q̄ assidui actus & cõtinuatio possessionis non solum faciunt presumi solennitatem,sed etiam titulum in alienatione rei ecclesiastice.& multomagis premissa procedant ubi concurreret possessio longissimi temporis tūc enim sine dubio omnia presumuntur solenniter acta Corn.in consil.cix.in fi lib.iij. ubi loquitur in alienatione bonorum minoris.

2 SEcundus casus †est quando concurrit sola antiquitas temporis sine possessione uel quasi & sine alia presumptione & agitur de modico preiudicio. & isto etiam casu sufficit tempus decem annorum ut presumatur solennitas extrinseca l.si filius .C. de peti.heredi. quem text.ita intelligit Bart. in.d.questione mulier habens amplum patrimonium in fi. Alexan.in.d.l.qui in aliena in prin.colum.iij.ff. de acq.heredi.in consil.xij.colum.fi.& in consil. cxiij. colum.pen.libr.iiij.Deci.in.c.i.colum.vi.post med. versi.non obstat ratio Abb.de fide instrumento.& in consi.ccccxlij.colū.v.in prin.versi.tertio illa presumptio Ias.in.d.l.i.colum. v.in.iiij.limitatione .C. qui admitti in consil.clxxvi.colū.iij circa med.lib. ij.& in consil.cxlviij.colum.pen.in fi.lib.iiij.

SED dicet aliquis Immo in .d.l. si filius concurrebat

possessio

possessio longi temporis quia filius ibi tenuit bona hereditaria in quibus fuerat institutus parte sciente & patiente ex qua possessione arguitur consensus patris in adeundo, solutio illa non erat possessio bonorum patris sed alterius defuncti & isto respectu dicitur tractari de modico preiudicio cum bona patris non essent sed vbi ageretur de possessione bonorum eius cuius consensus esset necessarius, tunc multofortius argueretur eius consensus licet agatur de magno preiudicio quia non est verisimile ꝙ passus esset possideri bona per alium in quibus ius pretendit, Non intelligo tamen ꝙ ex solo lapsu temporis, concurrente ista possessione decem annorum, presumatur titulus, sed presupposito titulo habito ab eo de cuius preiudicio agitur, dico presumi solennitatem ipsius tituli & ob in .d.l. si filius dicitur agi de modico preiudicio quia nõ agitur vt presumatur titulus nam is vere precesserat scilicet titulus testamenti in quo filius institutus erat, sed agebatur tantum de solennitate requisita in executione illius tituli & de consensu patris in aditione cuius interesse nullum aut modicum versatur ꝙ filius adeat cum ex hoc pater non obligetur. ¶ Immo nõ videtur forte necessaria diuturnitas temporis ad presumendum, solennitatem extrinsecam quando agitur de modico preiudicio Curti. senior in consi. lxxvij. col. iiij. in fi. vbi generaliter dicit presumi solennitatem extrinsecam quotiens agitur de modico preiudicio allegat Abb. in. c. i. de iudi. in. c. i fra-

ternitatis & in.c. Albericus de testi. in .c. nisi essent per illum text. de preben. & in.c. fraternitati de cler. non residen. post Innoc. in. c. i. de cler. peregri.

SED iterum instabit aliquis ad maiorem declarationem tu ergo eis ꝙ vbi emens ab ecclesia vel minore, rem tenuit longo tempore decem annorum ꝙ presumatur solennitas extrinseca, consequenter ꝙ emptor sit securus, sed istud non videtur procedere cum non prescribatur contra ecclesiam minori spatio .xl annorum vt habetur in. l. fi. C. de sacrosan. ecclef. & similiter contra minorem vel non currit prescriptio vel si currit, minor restituitur vt habetur in. l. etiam. ff. de minor. per Barto. Solutio hic non tractatur de prescribendo, vbi habitus est titulus ab ecclesia uel minore quo casu solum queritur an titulus sit validus vel non, nam si validus sit statim securus est emptor citra prescriptionis opem. in qua re dicitur quod lapso tempore decem annorum & concurrente possessione emptoris, solennitas extrinseca presumitur ex qua presumptione titulus fiat validus iuris presumptione, ob id lapso decennio non poterit ecclesia aut minor allegare nullitatem contractus ex defectu solennitatis, extrinsece nisi poterit negatiuam quod solennitas, vere non interuenerit, Poterit tñ nullitatẽ proponere si eam probet vel agere remedio rescisorio aut restitutorio, silesio intercesserit.

3 TER tius casus est † quando cõcurrit sola antiquitas temporis sine alio adminiculo possessionis aut

alio & agitur de magno preiudicio & isto casu nō sufficit tempus decem annorum sed tempus longissimum requiritur annorum triginta Alexand. in .d.l. qui in aliena in princi. colum. tertia .ff. de acq.heredi.& in consil.clxxix. columna tertia versicu.nec obstat longitudo temporis libr. septimo licet Iaso.in.d.consil.cxl. columna tertia post med. libr.quarto requirat tempus cuius inicij memoria non extat in contrarium.de quo curandum nō est tanq̄ sibi contrario vt statim dicam.

SED hic quero circa hunc tertium casum, an istud tempus triginta annorum sufficiat etiam contra tertium & vbi agitur de preiudicio tertij. Respondeo quod sic Alexand.in.d.consil.clxxix. colum. tertia libr.septimo Socy.in consil.cclxx.colum. iij. versic. confirmatur quia ex quo longissimo tempore & in consil.ccliiij. colum. secunda versic. sed contra premissa videbatur obstare libr.ij. per text. in.d.c.peruenit de emptio. & vendi. Idem tenet Corn.in consil.clxxxi.colum vi. versic. sed solum dubitatur libr.secūdo Curti.senior in cōsil. lxxvij. super motiuis colum.secunda post med. Deci.in.d. consi.ccccxlij.colum.v.in princi. versicu. tertio illa presumptio & in consil cccccxxxviij.col.ij.ver.& contra Baldum est regula Iaso. sibi contrarius in consi. liiij. colum.v. libr.i.

SED considero circa hanc questionem q̄ aut contractus de cuius solennitate agitur, est potens ut preiudicet tertio, si validus & solennis sit &

Z ij

tunc qua ratione presumetur solennitas contra ipsum contrahentem, eadem videtur presumenda cõtra tertium cui preiudicat. Aut contractus eiusmodi de cuius validitate & solennitate non dubitatur, tertio non preiudicat, & tunc frustra queritur an contra tertium presumatur solennitas.

4 SEcundo quero † circa primum casum in quo dictum est presumi solẽnitatem extrinsecam ex lapsu decem annorum etiam vbi agitur de graui preiudicio concurrente possessione decennali cum scientia & patientia partis, An istud procedat etiam in preiudicium tertij, Alexan. in d. l. qui in aliena in prin. colum. iij. versi. sed contra predicta. ff. de acq. here- di. tenet ꝙ sic dummodo ille tertius sciuerit & passus fuerit rem possideri per tantum temporis & respondet Alexan. ad tex. in d. c. peruenit de emptio. & vendi. vbi requiritur tempus. xxx. annorum, ꝙ ibi non apparebat de scientia & patientia illius mulieris. & idem tenet Alexan. in consi. xvij. colum. ij. post med. versic. confirmantur predicta libr. iiij. & clarius in consil. ccxix. colum. v. post med. versicu. non obstat etiam dum in nouissimis libr. vi. idem tenet Iaso. in d. l. i. colum. v. in iij. limitatione. C. qui admitti, quicquid aliter & nimiũ perfunctorie senserit rippa in. l. i. colum. xix. in fi. numer. cv. ff. solut. matri. si bene ponderetur. & ista opinio videtur rationabilis cum per tempus decem annorum bona immobilia prescribantur data scientia & patientia domini licet agatur de magno preiudicio.

SED hic aduertendum quia aut contractus principalis nocet tertio si validus sit & solennis & eadem ratione presumenda videtur contra tertium solennitas aut tertio non preiudicat & frustra queritur de eius solennitate. Potest autem preiudicare tertio respectu tituli vt sufficiat minor prescriptio propter titulum puta decem annorũ inter presentes & viginti inter absentes & isto casu tractari potest de presumptione solennitatis extrinsece contra tertiũ.

5 TErtio quero † in casibus in quibus dictũ est presumi solennitatem extrinsecam in istis extraiũdicialibus, an istud procedat licet solennitas non enuncietur in actu, dic ꝙ sic Fely. in. d. c. sicut colum. xv. versi. septimo & vltimo, decius in consil. cccxli. col. vi. post med. versi. non obstat si dicatur & in consi. ccccclviij. colum. ij. circa fi. Iaso in. d. l. sciendum col. vij. versicu. quid tenendum in tanta varietate. ff. de verbo. obliga. si enim enuncietur solennitas in contractu & sit talis cui enunciantes renunciare possint, talis enunciatio statim probat inter ipsos contrahentes. l. optimam. C. de contra. & com. stipu. si vero renunciare non possint, illa non presumetur etiam inter partes nisi per temporis antiquitatem, que antiquitas in hoc vim probationis obtinebit.

7 Et ex premissis inferri potest ad dicta supra in. ij. parte numer. iiij. circa solennia sententie, an sit necesse illa enunciari in sententia in antiquis, si enim talis enunciatio non est necessaria in actibus extraiudicialibus priuatorum multominus in actis iudi-

cialibus in quibus pro iudice magis presumitur.

EX premissis habes quãdo quid dicatur de antiquo in materia presumende solennitatis extrinsece in actis extraiudicialibus & ꝗ sufficit tempus decem aut triginta annorum secũdum distinctionem factam in dictis tribus casibus. conclusio

6 SED † dum fuit conclusum requiri tempus triginta annorum quando agitur de graui preiudicio & cessat possessio seu quasi longi temporis, in contrarium uidetur facere quod scribit Ancha. in cõs. ccxxij. subtiliter colũ. prima in fi. ubi voluit quod presumat̃ solennitas curatoris per assertionẽ adultorum post lapsum viginti annorum & tamen in casu Anchara. agebatur de graui preiudicio. Solutio in casu Anchara. concurrebat aliud quia obligatio super qua curator liberationem concesserat, erat contracta cum eodemmet curatore, ob id factum illud curatoris, adulti impugnare non poterãt, Preterea concurrebat assertio aut cõfessio ipsorum adultorum, quia facilius presumitur solennitas enũciata ꝙ non enũciata vt sepius dictũ est.

SED iterum oponitur contra premissa ex eo quod scribit Alexan. in consil. ccxviij. colũ iij. post med. versi. preterea hosti. libr. vi. vbi voluit necessarium esse tempus centum annorum vt presumatur solennitas extrinseca sed puto quod Alexand. male loquatur contrariando his que idem Alexand. dixerat in locis supra alleg. & doct. per eum alleg. loquuntur quando agitur de presumendo titulo aut

ſubſtantia actus non de eius ſolennitate.

RVRſus etiam opponitur contra premiſſa ex his que ſcribit idem Alexan. in conſil. lxxix. colum. iij. in fi. verſicu. fortificatur per id libr. i & in conſi. ix. colum. fi lib. iij. vbi voluit quod in iſta materia preſumendi ſolennitatem extrinſecam in contractibus ob temporis antiquitatem, relinquatur arbitrio iudicis quando tempus dicatur de antiquo. Sed certe non puto quod iudex poſſit arbitrari de minori tempore decem aut triginta annorum ſecundum

7 caſus premiſſos. Ex quibus † vides quod licet plerique multitudinem ſcriptorum hodie deuoueant inſtar languentis ſtomachi, cui ciborum diſplicet apparatus, nunquam tamen declarandi neceſſitas tanta fuit, quantum interim videmus. Plerique enim vel iudicum vel aduocatorum vt primum vident deciſionem aliquam doctoris alicuius maxime celebris nominis, non ab ea ſanctum putant diſcedere. Sed ſcribentis autoritas nunquam tanta fuerit, quin rationes iuris procellant. ſecundum ſenecam relatum per fulgo. in l. pen. C. de conditio. inde. fieri enim poteſt quod vnus longe minoris ſcientie & autoritatis, in aliquo ſuperet plures & maioris autoritatis & ſcientie. l. i. circa med. C. de veteri iure enucle. Cor. in conſil. quinquageſimo quinto columna. ij. libro quarto & dicit Deci. in conſilio ſeptuagintaquatuor in vltimis verbis quod rationes, metiri debemus propter ſeipſas & non ex proferentis autoritate. Relinque arbitrio

iudicis quando tempus dicatur de antiquo, conti-nuo iudex preceps ,rudis & culpate cõscientie pro amico aut priuato suo cõmodo arbitrium dicat.

8 SED opponitur † adhuc contra premissa & videtur ꝙ nunꝗ̃ ex sola antiquitate temporis presumatur solennitas extrinseca etiam ex tempore.xxx.annorum,nisi concurrat aliqua presumptio alia vltra temporis lapsum puta possessio vel quasi,ita Abb. in.c.Albericus colum.pen.de testibus per text.in.l. quecunꝗ̃.§.si.ff.de publicia.& per no.in.d.c.peruenit de emptio.& vendi sequitur Alexan.in.d.consi. xij.colum.ij post med.versic.nec obstat etiam si dicatur in.d.consil.xvij.colum.iij.versicu. nec obstat quod notat hosti.libr.iiij.& latius in consil.ccxviij. libr .vi. Iaso.in.d. consi. cxl. colum.iij. post med. libr.iiij.Idem voluit Socy.in consil.xxix.colum.v. in fi.vers.secundum argumentum similiter non obstat libr.i.vbi ꝙ nunꝗ̃ presumitur solennitas extrinseca que tempore actus interuenire non potuit vel cui partes renunciare non poterant & loquitur Socy.in alienatione rei ecclesiastice & in solennitate tractatus & sic Socy.si bene ponderetur voluit fortius non presumi solennitatem etiam concurrente possessione longi temporis.similiter Corn.in consi. clxxxi. colum.vi.libr.ij.ꝙ non est omnino tuta illa opinio ꝙ propter diuturnitatem temporis omnia presumantur solenniter acta.

SED ista opinio posset procedere in tempore decem annorũ quod non est sufficiens vt presumatur

ſolennitas extrinſeca non concurrente alio admini-
culo puta poſſeſſionis vel quaſi , quando agitur de
graui preiudicio, ſecus in tempore lõgiſſimo. xxx.
annorum quod ſolum ſufficit ad inducendum pre
ſumptionem ſolennitatis extrinſece. & hanc opi. ꝙ
ex ſola antiquitate temporis omnia preſumantur
ſolenniter acta tenet ſignorinus de homodeis in
ſubſcriptione ad conſilium Zilioli de cauitellis in-
ter conſilia Anchara. in conſil. vltimo Alexand. in
conſil. ccxix. colum. v verſi. non obſtat etiam dum
obijciebatur libr. vi. Socy. in conſil. xv. colum. pen.
verſic. confirmatur etiam predicta concluſio libr. i.
conſil. cliij. colum. ij. & in conſil. cclxvi. colum. xij.
verſic. ex quibus infero libr. ij. Corn. in conſi. cxliiij.
colũ. i. in fi. libr. iiij. vbi dicit hanc eſſe communem
opi. & idem Corn. in conſi. cclxxxiiij. col. i. eodem
lib. iiij. Eandem opi. dicit communem Deci. in . d. l. i.
colum. iiij. C. qui adm. in conſil. xxxvi. colum. vi.
verſicu. ij. reſpondetur in conſil. xlij. colum. pen. in
conſil. cxxxv. in princ. in conſil. cccxxix. colum. fi.
in cõſil. cccxli. col. vi. poſt med. & in conſil. ccccix.
colum. i. & in. d. conſil. xxxvi. colum. vi. dicit Deci.
preſumi ſolennitatem extrinſecam ex ſola antiqui-
tate tẽporis etiam nulla poſſeſſione ſubſecuta. Ean-
dem opi. tenet Iaſo. ſibi contrarius in . d. l. ſciendum
colum. vij. viij. ff. de verbo. obliga. & in . d. l. qui in
aliena in princ. colum. v. in fi. ff. de acq. heredi. rippa
libr. ij. reſponſ. c. xxij. colum. iij in fi. Quam tamen
opi. ego teneo ſecundum diſtinctionem ſupra ſa-

ctam per tres casus. ¶ Et in hac materia non omitto dictum Geminia. in consil lxxxvij. colũ. ij. post med. vbi quod magis presumitur pro solennitate actũ extraiudicialiũ q̃ iudicialiũ, sed ego dicerẽ totũ cõtrariũ ꝙ magis presumatur ꝓ testis in iudicio.

9 ME morata conclusio † quod presumitur solennitas extrinseca propter antiquitatem temporis secũdum distinctionem de qua supra, limitatur aliquibus modis & primo vt nõ procedat quando pars cum qua dicitur actus celebratus, negaret illam solennitatem interuenisse puta si Canonici negant interuenisse consensum capituli in alienatione rei ecclesiastice, ita Alexan. in. d. consil. ix. colum. ij. in fi. versic. non obstat si diceretur & in fi. illius consilij libr. iij. sequitur decisio Neapoli. decisione. ccxlv. col. iij. & decisione. cccxlv. col. ij. ver. & si diceretur.

Limitatio

SED valde dubito de hac limitatione, nam si pars non opponit defectum solennitatis, illa presumitur etiam in actu recenti cessante antiquitate temporis compostella. in. c. cum dilectus de consuetu. quod dictum pro multum notabili citat mathesila. nota. xij. nota quod illa regula, sequitur Socy. in. d. cõsi. cclxx. colum. iij. versi. & hoc maxime quia longissimo tempore libr. ij. Fely. in. d. c. sicut colum. xij. in secunda fallentia de re iudi. Iaso. in. d. l. sciendum col. vij. in. iij. limitatione. ff. de verbo. oblig. quo autem tempore debeat fieri oppositio tradit Geminia. in consi. lxxxvij. colum. i. post med. vbi ꝙ debet opponi ante perfectionem actus secus post actũ per-

fectum, sed istud posset procedere in solennitate intrinseca. Itaq; quum dicunt doct. solennitatē extrinsecam presumi ob temporis antiquitatem, necessario presupponunt ꝙ defectus talis solennitatis fuerit allegatus & oppositus. ¶ Secundo considero cō tra hanc limitationem & contra hoc dictum Alex. nam talis solennitas & extrinseca presumitur etiā contra tertium post lapsum .xxx. annorum vt supra dictum est & sic tertius defectum talis solennitatis opponere non potest nisi probet negatiuam, quantominus igitur talē defectum opponere is poterit quo cum gesta res sit, cum facilius contraueniat difficilius contraueniat quis facto proprio q̄ȝ alieno. l. si post mortem. §. fin. ff. de adop. Ideo mirari non possum non mirari de hoc dicto Alexan. sed magis admiror qumodo senatus Neapolitanus dictum illud secutus fuerit.

20 SEcundo † limitatur memorata conclusio vt solum procedat interueniente scientia & patētia eius cuius consensus est necessarius ad actū, quia in istis terminis loquitur. d. l. si filius. C. de peti. heredi. Ideo si in alienatione aut contractu sit necessaria licentia pape, illa non presumetur quia nō est verisimile ꝙ habuerit papa notitiā. talis alienationis aut cōtractus ita Alex. in. d. cōsi. ix. col fi. lib. iij. & in. d. cōsi. xvij. col. ij. post med. ver. nec pōt dici ꝙ dicte omnes so lēnitates lib iiij. sequit̄ decisio Neapoli. decisiōe. cvij. co. fi vbi ꝑꝑea infert ꝙ allegās p̄sumptionē solēnitatis cōsensus vel licētie supioris, debet ꝓbare scīētiam

ipsius superioris quod superior sciuerit talem actum factum esse. De quo tamen vide que infra dico hac eadem parte numer. xxix.

SED aduerte quia istud non procederet quando res esset de antiquo per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, quia tunc non requiritur scientia superioris non solum quando ageretur de presumenda solennitate extrinseca, sed etiam vbi ageretur de probatione tituli & substantie actus quia tempus tam antiquum habet vim concessionis & tituli. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotti. & esti. c. super quibusdam. § preterea de verbo. signi. nec in tanto tempore requiritur scientia superioris etiam quod agatur de eius preiudicio vt per Alexan. in consil. vi. libr. i. & habetur in. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. & infra dicemus in. iiij. parte huius tractatus. vbi tamen teneo contra Alex. & sequaces pro Bartol.

21 TErtio limitatur † vt non procedat in solennitate, que est contra ius commune, puta in dispensatione que non presumitur ex antiquitate temporis, vtpote tenuit quis longo tempore duo beneficia in compatibilia vel est minor aut alias incapax ad beneficium, sed allegat secum dispensatum perdidisse, bellame. in consil. x. colum. xx. versi. & si dicas quod concessio vbi indistincte dicit quod non presumitur dispensatio ex antiquitate temporis ponderando quod in precedentibus loquitur de eo qui erat in possessione seu quasi faciendi actus qui ci-

tra dispensationem, fieri non poterant.

SED Abb.in.c.licet Fely.colum.fi. de simonia dicit considerandam esse antiquitatem temporis qualitatem beneficiati & superiorũ predecessorum qũi ipsum beneficiatum tolerauerunt, nam si verisimilis sit dispensatio ex istis qualitatibus, illa presumetur saltem cum iuramento ipsius beneficiati allegantis amissionem ipsius dispensationis sicut in simili dicitur de iuramento suppletiuo quod deferẽ quando presumptio & verisimilitudo est pro iurãte iuxta no.in.c.fi.de iureiuran. Immo & sine iuramento vult. Abb.presumi dispensationem in antiquis, que tamen presumptio non procedit secundum Abb. quando ius commune esset contra beneficiatum ita ꝙ superior expresse consentire aut dispensare non posset quia tunc nec etiam tacite presumi potest consensisse propter antiquitatem temporis, Que dicta Abbas. refert & sequitur glos. pragma.in titu. de pacificis possessor.§.ordinarij super glo.in versi. inquirant colum.pen.in fi.car.cxliij. & istud videatur, equius & verius.

22 QVarto + limitatur vt solum procedat in solennitate extrinseca que presumitur ex antiquitate tẽporis, secus ubi ageretur de substantia actus quia illa non presumitur ob temporis antiquitatem, puta si in instrumento fiat mentio de aliquo alio contractu aut instrumento, illud non presumitur ex tẽporis antiquitate Alexand.in consil.l.colũ.ij.lib.v. similiter ex antiqua patientia nõ presumitur titulus

aut tituli substantia.l.nullo.C.de rei vendi.l.diutur na.C.de longi tẽpo prescrip. Alex.in consi.clxxix. colum.ij.lib.vi.Similiter per antiquitatem temporis aditio hereditatis non presumitur,sed presupposita substantia ipsius aditionis presumitur pro eius solennitate ꝙ solenniter facta sit Deci.in cõsi.cccexlij. colum.iiij.in fi.& generaliter verum est quod facilius inducitur qualitas rei ꝗ̃ eius substantia glos. fi.in.l.talis scriptura.§.fi.ff.de lega.primo quam gl. pro multum notabili refert & sequitur Iaso. in.l. stipulatio ista.§.alteri colum.vi. in decima limitatione.ff. de verbo. obliga. & quod dictum est supra in secunda parte numer.xxxv.

SED in contrarium videtur facere quod scribit Bal. in.l. post mortem in fin.ff. de adoptio. vbi si filius habitat seorsum a patre gerendo se pro emancipato,presumitur emancipatio si illa allegatur cum cursu decennij vel viginti annorum, sequitur Barba. inter consilia Alexan in consil.vltimo colũ.iiij. lib. iiij.Similiter in contrarium faciũt no.in.l.cum de in rem vers.ff.de vsuris & in.l.si certis annis.C. de pactis, vbi quod presumitur titulus & sic substantia obligationis ex antiquitate temporis quando quis in annos singulos certum quid soluit,

SOlutio quando antiquitas temporis habet admixtũ factum hominis successiuũ puta solutionem aut prestationem annuã,inducitur titulus si allegetur,secus quando antiquitas temporis solũ habet admixtam hominis patientiam, nisi esset tempus antiquissimũ

cuius initij memoria nõ extat in contrarium qũod habet vim tituli vt supra dictum est, ¶ Et si dicatur in presumptione emancipationis non interuenit factum hominis seu patris solum eius patientia, respondetur dupliciter, Primo ꝙ ex tali presumptione emancipationis nullus inducitur titulus obligationis contra patrem, sed solum acquiritur libertas filio que de facili presumit̃ inter patrem & filium cũ etiam ascendens presumatur donare descendenti ut habetur in l. que doris. ff. solũ. matri. Secundo respõdeo ꝙ fauor liberationis & libertatis hoc inducit. ¶ Tertio potest responderi ꝙ istud procedit propter qualitatem persone patris istud patientis nam cum pater quotidie videat filium seorsum negociantem non est verisimile ꝙ istud pateretur cessante emancipatione, sicut dicimus in titulo benefitij ecclesiastici quod presumitur ex possessione. x. annorum quia cum episcopi visitent singulis annis suam diocesim, non est verisimile ꝙ tolerarent tanto tempore retineri ecclesiam absq; Canonico titulo Innoc. & hosti. in cap illud de presumptio. & in cap. licet hely. de simo. sequitur Geminia. in consilio. lxxxvij. colum. secunda.

23 QVinto † limitatur vt non procedat in eo qũi actum gerere non potest quia in eo non presumit̃ solennitas extrinseca ob tẽporis antiquitatẽ Deci. in d. cõs. ccccxlij. col. iiij. in fin. vbi loquit̃ in aditiõe pupilli q hereditatẽ adire nõ põt, sine autoritate tutoris l. pupillus. ff. de acq. heredi. §. neq; insti. d autori. tut.

SED ista limitatio nihil aliud est q̃ destructio omnimoda conclusionis cũ prelatus & minor non possint alienare bona immobilia sine debitis solennitatibus & idem in alijs personis que contrahere non possunt sine certa solennitate & tamen illa presumitur ob temporis antiquitatem.

14 SExto limitatur † non procedere quando instrumentum de antiquo fidem non faceret, nam cum principale non probetur aut de eo legitime nõ appareat, frustra tractatur de eius solenitate, Socy. in consil.ij.colum.ij.in princ.lib.iij.allegat Bald. & clarius Imo.in.l.i.ff.de his que in testa.delen. idem tradit Corn.in consil.xxij.colum.iij.circa med. versi. Insuper quamplura libr.iij.& dixi supra in .ij. perte in quinta limitatione nume.xxxij.

15 SEptimo limitatur † vt nõ procedat quando ex inspectione instrumenti de antiquo probaretur de contrario scilicet solennitatem adhibitam nõ esse, quod intelligo nõ quando in instrumento nihil diceretur de ipsas solennitates quia adhuc presumeretur, sed quando in ipso instrumẽto enunciatur ipsa solennitas que apparet minus legitima Paul. de ca. in consi.lxxxi. in causa que vertitur inter reuerendum patrem colum.iij in fi.libr.ij.sequitur Fely. in d.c.sicut colum.xv.versic.vij.& vltimo declara. de re iudi.Deci.in consil.xiij.colum.i.in consi. xxxvi. colum.iij.in fi. versi. secundo responderi potest & in.d.c.quoniam contra colum.xx.versic.successiue Abb.de proba.Ias.in.d.l.i.colũ.v. in.v. limitatione

C.qui

C.qui admitti & in consi.clxxvi.colum.fin. libr.ij.
Curtius iunior in consil.cxxx.colum.ij. ad fi. Gozadinus in consil.lxxiij.colũ.v. in fi. Addo Abb. in consil.lxi.colum. fi. versic. item antiquitas libr.i. vbi ꝙ contra presumptionem antiquitatis admittitur probatio in contrarium. Idem dicit Veronensis in consil. xxv. ad finem primi dubij. Ad idem facit bellamera in consil.x.colum.x.in princi.vbi ꝙ regula ꝙ titulus presumitur ex tempore cuius initij memoria non extat in contrarium, non procedit quando expresse producitur titulus nullus & inualidus quia sumus tunc in casu claro.de quo tamen latius dicam in iiij. parte & ratio huius limitationis est quia antiquitas temporis in hac materia solum inducit presumptionem, sed cessat presumptio vbi de veritate apparet in contrarium .l.continuus.§. cum ita.ff. de verbo. obliga. Succumbit enim veritati presumptio & per contrarias probationes tollitur.l.fi.in prin.ff.quod metus cau.l. nuptura in fi.ff.de iure dotium.l. si chirographum. & l.cum de indebito.§.i.ff.de probatio .l. filio quem pater.ff.de lib.& postu.l.i.§.si quis filium .ff. si tabu.testam.nulle.exta.c.is qui fidem de sponsal. cap.
16 quicunque.lxxx.di.¶ Amplius † ista presumptio solennitatis procedens ex antiquitate temporis nõ solum tollitur per contrariam probationem idest quando ex inspectione instrumenti probatur solennitatem minus legitime adhibitã esse, sed etiam per aliam presumptionem que esset in contrarium

Abb.in.d.c. Albericus de testibus refert & sequitur Corn.in consil.cxliiij.colum.i.versic.nec videtur opitulari lib.iiij.& est generaliter verum quod una presumptio alteram tollit l. diuus .ff. de testi. in integrum.l.non solum.ff. de ritu nuptiarum .l. quia autem.§.non simpliciter vbi Ange.ff. si quis omissa cau.testam.l.i.in fi.C. qui & aduersus quos l.mater vbi Ange.& Saly.C. de calumnia .l. eum qui probabilem vbi Bald.C.de epi.& cleri.l. si hi qui.C.de adulter.c.transmisse qui filij sint legiti .c. litteras de presumptio.&.c.accedens de falsis. Et comprobatur hec septima limitatio ex dictis supra in .ij. parte in. iiij. parte limitatione numero xxviij.& latius numer.xxx.

SED aduerte circa hanc septimam limitationẽ quia Decius in consi. cccxli. colum. vi post med. & in consil.cccccl viij. circa fi.reprobat Paulum de castr. in.d.consil.lxxxi.intelligendo ꝙ Pau. voluerit nõ presumi solennitatem contractus ex eo solũ ꝙ producitur instrumentum ipsius cõtractus in quo nulla fit mentio de ipsa solennitate quasi eo modo probetur negatiua solennitatem adhibitam non fuisse, sed certe Paulus non meruit reprehendi quia nõ ita loquitur prout Decius refert, sed dicit Pau. ꝙ solennitas citationis & sententie non presumitur quando producuntur acta ex quorum inspectione apparet de nullitate sententie quo casu bene loquitur Paul. quia tunc defectus citationis clare & vere probatur per inspectionem actorum

in quibus describuntur omnia solennia vt supra diximus in secunda parte & in quarta limitatione male enim dixisset Paul. si dixisset probari nullitatem sententie per id solum quod producitur sententia sine actis ex cuius sententie inspectione appareat solennia non fuisse adhibita, cum describantur solennia in actis non in ipsa sententia nisi enunciatiue quandoque. similiter male locutus esset Paul. si dixisset quod ex sola productione instrumenti contractus in quo non appareat de eius solennitate, probetur ipsius contractus nullitas & solennitatis omissio cum aliunde potuerit adhiberi & de ea apparere per aliam scripturam, sed procliuiores interim simus ad supercilium. Immo Decius seipsum reprehendere debuerat quia in consi. ccccxlv. colum. penulti. post med intellexit Paul. prout supra retuli eum intellexisse & tamen eum sequitur, & idem Deci. in consil. cccclxiiij. colum. tertia. ¶ Non procederet tamen hec septima limitatio data scientia & patientia longi temporis eius qui titulum inualidum concessisset vel superioris qui actũ cõfirmare poterat quia tũc censet̃ cõfirmatus titulus ꝑ ea q̃ infra dico hac parte. iij. nu. xxviij.

HIC accommodari possent multe ex limitationibus supra tradite in. ij. parte circa solennia sententie sed idem sepius non repetemus, Plane lector diligens animum ad omnia facile admouebit.

VIDImus in genere, quid dicatur de antiquo in materia presumende solennitatis extrinsece in

actibus extraiudicialibus, Rursus vidimus limitationes & fallentias in quibus talis presumptio

17 solennitatis cessat, sed quia † sermones circa generalia sunt faciliores, circa particularia vero veriores secundum philosophum quem Areti. refert in consi. xiij. colum i. versic. circa primum in consil. xxix. colum. vij. circa med versic. his breuiter premissis. & verba generalia non sunt apicicatoria nec concludunt viris subtilibus sed solum grossis ait Areti. in consil. cvi. in presenti dubitatione col. iij. in principio tertij dubij, descendamus ad aliqua particularia & ad casus speciales in quibus solennitas extrinseca presumitur ex temporis antiquitate in actibus extraiudicialibus.

notariatus 18 PR. incipio † presumitur qualitas notariatus in antiquis nã in factis recẽtibus quando is cõtra quẽ producitur instrumentum, opponit & negat illũ qui instrumentum recepit fuisse notarium, tenetur producens probare notariatum, quando adhuc nõ est notorium illum esse notarium, quia qualitas notariatus non inest a natura cum notarius nascatur nemo Specu. in titu. de instru. editio. §. restat videre colum. viij. versic. & scias ꝙ tabellionatus officiũ & colum. xiij. versic. illud autem notandum est ꝙ licet in aliquo instrumento, Oldra in cõsi. ccxxvij. de toto themate colum. ij. ad fi. versicu. iiij. obijcit, Anchara. in consil. ccxiij. pro isto patre colum. ij. circa med. Alexan. in consil clxvi. colum. ij. versic. & est de iure libr. ij. Socyn. in consil. & in consil.

cxcviij.colum.i.libr.vij.Socy.in consil. xxxiij.pro sequendo colum.i.versi. secunda conclusio libr.i. Iaso.in l.Barbarius colū.xi.ff.de offi.pretoris, nec creditur in hoc eius assertioni q sit notarius ut habetur in.d locis maxime per Socyn. in .d. consil. xxxiij. tamen quando sumus in antiquis non est necessaria probatio notariatus sed presumit propter antiquitatem temporis Innoc. in.c. veniens de verbo.signi.Bald.in.aucten.quas actiones circa fi. C de sacrosan.eccles.& in .l. comparationes .C. de fide instrumento. Anchara.in.d. consil.ccxiij. colū. ij.circa med.Socyn.in consil. clxxxvij.colum .iiij. versi.ad secundum respondeo libr.ij.vbi etiam allegat fulgo.in l.fin.C de edicto diui adr. tol. Idem tenet Alexan.in consil.ci.colum.iij.libr. vij. Corn. in consil.xxxv.colum.vi.in consil.clxxi. colum.ij. ad fi.libr.i.& in consil.ccxlvij colum.x.libr.ij. Deci.in.c.i.colum.vi.in fi.versi.quicquid tamen sit de fide instrumen.in consi.xxxvi.colum.ij.post med. & in consil.xlij colum.ij.Iaso.in d.l.Barbarius col. xi.versic.iij.notabiliter limita ff. de offi.preto. Guido pape. q. ccclvij. & in statuto si quis per litteras in verbo propria manu signatas versicu. sed an in litteris antiquis decisio Neapoli. decisione. ccxlv. colum. iij. & decisione ccli.ad fin. aufrerius in decisio.tolosa.q.cccxxx.in fin.

C Ontrarium q ex sola antiquitate temporis non presumatur notariatus nisi concurrat aliud adminiculum puta fama q haberetur pro publico no-

tario vel nisi producantur plura instrumenta eiusdem notarij reperta in archiuo publico vel nisi producatur matricula eius notariatus, tenet Corn. sibi contrarius in consil. cxlij. colum. tertia in fin. versi. non etiam apparet de notariatibus in consil. ccciiij. colum. viij. versiculo. quod & secundo videtur posse dici libr. tertio & latius in consil. xxiiij. colum. quinta libr. quarto allegat Innoc. in. d. cap. veniens de verbo. signi Bald. in. d. l. Barbarius. ff. de offi. preto. & in. l. data opera. C. qui accusa. non poss. debuit allegare in. l. non ignorat colum. iiij. C. eodem titu. versicu. unde ex quo comes. idem tenet additio ad Bald. in. d. l. comparationes colū. penult in verbo cautela, allegat Anto. de Butri. in d. c. i. de fide instrumento.

SED considera quod qua ratione in sententia facilius presumitur solennitas extrinseca propter autoritatem iudicis pro quo ius presumit ex antiquitate temporis quam in contractibus priuatorum in quibus longius tempus requiritur ad inducendum talem presumptionem, ut supra visum est. Eadem ratione videtur quod in scriptura publica facilius presumatur ista qualitas notariatus ex temporis antiquitate.

SEcundo considera dum Corn. voluit presumi qualitatem notariatus quando reperirentur plura instrumenta eiusdem tanꝗ notarij in Archiuio publico, quod in hoc nihil speciale esset in publico instrumento quia etiam in scriptura priuata nulla

habens solennia reperta in archiuio publico fidem plenam facit ut supra abunde vidimus in .i. parte. similiter dum dicit Corn. probari notariatum in antiquis quando producerentur plura instrumenta eiusdem tanq̃ notarij, illud videtur sine dubio quia plura instrumenta habent vim probationis fame vt per Bald. & doct. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. & supra dictũ est in prima parte. Aduer-
19 te † tamen quod vbi agitur de probando quasi possessionem notariatus per instrumenta, non sufficerent duo instrumenta ab omnibus recepta sine contradictione Innoc. & Anto. de Butri. in .c. i. de fide instrumento. sequitur Areti. in cõsi. cxxxij. in causa que vertitur inter homines colum. ij. post med. versic. sed tamen his non obstantibus Iaso. in. d. l. Barbarius colum. ix versic. aduerte q Innoc.

QVID tenendum, doct. tenentes q notariatus presumitur ex antiquitate temporis, allegant Innoc. in d. c. veniens de verb. sig. vbi Innoc. loquit̃ concurrente communi opinione aut fama & ita eum refert & intelligit Bal. in. d. l. Barbarius colũ. viij. vers. qualiter autem probetur & in. d l. non ignorat, famam etiam requirit Anto. de Butr. in. d. c. i. de fide instru. quem sequitur Additio ad Bald. in. d. l. comparationes col. pen. in verbbo cautela Idem voluit Pau. de cast. si bene põderetur in consil. ccij in causa confinium col. ij. circa med. versi. breuiter si bene inspiciant̃ lib. i Anto. ẽt de Bu in. d. c. i sequit̃ Deci. in. d. cõ. xxxvi. co. ij. post med. & in. d. cõ. xlij. co. ij.

Rursus si sola antiquitas sufficiat ad presumendum notarium circa aliud adminiculum, de facili poterit quis confingere unum instrumentum quod uideatur de antiquo sub nomine alicuius priuati ta n q̃ notarij & falsum fabricare videns necessariam non esse probationem notariatus, & si dicatur etiã q sit necessaria probatio per famam, eque poterit committi falsitas sub nomine unius uere notarij cuius qulitas per famam probari possit, Respondeo q si necessaria sit probatio per famam q is vere esset notarius, facilius denudari poterit falsitas per cõparationẽ literarũ & instrumẽtorũ illius notarij vix enim fieri potest ut probetur quem fuisse notarium per famam quin aliqua inueniantur eius instrumenta. Quod autem sola antiquitas temporis sufficiat ad presumptionẽ notariatus citra aliud adminiculum, voluit Bald. in. d. aucten. quas actiones circa fi. & in. d. l. comparationes quem doc. magis communiter videntur sequi. sed considera q Bald. loquitur in factis antiquissimis in superlatiuo gradu in. d. aucten. quas actiones & ita ponderat Alexand. in. d. consil. ci. colum. iij. libr. vij. similiter in. d. l. comparationes loquitur Bald. in factis non antiquis simpliciter sed multum antiquis & sic videtur Bald. hoc dictum intelligere quando res esset ita de antiquo q impossibilis videatur probatio per famam aut communem opi tunc ne pereat fides instrumenti tam antiqui voluit presumĩ notariatũ ob temporis antiquitatem. Sequit̃ Iaso.

in.d l. Barbarius colum.xi.in.iij.limitatione sed adhuc isto casu videtur dubitabile hoc dictum Bald. propter periculum falsitatis & quia vix fieri potest aliquem fuisse notarium, vtcunq; de antiquo res sit, quin saltem aliqua eius alia inueniantur instrumenta saltem in loco vbi ageret, ob id imputandum videtur producenti quando videt negari notariatum, cur non curet producere alia instrumenta eiusdem persone quam productionem instrumentorum videtur Iaso. requirere in. d l. Barbarius colum.xi.in iij.limitatione post Bald. vel posset procedere dictum Bald. quando nulla suspitio verisimilis considerari posset contra producentem considerata qualitate & legalitate eius persone & considerata qualitate scripture vix enim cõfici poterit scriptura recens vt videatur multum de antiquo, quin signa aliqua suspitionis appareant.

20 EX premissis † apparet ꝙ in presumenda qualitate notariatus non sufficeret tempus. xxx. annorum quod regulariter sufficit vt presumatur solennitas extrinseca in actibus extraiudicialibus vt supra visum est, sed tempus requiritur antiquissimũ aut multum antiquum & sic ad minus annorum cẽtum quod non obscure voluit decisio Neapoli. in dicta decisione.ccxlv.in decisione. ccli. idẽ presupponit Guido pape in .d. decis. cclvij. dum in principio loquitur de annis centum. Idem presupponũt doct. tenentes hanc opi. ꝙ ex sola antiquitate temporis presumatur qualitas notariatus. & ratio di-

uersitatis inter solennitatem extrinsecam & hanc qualitatem notariatus videtur quia in notariatu agitur de materia probationis vt probetur ipsa res super qua conficitur instrumentum & tendit notariatus ad fidem instrumenti, sed quando sumus in materia probationis res de antiquo dicitur que excedit metam centum annorum sed solennitas extrinseca nõ respicit probationem actus sed eius validitatem, Immo quando tractatur de solennitate actus, presupponitur quod de ipso actu legitime appareat quia alias frustra queritur an sit solenniter factus vel non, si de eo non constat vt supra vidimus in hac tertia parte in sexta limitatione. & sic cũ agatur de probatione actus magis dicitur tractari d substãtia nõ de qualitate, solẽnitate.

21 SEcundo † presumitur solennitas extrinseca ex antiquitate temporis in exemplatione instrumenti quia si exemplatio sit de antiquo presumitur solenniter facta & sic parte citata hosti. Ioan. an. Anto. de Butri. & doct. in .d.c. Albericus de testibus Bald. in consil. xl. super primo puncto colũ. ij. libr. iiij. Areti. in consil. xxxvi. colũ. fi. versi. ad secundũ dico breuiter Socy. in consi. cxciiij. col. fi. versi. pre terea &. ij libr. ij. Corn. in consi. ccxlvij. col. x. post med versi. ita ego dicamus lib. ij. & in consi. cxliiij. colũ. ij. lib. iiij. Deci. in consil. xxxvi. colũ. ij. versic. non obstat ꝙ in ista exemplatione in cõsi. ccccxlv. col. iij. circa med. versi. his premissis & in aucten. si quis in aliquo documento col. v. in. vij. fallentia. C.

de eden.& ibi Iaſ.colū.iij.ad fi.& colū.iiij.in fi. in nona fallentia & idem Iaſ.in.l.publicati col.ij.post med. verſi.nota tamen diligenter.C.de teſtam. Guido pape.q.cxviij.&.q.ccccriij.

SED contra hoc dictum adduco Corn.in conſi.xxij. col.iij.verſi.nec obſtat gloſ.in.d.c.nonnulli libr.iij. vbi ꝙ regiſtratio inſtrumenti facta in litteris papę nō preſumitur facta parte vocata propter antiquitatem temporis ita ꝙ faciat plenam fidem quando agitur de graui preiudicio.ſolutio in caſu Cor. concurrebant duo contra fidem inſtrumenti regiſtrati, Primū ꝙ contra tenorem illius inſtrumenti ſic regiſtrati diutius fuerat obſeruatum, ſecūdū ꝙ tale inſtrm ſic regiſtratū cōtinebat non veriſimilia.

22 SED hic quero † tantum tempus requiratur ut iſta exemplatio dicatur facta de antiquo & an ſufficiat tempus requiſitum in preſumptione ſolennitatis extrinſece de quo ſupra dictū eſt per diſtinctionem triū caſuū. Areti.in d.conſi.xxxvi.col. fi. refert tres opi.vnam hoſti.in.d.c.in preſentia de renunciā.ꝙ poſt bienniū & hanc ſequitur Guido pape in.d.q.cxviij.ſecundā opi.refert ꝙ poſt.xx. annos.tertiā ꝙ relinquitur in arbitrio iudicis.

SED aduerte ꝗ doct.alleg.ꝑ Areti. loquunt̃ in ſolennitate ſentētie ꝓ qua magis & facilius preſumitur ꝙ pro actu notarij exemplantis vnū inſtrumentū.

SEcundo aduerte ꝙ iſta ſolennitas exemplationis tēdit ad iuuandum fidem inſtrumenti ſeu ut inſtrumento fides detur, non ad validitatē actus contenti

in ipso instrumento presupposita eius fide & sic iu=
mus in materia probatoria, quo casu requiritur tē
pus antiquissimum prout supra dictum est circa
presumptionem notariatus & ꝙ requiratur tem-
pus valde antiquum ita ꝙ probatio solennitatis
esset difficilis vel pene impossibilis, voluerūt hosti.
Ioan.andr.& Bu.in.d.c. Albericus de testibus pro=
ut refert Areti.in d.consil.xxxvi colum.fin.sequi-
tur Corn.in consil.clxxxi.colum.vi. versic. Socy.
postea lib.ij.Socy.in consil.xlvi.colum.ix.libr.iiij.
Iaso.in.d.aucten.si quis in aliquo documento col.
iij.versi.iij.principaliter & colum. iiij. in nona fal-
lentia.C. de eden. addo Paul. de castr.in .d. consil.
ccij.in causa confinium colum.ij. post med. versic.
secundus casus fallentie libr.i.

23 SED hic quero † an requiratur istud tempus valde antiquum in presumenda solennitate exem=
plationis instrummenti licet secundum tenorem ta-
lis exempli res fuerit obseruata seu obseruantia se-
cuta. Pau.de ca. in.d.consil.ccij.colum.ij.circa med.
voluit ꝙ sic quando ageretur de graui preiudicio.
sed puto contrarium data scientia & patientia par-
tis de cuius interesse agitur quia patiendo rem suā
possideri per longum tempus in vim instrumenti
sic exemplati, censetur approbasse fidem ipsius in-
strumenti, modo sciuerit de ipso instrumento sic
exemplato & de possessione secuta per ea que su-
pra dixi in.i.parte num.cxcix.& nume. cclxxxiiij.
de instrumento minus solenni ꝙ eius fides videtur

ſuppleri ex obſeruantia ſubſecuta ad formam talis inſtrumenti & faciunt que ſcripſi ſupra in hac tertia parte in primo caſu.

24 Rurſus quero † circa hoc dictum & ad eiuſq; declarationem, an ſit neceſſe in exemplatione ipſius inſtrumenti exprimi & enunciari ipſas ſolennitates neceſſarias in tali exemplatione Areti. in. d. conſil. xxxvi. colum. fi. tenet ꝙ non. cuius opi. confirmari poteſt ex late ſupra traditis in. ij. parte huius tractã. in. ij. q. nu. iiij. & ſupra hac eadẽ. iij. parte nu. v.

C Ontrarium ꝙ immo requiratur expreſſio & enunciatio talium ſolennitatum, tenet Pau. de caſtr. in. d. conſil. ccij. colum. ij. poſt med. libr. i. Guido etiam pape in. d. q. cxviij. ponderat aſſertionem notarij dicentis ſe groſaſſe de commiſſione iudicis. Rurſus clare hoc voluit Deci. in. d. aucten. ſi quis in aliquo documento col. v. in ſeptima fallentia. C. de edendo. & ibi reſpondet Decius ad ea que in contrariũ adducuntur, ꝙ procedunt in ſententia pro qua magis preſumitur ꝙ̃ pro actu vnius notarij.

E G O puto ꝙ talis enunciatio non ſit neceſſaria concurrente poſſeſſione longi vel logiſſimi temporis ſciente & patiente parte. & etiam concurrente ſcientia partis de tali exemplo quia non eſt veriſimile ꝙ tanto tempore tacuiſſet, Ceſſante autẽ tali poſſeſſione & ſcientia ac patientia, adhuc puto idem ſcilicet enunciationem non eſſe neceſſariam quando lapſum eſſet tempus antiquiſſimum centũ annorum. nec iſto caſu tantum preſumitur pro no-

tario quantum pro iudice cum in actu iudicis sufficiat vel quod sententia transierit in rem iudi. vel ad summum tempus xx. annorum vel saltem relinquatur arbitrio iudicis vt vidimus in secũda parte. Nec isto casu videtur obstare ratio decij. in d. aucten. si quis in aliquo documento ꝙ notarij sunt faciles ad leuanda & exemplanda instrumenta nec aliter curant de solennitatibus quia considerandum est ꝙ pars que exemplationem curat, presumitur scire iura. l. leges. C. de legibus, ob id verisimile est ꝙ voluerit actum validum facere. l. iij ff. de testam. mili. sed valida esse non poterat exemplatio sine partis vocatione vt habetur in. d. auctẽ. si quis in aliquo documento. ergo &c. In patria tamen delphinatus cessat ista difficultas quoad solennitatem citationis quia valent instrumenta exemplata per cõmissarium generalem deputatum ad leuanda aut grossanda instrumenta notarij defuncti sine partis vocatione de consuetudine generali totius delphinatus vt Guido pape attestatur. q. ij.

25 SED quero † adhuc circa istud dictum quod exemplatio instrumenti presumitur solenniter facta propter antiquitatem temporis, an procedat licet sint plures defectus puta omissio citationis, cõmissionis iudicis quod vtrunq; instrumentum fuerit aũscultatum aut debite collationatũ vt aiunt, quod exemplator fuerit tabellio quod committens fuerit iudex, Corn. in consil. ccciiij. colum. vij. in fin. versicu. quod & secundo videtur posse dici

lib.iij.& in consil.xxiiij.colum.v.versic. uidi etiam libr.iiij.dicit φ non & quod ista antiquitas non est omnipotens vt suppleat omnes defectus.

26 SED aduerte + φ vbi disputatur de solennitate exemplationis, presupponitur φ aliunde omnia sint habilia sicut quando disputatur an legatarius possit esse testis in testamẽto, presupponitur quod excepto eo quod est legatarius, aliunde sit habilis ad testimonium, si enim aliunde esset inhabilis quia infans, mulier aut furiosus, frustra tractaretur an prohibeatur esse testis eo quod sit legatarius .l. qui testamento in prin.ff.de.testam.l.furiosum in fi. C. qui testam.facere poss. Ad idem text. in .c.i. ibi si aliud nõ obstat de eta.& quali.c.quia diligentia de electio. de qua regula sepius fessum Decius facit in l.fi.colum.i.circa med. versic. secundo respondetur etiam. C.de insti.& substi.in.c.cum omnes colum.i. in secunda lectura & in.c.que in ecclesiarũ in prin. de consti.in.c.i.colum.ix.de iudi.& in.c.tertio loco colũ.iiij.de proba.& in.c.cum cessante in septimo no. de appella. in proposito quando queritur an exemplatio presumatur legitime facta ex temporis antiquitate; presupponitur φ aliunde omnia sint habilia idest φ instrumentum habeat sua solennia φ non reuocetur in dubium qualitas notariatus ita φ solum sit dubium de solennitate requisita ad actum exemplationis, In qua reputo quod in casibus in quibus exemplatio presumitur facta ob temporis antiquitatẽ, intelligatur quoad omnia

vt omnia presumantur solenniter acta quia docto: generaliter & indistincte loquuntur & profecto nescio videre rationem cur magis presumi debeat vna solennitas q̃ alia & aliter dicere esset attribuere legi actum imperfectum idest ꝙ partem tantum solennium requisitorũ presumere voluerit, quod non est dicendum cum imperfectum & nihil equiparentur .l. cum sillanianum in fin. C. de his quibus, vt indignis.

PRE terea considero contra Corn. Aut producitur actus ipsarum solennitatum idest in quo solennia exemplationis dicuntur adhibita, & tunc si appareat omnia solennia non fuisse adhibita, Dico ꝙ nõ presumetur pro ipsis solennibus quia tunc sumus in casu claro quo constat solennia adhibita nõ esse per inspectionem actus pertinentis ad ipsa solennia vt supra dictum est in hac tertia parte in .vij. limitatione numer. xv. Aut nullus producitur actus pretalium solennitatum, & tunc si questio est de presumendis solennibus aut omnia presumi debent aut nihil. quia si pars tantũ presumeret̃, perinde est ac si nihil presumptũ sit. d. l. cum sillanianum. in fi.

27 TErtio † presumitur solennitas extrinseca ob antiquitatem temporis in alienatione rei ecclesiastice puta tractatus & consensus capituli. c. ea nascitur de his que fiunt a prela. sine consen. capi. c. peruenit cum glo. de emp. & vendi. Alexan. in consi lxxix. colum. iij. lib. i. in consil. xlv. colum. fi. libr. iij. & in consil. xcij. colum ij libr. vi. Socy. in consil. xv. col.

pen.

pen. versic. confirmatur etiam predicta conclusio libr.i.in consil.ccviij.colum.iij. versic. respondetur & secundo & in consil.cclxvi.colum.xij. versi. ex quibus inferro libr.ij.Deci.in.d.l.i.colum. iiij. post med.C.qui adm.in consil.xxxvi.colum.vi. versic. vltimo non obstat in consil.cccxxix.colum.fin. in consil.cccxli.colum. vi. post med.in consil. ccccix. col.i.& in consil.cccccl viij.col.ij..circa.fin.Ias. in .d. l.sciendum colum. viij.

ET non solum presumitur solennitas extrinseca in alienatione rei ecclesiastice propter antiquitatem temporis sed etiam presumitur versum precium in vtilitatem ecclesie propter antiquitatem temporis Deci.in.d.consil.xxxvi.colum.v. versic. tertio aduertendum.Addo Anchara. in consil.vltimo.col. vi.versic.preterea cum a tempore ponderando q; ibi disputatur an presumatur conuersum precium in vtilitatem ecclesie ut apparet ex precedentibus licet illud non sit consilium Anchara. sed alterius doct. & que dicta sunt in alienatione rei ecclesiastice,intellege etiam procedere in alienatione bonorum minoris,eadem ratione.

28 QVarto † quando episcopus exemptionem comedere non potest sine confirmatione pape, illa presumitur ex temporis diuturnitate Deci. in cōs. clij. colum.fin.rippa libr.ij. de rescrip.c.vij. colum. quinta circa fin. cart. ix.

QVInto ex antiqui temporis patientia inducitur confirmatio tituli inualidi puta si filius minus so-

lenniter emancipatus sit, confirmatur emancipatio ex patientia patris diuturna.l.si post mortem.ff.de adoptio.similiter titulus exemptionis ab oneribus minus solennis confirmatur ex patientia longi aut longissimi tẽporis quando eximens passus est exẽptum vti & gaudere exemptione per tantum tempus Paul.de castr.in consil.cccxiij postremo col.i. libr.i.secus in patientia alterius non eximentis & ignorantis ipsam exemptionem per dicta supra eadem hac parte numer.xv.rursus dicta hic intelligo de patientia eius qui titulũ inualidum poterat validare ne alias plus operetur tacitum q̃ expressum l.qui ad certum.ff.locati.

29 SED † hic quero quando presumitur confirmatio pape aut superioris ex antiquitate temporis, an sit necessaria scientia ipsius superioris quod sciuerit actum de cuius confirmatione agitur, Alexand. in consil.ix.colum.fi.libr.iij.tenet q̃ sic, & idẽ Alex. in consil.xvij.colum.ij. post med. versic nec potest dici q̃ dicte omnes solennitates libr.iiij.sequitur decisio Neapoli.decis.cvij.colum.fi.& dixi supra hac eadem parte in secunda limitatione.nu.x.

EGO puto q̃ si actus inferioris sit p̃iudicialis pape, q̃ requiratur eius scientia & patientia, si vero agatur de preiudicio ipsius inferioris tantum, licet actũ facere non posset sine confirmatione superioris, tunc superioris scientia non videatur necessaria nisi dicas q̃ satis dicatur interesse superioris ex eo solum q̃ eius licentia aut confirmatio sit necessaria.

ista tamen scientia non videtur necessaria, quando lapsum esset tempus cuius initij memoria nõ extat in contrarium per ea que no. Alexan. in consil. vi. libr. i. & que habentur in. l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. q in prescriptione tẽporis cuius initij memoria non extat in contrarium, non est necessaria sciẽtia supioris de quo tamẽ dic ut infra in. iij. parte.

30 SExto † in reseruatione census sacta patrono ecclesie aut capelle, presumit interuenisse cõsensus episcopi ob temporis diuturnitatẽ Deci. in cõs clxxiiij. colum. ij. in fi. versi & licet census.

SEptimo licentia pape presumitur interuenisse in testamento Cardinalis propter diuturnitatem temporis Aretin. in. d. consil. xxxvi. sequitur Deci. in d. consil. ccccix. colum. i. Iaso. in. d. l. sciendum colũ. vij. versi. contrarium in hoc vltimo.

31 OCtauo † presumitur promotio ad ordines sacros qñ quis diu seruiuit in benefitio tanq̃ promotus rota decisione. lxxxiiij. nota q vbi cõtra aliquẽ in antiq. similiter quando quis lõgo tẽpore stetit in possessione seu quasi clericatus in beneficio etiã curato presumitur clericus & habet intentionẽ eius fundatam Deci. in. c. i. col. vi. in fi. versi. finaliter tñ de fide instru. & in cõsi. cxviij. allegat hosti. Anto. de Bu. & Abb. in. c. illud de presumptio. Bal. in. l. siue possideris in quarta oppositione. C. de pbatio. Addo rotam decis. cclxiiij. nota q talis in antiq.

SED aduerte circa istud dictum q non videtur ita generaliter intelligendum, quia solum procedit in

possessore beneficij ut absoluatur a petitione actoris uel ut manuteneatur in possessione licet non doceat de clericatu per scripturam aut testes, secus in actore vt sibi adiudicetur beneficium quia tunc oportet constare de clericatu per scripturam aut testes alias beneficium sibi ut capaci adiudicari nõ poterit ita rota decisione.cccxij.nota ꝙ clericus & decis.cccxliij.nota ꝙ non presumitur in antiq.Bertachi.in uerbo clericus agit versicu.vij. Rebuffi. in tract.nomi.in.xxij.& xxiij.q.princ.pagi. cliiij. nu. xiij.ubi allegat Bal in.c.dudum.i col. fi. de electio.

SED an sola possessio aut quasi clericatus sufficiat ut quis gaudeat priuilegio clericali respectu fori, aufrer.in decisio.tolosa.q.cxvij. ꝙ sic ut remittatur, non ut puniatur, nisi laicus simpliciter talem remitteret non reseruato iure uendicandi.

32 NO no † propter antiquitatem temporis presumitur solennitas decreti ꝙ decretum in actu interuenerit in quo erat necessarium, calca. in consil.xi. colum.v.circa med.Deci.in.d.l.i.col.iiij. circa med. C.qui admitti, ubi tamen calca.non allegat.

IN tellige hoc procedere interueniente scientia superioris cuius decretum erat necessarium in actu ꝙ sciuerit actum sic gestum decisio Neapoli. in dicta decisione cvij.colum.fi.allegat Alex.in.d. cõsil. ix. colum.fi.libr.iij. Addo Alex.in terminis decreti in consil.ccxviij.colum.iij.versi.preterea in.d.l. qui in aliena libr. vi. & que dixi supra hac eadem parte numer.x.& numer.xxix.

33 DEcimo † quando quis longissimo tempore stetit in possessione bonorum feudalium, presumitur inuestitura domini ꝙ a domino fuerit inuestitus Gozadinus in consi.iiij.colũ.vi.in fi.

SED aduerte quia uidetur sufficere longum tempus decem annorum quando quis tanto tempore tenuit & possedit bona tanꝙ feudalia domino sciente & patiente per dicta supra in prin. huius tertie partis & in primo casu, sicut dicimus ꝙ vbi emit qs bona emphitheotica & illla possedit longo tempore tanꝙ emphiteota domino sciente & patiente, presumitur consensus domini ꝙ alienationi consenserit Alexan.in consil. cxiij.colũ.pen.lib.iiij. sequitur Deci.in consil.clxxxv.colũ.pen. post med. Iaso.in.d.l.sciendum colũ.vij in fi.versi.vi. facit .ff. de verbo.obliga.& ibidem Iaso.voluit sufficere lõgum tempus etiam in presumptione inuestiture, pro bonis feudalibus.

34 VNdecimo † ex antiquitate temporis presumitur solennitas tutele quando quis diu se gessit pro tutore nam presumitur ꝙ legitime fuerit constitutus Socy.in consi.cliij.colum.ij.lib.ij.similiter quando quis vendidit rem tanꝙ executor presumitur ꝙ fuerit talis ob temporis antiquitatem Calca. in consil.viij colũ.iiij.post med loquitur tamen calca. quando probatio executoris esset alias impossibilis & sic tempus requirit multum antiquum.& premissa videntur coadiuuare opi.ꝙ mãdatum presumatur ob temporis antiquitatem sicut hic pre-

ſumitur poteſtas tutoris & executoris.

35 DVodecimo † propter antiquitatem temporis creditur referenti licet non conſtet de relato puta preſumitur pro mandato enunciato in aliquo inſtrumento licet de ipſo mandato aliter non appareat vt dictũ eſt ſupra in ſecunda parte nu. xxxiiij. in verſicu. ſecundo ſublimita ſed iſtud pertinet ad materiam probationis non ſolennitatis niſi dicas ꝙ a fortiori preſumetur pro ſolennitate enunciata in aliquo actu licet de ea aliter non appareat.

36 DEcimo tertio † in antiquis preſumitur pro ſolennibus abbreuiature licet de eis non appareat, ob id abbreuiatura in antiquis fidem facit licet ſolennibus careat Alexandrinus in conſil. x. colum. fi. allegat roma. in conſil. ccciij. hec ſcriptura. ¶ Sed roma. ibi de hoc nihil dicit Preterea inſtrumentũ minus ſolenne mortuo notario ſolum videtur ſemiplene probare vt ſupra dictum eſt in prima parte. Eſt verum ꝙ ſi ſcriptura omnino priuata ſemiplene probat vt vidimus in prima parte, videtur ꝙ inſtrumentum quod conſtat receptum eſſe per notarium habens teſtes licet careat aliquibus alijs ſolennitatibus, videtur plene probare, ſed hoc pertinet potius ad materiam prime partis. in qua dictum eſt numero. ccxcix.

37 DEcimo quarto † preſumitur ſcriptura ex antiquitate temporis, puta emphitheoſis debet probari per ſcripturam, tamen ſi quis longo tempore ſoluit penſionem tanꝗ emphitheota, preſumitur

emphitheosis licet de alia scriptura non appareat Bald. in consil. cxvi. columbinus colum. ij. libr. i. & in consil. xxiiij. subtiliter colum. ij. versi. & notandum est libr. quarto.

SImiliter licet vnio & Ordo subdiaconatus requirant scripturam, tamen si quis longo tempore fuit in possessione virtute vnionis, vel longo tempore seruiuit tanq̃ subdiaconus, presumitur scriptura Alexan. in consil. xxix. colum. pen. in fi. versi. Item non obstat alia responsio lib. vi.

SED aduerte hic ꝙ in casibus in quibus requiritur scriptura, illa non presumitur ex sola antiquitate temporis, nisi etiam interueniat factum hominis, puta solutio census aut pensionis, ꝙ quis seruierit tanq̃ subdiaconus vel duas ecclesias possederit tanq̃ vnitas rippa in. l. prima colum. xix. num. ciiij. ff. solu. matri.

38 DEcimo quinto † vniuersitas presumitur ꝙ fuerit legitime congregata ob temporis antiquitatem Deci. in consi. cxcix. ante fi.

DEcimo sexto bonorum possessio secundum tabulas presumitur petita infra annum iuxta .l. fin. C. qui adm. propter antiquitatem temporis glos. & doct. in. l. prima in versi. ratam. C. qui admitti Pau. de castr. in consi. ccclxxv. ne sub equiuoco colum. secunda circa med. versicu. dicet aliquis libro primo Corne. in consilio. xciiij. columna fin. libro secundo.

QVARTA PARS TRACTATVS DE ANTIquitate temporis Domini Aymonis Crauettę a Sauiliano.

TRANSEO nunc ad quartam partem huiusce operis & tractatus, quando quid dicatur de antiquo in materia prescriptionis aut consuetudinis, & ne procedamus sub equiuoco, partus videndum est que dicatur differentia inter consuetudinem & prescriptionem, In hac difficultate varie doct. loquuntur ex quorum dictis plurime videntur differentie inter consuetudinem & prescriptionem.

a PRima † datur differentia ꝙ consuetudo consideratur circa ea in quibus non cadit possessio seu quasi continua quia consuetudo non requirit continuationem, sed actus successiuos consuetudinem inducentes.l.de quibus.§.inueterata.ff.de legibus, prescriptio autem est continuatio possessionis.l.iij.ff.de vsuca.ita Bald.in consi.ccclxx. verba rescripti colũ.i.libr.iij.& in.l.imperium colum.iiij. in fi. versi.circa octauum.ff.de iurisdi.om.iudi.in prima lectura eandem differentiam sentit bellamera in consil.x.colũ.xv.versi.tertia differentia.

SED ista differentia non videtur bona quia etiam in habentibus causam aut possessionem disconti-

nuam, datur prescriptio licet maius tempus requiratur vt per glo. & doct. in l. seruitutes la grand. ff. de seruitu. Preterea etiam in his in quibus cadit possessio continua vel causa perpetua consideratur cõsuetudo text. est iuncta glos. in ver. quandiu in .l.i. §. fi. ff. de aqua plu. accen.

SEcunda datur differentia quia prescriptio est vsurpatio rei aliene seu iuris alieni in esse producti, sed consuetudo est quedã forma introducta ex consensu populi sine vsurpatione iuris alieni; Bal. in cõsil. cccci. ca us talis asseritur libr. v.

SED ista differentia non videtur generalis quia etiã per consuetudinem agitur de derogando iuri alterius ut. in. l. venditor. §. si constat. ff. com. pred. vbi habetur de consuetudine fodiendi lapides in agro alieno. Idem in consuetudine, quod quis cogatur alteri vendere rem suam de qua in cap. constitutus de religio. domi.

TErtia differentia qa consuetudo obuiat futuris, prescriptio autem preteritis seu preterita tollit Cor. in consil. xxij. colũ. vij. post med numer. xxx. libr. iij. eandem differentiam sentit bellamera in consil. x. colũ. xv. versi. tertia differentia dum dicit prescriptionem esse ius dispositũ, consuetudinem vero ius disponens quod habet vim legis sed aduerte quia etiam ista differentia non est generalis nec semper procedit quia potest qs prescribere ius de futuro et nõdum in esse deductum puta q teneatur quis soluere certum quid annuũ vt habetur. in .l. cũ de in

ccxciij.colũ.iij.in fi.lib.i.& in consil. cclxviij. colũ. iiij.in fi. versic.nec requiritur scientia lib.iiij. que tamen distinctio fit in prescriptione .l. super longi & l.fi.C.de prescriptio.longi. tempo.insti.de vsuca.in princ.similiter circa tempus consuetudinis non fit distinctio an habeat consuetudo causam perpetuã vel continuam aut discontinuam sed semper sufficit tempus . x. annorum in consuetudine licet habeat causam discontinuam Barto. in repe. d.l. de quibus colum.v.in fi.& ibi Iaso.colũ.x. in fi. Cor. in.d.consil.clv.colũ.pen.in fi. & in consil. cclxviij. colũ.v.versi. & hinc est ꝙ procedit cõsuetudo lib. iiij.quicquid aliter & male voluerit Alex. in cõsil. cxxxvi.colum.pen. versi. preterea dictus Iacobus libr.ij.Que tamen distinctio fit in prescriptione qa si habet causam discontinuam requiritur tempus antiquum cuius initij memoria non extat in contrariũ vt habet in.d.l.seruitutes la grãd.ff. de seruit.

3 ISta conclusio † ꝙ in consuetudine sufficit decennium licet sit contra ius ciuile aut etiam contra ius canonicum quando inducitur sine preiudicio ecclesie quoad bona temporalia etiam per populum subiectum romane ecclesie sequendo Corn. in . d. consi.clv.colũ.pen.libr.iiij. limitatur non procedere quando induceretur consuetudo super eo super quo populus expresse statuere non posset quia tũc vt valeat consuetudo requiritur ꝙ sit prescripta per tempus.xl.annorum ita Areti. in consil.xxiij. colũ.iiij.versi.sed quando vniuersitas dicens ꝙ ita

distinguit notabiliter Bald. si recte inspiciatur in rubr.C.que sit longa consu.sed vltra Areti. confirmatur hoc ex his que infra dicam in quinta differentia vbi plures voluerunt non esse consuetudinem sed prescriptionem quando inducit super eo super quo expresse statui non potest & sic aperte volunt tenentes hanc opi.requiri tempus sufficiens ad prescribendū.de quo vide infra proxime nu.v.

4 SEcundo + non procedit ista conclusio quando ageretur de prescribendo reseruata principi quia tunc non solum non sufficeret tempus decem annorum, Immo nec quadraginta, sed tempus antiquum requiritur, cuius initij memoria non extat in contrarium .v. super quibusdam .§. preterea de verbo.signi.Anto.Imo.& doct.in.c.fi. de consuetu.Ias.in.d.l.de quibus col.xij.versi.primā tn̄ cōclusionem.ff.de legibus.de quo latius dicemus inferius.

5 SED hic quero + Areti.in.d consil.xxiij. colū.iiij. voluit q vbi inducitur consuetudo super eo super quo populus expresse statuere non potest, q illa debet esse prescripta spacio.xl.annorū, an istud indistincte procedat q vbi requiritur consuetudo prescripta, requirantur quadraginta anni, Areti.vt vides dicit q sic, sed contrarium videtur verius q immo sufficiat tempus.xxx. annorum glo.fi. in.l. domini prediorum.C.de agri.et censi.lib.xi.Bald. in.c.i.in prin. qual.olim feu. poterat alie. Specu.in titu.de prescrip.§.i.versic de consuetudine Paul.de cast.in d.l.de quibus, refert & sequitur Iaso. in .d.l.

de quibus colum.xij post med.versi.secundo limita Curtius iunior in consil.lx.col.iij.in fi.& in cõsi. lxi.colum.iij post prin.istud tamen intellige secũdum premissa quia si sit contra ius canonicum, requiruntur.xl.anni, & si agatur de reseruatis principi, requiritur tempus antiquum cuius initij memoria non extat in contrarium. & sic vario modo intelligi potest consuetudo prescripta secundum subiectam materiam.

6 QVinta † differentia quia consuetudo considератur in his tantum super quibus populus inducens consuetudinem posset expresse disponere & statuere, alias autem dicitur prescriptio, ita Bar. in cons. cxxxvi.capitaneus in fi.& quos scribit Alexan. in consi.clxxiij.colum.fi. versi. vltra predicta libr.vi. ubi ꝙ consuetudo est altera lex iurisditionis & ꝙ non potest introduci per populum non habentem iurisditionem & sic qui legem aut statutum condere non posset allegat Bald.post glos.in l.ij. in prima & tertia oppo.C. que sit longa consuetu. idem tradit Iaso.in l.fi.colum.pen.in fi.C.de testa.Addo freder.de senis in consil.xci. ꝙ pater colum.ij. ante fi.vbi ꝙ qui legem condere non potest, non potest etiam consuetudinem inducere.

SED istud dictum reprobat Areti.in.d. consil.xxiij. colum.quarta licet de Bartol. mentionem non faciat, nam dicit Aretin. statutum non potest fieri pro commodo vnius particularis persone nec ad preiudicium vnius particularis sed debet esse gene-

rale instar legis ad communem omnium utilitatem, & tamen ualet consuetudo in preiudicium vnius persone singularis. d. l. venditor. §. i. ff. com. predio. vbi iurisconsultus qui vocabulis nõ abutitur, dicit Areti appellat illam consuetudinem. Addo ultra Areti. text. in. d. l. i. §. fi. ff. de aqua plu. ar. vbi iurisconsultus appellat consuetudinem in materia seruitutis inter particulares personas.

SED aduerte q̃ ista disputatio videtur verbalis potiusq̃ realis & quicquid sit de nomine quoad effectum realem Barto. bene loquitur, quia pro tanto voluit Barto. dici prescriptionem non consuetudinem quia in ea requiritur tempus sufficiens ad prescriptionem quando inducitur consuetudo super eo super quo populus expresse disponere aut statuere non posset & hoc idem uoluit Areti. in. d. consil. xxiij. colum. iiij. ut supra vidimus in quarta differentia versi. ista conclusio. & tradit idem Aret. in consil. cxxxij. in causa que vertitur inter homines colum. iii. versi. ij respondeo. vbi quando vniuersitas vult aliquid ex consuetudine inducere cõtra priuatũ, cõtra quẽ nõ posset hoc facere statuendo, ista consuetudo assumit naturã prescriptionẽ et potius dicitur prescriptio q̃ consuetudo.

7 SExta differentia † q̃a in consuetudine nõ requirit̃ titulus nec bonafides que sunt necessaria in prescriptione Ang. in. d. l. de q̃bus col pe. ver. probat̃ hoc per rõnem & ibi Ias. col. xiij. ver. itẽ dum supradixi Addo. Calde. in cõ. ultimo ĩ tit. de cõsuetu. bellame.

in cõsil. vij. colũ. pen. in consil. xxxi. in fi. & in cõsi. xli. colũ. pen. in fi. vbi ꝙ pro titulo consuetudinis sufficit legis autoritas eam approbantis dum est rationabilis & prescripta. tradit etiam Alexandr. in cõsil. cxxiiij colum. i. in fi. versi. alia ratione principali libr. iiij. vbi ꝙ titulus non requiritur in consuetudine sequitur Deci. in consil. cxxxiiij. colũ. fin.

omnium bonorum suorum, censeatur ei tantum reliquisse alimenta Bald.in.d.aucten. hoc locum in fi. quod dictum pro singulari refert & sequitur Ias. in.l.fin.colum.ij. versic.sexto facit C. de indicta vidui.tollen. & in consil.cxij.colum.penul.ante med. libr.i.rochus de curte in repe.d.c.fin. cart. xxxiiij. colum.secunda in prin in parua impressione Curti.senior in vsufr. xi. colum.ij. Confirmari potest hec limitatio ex eo quod scribit Curtius senior in d. consil.xi.statuto parmensi, vbi statutum quod maritus non possit relinquere vxori vltra centum, habet etiam locum in vxore quod non possit relinquere marito vltra centum, sequitur Iaso. in.d. consil. cxij.libr.primo Crotus in .l. omnes populi colum.xxxvij.versicu. nona conclusio .ff. de iusti.& iure.rippa in rubric ff. de acquirend. possess. columna tertia. Quod tamen dictum videtur dubitabile & in contrarium adduco Socyn. in consil. lxxiiij columna secunda post med. libr. tertio vbi respondet ad fundamentum correlationis. quod procedit respectu eiusdem actus non diuersi puta si statutum prohibet maritum relinquere vxori ultra centũ, censetur etiam vxor accipere vltra illa centum, sed dicere quod etiam vxor censeatur prohibita relinquere vltra centum marito, ista videntur omnino diuersa. Eandem responsionem & declarationem tacito Socy. voluit Curtius iunior in consi.vi.colum.vi.post med.& seq.

¶ Rursus cõtra hanc limitationẽ adduco dictũ Bal.in

c.i.colū.i.post med.quali.domi.proprie.feu. priue. ubi si emptor renunciat.l.ij.C.de rescin.uendi. non tamen censetur venditor illi renūciare per.l.si unus §.in summa.ff.đ pactis & l.iubemus.C.ad velleia. & sic vult Bald. ꝙ in materia stricti iuris prout est contractus, dispositio facta in vno ex correlatiuis non trahitur ad alterum quando possunt separari, quod dictum ꝓ singulari refert & sequitur Deci.in consi.ccxiij.col.ij.ver.& ad hoc facit & in .c. translato colū.pen.in fi.de consti.in secunda lectu.

TErtio in specie huius dicti Bal.in.d.aucten. hoc locum in fi.ꝙ non procedat, adduco Curtium iuniorem in consil.vi.col.ix.versic. non obstat aliud vbi ꝙ istud dictum Bald.potest reprobari.

PLane hec decima limitatio videtur satis rationabilis & equa quando consuetudo non esset contra ius & esset laudabilis & rationabilis & eadem videretur ratio in vtroq; ex correlatiuis prout in dicto Bald.in.d.aucten.hoc locum quia illa cousuetudo non est contra ius sed interpretatiua iuris, rursus est laudabilis.& rationabilis introducta fauore liberorum & eadem uidetur ratio in vtroq; ex correlatiuis.Confirmo hoc dictum Bald.ex eo quod scribit Ang.in consi.cix.quidam patronus uannis ubi ꝙ consuetudo de qua in.d.aucten.hoc locum, habet locum etiam in matre testatoris quia si filius relinquit matrem suam dominam masariam & usufructuariam bonorum suorum existentibus liberis testatoris, mater solum habebit elemēta. Idem voluerunt

fuerunt Bald. & Imol. in. l. titia. §. fin. ff. de legat. ij. Iaso. in consil. xliiij. colum. iiij. in fi libr. i. vbi Iaso idē voluit etiam in cognata testatoris & licet Cor. in consil. ccx. in primo dubio libr. iij. arguat contra hoc dictum de matre testatoris, tamen dicit q̄ in decisionis non audet recedere a sententia doct. & sic presupponit hoc dictum esse communiter approbatum licet ibi de consil. Ange. mentionem nō faciat sed illud citat Iaso. in. d. consil. xliiij. Itaq; si extenditur dicta consuetudo ad personas in quibus nulla cadit correlatio, quantofortius extendi debet ad personam vxoris correlatiuam ad maritum, Ad quod argumentum vellem respondisset Curtius iunior in. d. consil. vi. colum. ix.

36 VN decimo † limitatur non procedere in consuetudine laudabili non onerosa & que non sit cōtra ius sed preter ius quia illa extenditur ad casus similes eiusdem rationis. d. l. de quibus. ff. de legibus l. i. C. que sit longa consuetu. facit text. in. l. nō possunt. ff. de legibus Inno. in. c. dilecto colum. ij. de offi. archidia. & isto casu procedant que dicunt doct. supra allega. in decima tertia differentia in prin. tradit rochus de curte in rep. d. c. fi. car. xxxij. colum. i. versi. ex premissa conclusione & colū. iij. versi. prima est conclusio secundum paruam impressionem Curtius iunior in prima parte tracta. feud. q. iij. colum. iij. in fi. cart. iiij.

37 SED hic quero † circa hāc vndecimā limitationē, quid si consuetudo non sit contra ius ita q̄ ius in

totum corrigat nec etiam sit preter ius sed sit exorbitans in aliquo derogans iuri communi (sic enim dicitur ius exorbitans quando in totum ius non abrogatur sed in aliquo ei derogatur Cor. in cõsi. clxxiiij. colum. ij. libr. iiij Crotus in. l. omnes populi colũ. xxxix. versi. pro complemento. ff. de iusti. & iure) an talis consuetudo exorbitans extendetur ex identitate rationis Oldrad. in consil. ccxxxvij. perlectis sentit ꝙ sic dum dicit ꝙ ibi consuetudo exorbitans per quam feudum, quod de iure feudorum primogenito tantum debetur, diuidi potest, non extenditur ad prelegatum vt prelegari possit in testamento, quia in prelegato non militat eadem ratio quia in diuisione voluntaria interuenit consensus duorũ sed in prelegato consensus vnius tantum idest prelegantis, sentit ergo ꝙ si in alio casu eadem ratio militaret, ad eum fieret extensio. ¶ Sed puto ꝙ consuetudo extendi non debeat siue in totum sit contra ius siue a iure exorbitet. l. ius singulare. l. quod vero contra. ff. de legibus reg. ea que de regulis iuris lib. vi. habetur. in. l. si constante vbi
38 Ias. col. xiij. ff. solu. matri. ¶ Secundo † considero ꝙ si dispositio expressa a iure cõmuni exorbitans nõ extenditur ex identitate rationis, multominus extendetur consuetudo que dicitur ius tacitum. §. ex non scripto insti. de iure natu. gen. & ciui. in tacitis enim non ita fit extensio sicut in expressis glos. in clem. sepe in verbo partibus circa fin. de ver. signi. vbi tacitus consensus in aliquibus actibus iudicij ꝓ

ordinarie procedatur non preiudicat in actibus futuris quominus possit pars instare ꝙ summarie ꝓcedatur quando in eius fauorem summarie procedi debebat, secus si pars ab initio expresse consenserit ꝙ ordinarie procedatur quia tunc penitere nõ poterit, & sic tacitus consensus restringit̃ ad actus preteritos in quibus quis cõsensit secus in expresso qui extenditur etiam ad futuros, tradit roma. in consi. cxxxiij in presupposito casu Actus enim taciti nõ sunt sic large interpretandi sicut expressi sed eatenus quatenus se extendunt actus ex quibus resultant l. i. §. Iulianus & quod ibi no. ff. de iti. actuq; priua. l. fi. C. ne filius pro patre l. voluntarie. C. de excu. tuto ita arguit Paul. de ca. in consi. cccxxxiiij. visa appellatione colũ. iij. circa med. versi. tamen aduertendum libr. i. tradit Abb. in. c quoniam contra col. fi. de probatio. Alexan. & Deci. in. l. i. §. i. super glo. in ver. si quis. ff. quod quisq; iuris Deci. in. c i. colũ. xxi. in fi. versi. vlterius & tertio contra cõmunem de iudi. in. c. in presentia colũ. xij. versi. alia tamen fuit solutio glos. de probatio. & in. c. dilecti. ij. in. ij. nota de appel. Ias. in l. cum quid colũ. iij. post med. versicu. quarta conclusio. ff. si cer. pet. ¶ Tertio
89 † considero ꝙ in casu Oldra. in. d. consi. cexxxvij consuetudo potius erat correctoria iuris cõis feudorũ ꝙ̃ exorbitans quia in totũ derogabat iuri uolenti feuda dignitatũ diuidi nõ posse. cõstat aũt ius correctoriũ difficilius extẽdi q̃ ius exorbitãs Cor. ĩ cõ. lxxxij. co. iij. ver. cõstat ãt et ĩ cõ. 1 s s. co. ij. li. ij.

fieret tamen extensio consuetudinis exorbitantis a iure communi quando talis consuetudo esset fauorabilis quia in exorbitantibus fit extensio quando materia est fauorabilis glos.in.l.illud in fi.C.de sacrosan.eccles.tradit Iaso.post Alexan.in.d.l.si cõstante colum.xiij.in fi.versi. secundo limita.ff.solu. matri.& in.l.filiusfamilias.§.diui colũ.ix.versi. sed ad hoc fundamentũ.ff.de lega.i. similiter materia dispensationis dicitur exorbitans quia per eam vulneratur ius commune in casu in quo conceditur dispensatio & tamen si contineat causam fauorabilem puta quia cõcernat fauorem religionis vel anime,in ea fit extensio Dec.in c.at si clerici.§.de adulterijs colum.viij.versi.similiter gratiosa videtur de iudi. post Areti. ibi & dictum fuit supra in prima limitatione. & fuit extensio in materia fauorabili licet stricti iuris etiam ꝙ ille fauor non respiciat vtilitatem publicam principaliter sed secundario prout in statuto per quod agnati aut affines inuicem litigantes coguntur compromittere nam large interpretatur & extenditur ad agnatos & affines improprie & tamen non respicit vtilitatem publicam principaliter immo ipsorum litigantium licet secundario etiam vtilitatem publicam quia reipublice interest subditos habere locupletes & litium sumptibus non consumi ita in tali statuto tradunt Bald.Alexan.& moder.in l.qui se patris.C. vnde libr.vbi Deci.colum pen.Iaso.colum.xxiiij. Alex. in.l.i.§. lex falcidia.ff. ad legem falci. & in consil.

cxxv.colum.pen.libr.vij.Iaso.in.d.l.de quibus col. v.in.l.pretor.§.pretor. colum.ij.ff. de edendo & in consi.lxxvi.colū.ij.libr.iij.rochus de curte in .d. c.fi.car.xxxv.in octaua limita.Idem in alio statuto concernente vtilitatem publicam eitam secundario quod extenditur tanq̄ fauorabile ad casum impro prium ut per Iaso.in.d.l.si constante in prin. colū. xiij.in fi.versi.ij.limita in.l. properandum in princ. colum.iij.C.de iudi.in.l.fratres colū.iij .C.de inoffi.testam Addo Bald.in consil.cclxxxvi. super primo puncto versi.super sexto libr.iij. licet Iaso. dicat neminem inuenisse istud ponderantem. Rursus fieret extensio in materia exorbitanti ex identitate rationis quando ratio esset expressa vel pro expressa haberetur quia unica tantum posset assignari per ea que infra dicam in.xiij.limitatione.

40 DVodecimo † limitatur non procedere quando vnus casus comprehenditur sub alio secundum cō munem vsum loquendi quia tūc consuetudo extenditur ad illum casum puta stante consuetudine q̄ in successione decedentis ab in testato masculi preferantur fœminis, pone q̄ decedat pupillus qui proprie non dicitur intestatus sed intestabilis quia testari non potest, an ad eum extendetur consuetudo certe sic si probetur q̄ secundum cōmunem vsum loquendi etiam in pupillo verificatur verbum intestatus per ea que habentur in.l.i.ff. de suis & legi.in.l.generaliter in princ.C.de instit. & substi. Corne. in consil. cccxviij. colum.ij. circa med.

libr.i.& in consil.cvi.colum.i. ad fin. libr. quarto.

41 DEcimo tertio † limitatur non procedere quando casus ad quem fit extensio comprehenditur sub casu expresso saltem ex lata significatione vocabuli quia ad talem casum extenditur consuetudo etiam contra ius aut a iure exorbitans.l. filium habeo .ff. ad macedo. puta stat consuetudo quod masculus excludit filiam, certe extendetur ad neptem ex filia quia appellatione filij nepos comprehenditur largo sumpto vocabulo.l. liberorum vbi Bart.ff. de ver.signi. Bald.& moder.in.l.venia.C.de in ius voca. roma. in consil. cxxix.licet magna. rochus de Curte in repe.d.c.fi.car.xxxiij. colū.iiij versi.limitatur tamen primo Eandem limitationem sequitur Gozadinus in consil.xc.col.iiij.post med.

SED contra hanc limitationem videtur facere quia ad hoc vt in correctorijs fiat extensio ad alium casum,duo videntur necessaria, Primum quod ratio sit expressa,secundum quod alius casus comprehendatur sub expresso saltem ex larga significatione vocabuli Imola in clem.i.de electio.Alex.in.l.peregre §.i.colum ij ff.de acq.poss.Barba.inter consilia calca.in consilio.xxviij.col.ix.Corn.in consil cxcviij. colū.pen.lib.iiij. Sed in consuetudine quod est ius tacitum non potest dici quod ratio sit expressa.

42 SOlutio † ista decimatertia limitatio procedit in dispositione in qua vnica tantum ratio potest assignari quia illa habetur pro expressa Bald. in.l. quamuis.C.de fideicomiss. in.l. maximum vitium

colum.iiij.C.de libr.preteri.& in consi. ccccxxxiij. domina Ioanna colum. ij. in fin. libr.iij. Paul. de castr.in consil.ccli visa quadam securitate colum.i. post med. libr.i. Alexan. in l.mutum colum. tertia ff.de acq.hered.in consil.xxxiiij colum. penulti. in fi.libr.v.Imola in consil.xxv.colum.i.in fi. Deci.in c.sugestũ in secundo nota.de appella. in consi.xv. colum iij.versicu.& licet Barto.in.l liberorum, in consil.lxiiij.colum.ij.in consil.clxxxviij.colum. ij. post med Iaso.in.d.l. quamuis in vltimo no.C. de fideicom. & alibi sepe doct. itaque cum ratio habeatur pro expressa, dicuntur concurrere illa duo requisita per Imolam & Corn.& quod sufficiat rationem haberi pro expressa licet quoad uerba expressa non fit vt fiat extensio ad casum qui sub lata significatione vocabuli comprehendi potest tenet Alexan in.d.l.si constante.in prin.colum.vi.ff. solu.matri.in consil.cxc.colum.iiij.versi.preterea dictum statutum emanauit libr.ij.in consil.xxxiiij. colum.fi libr.v.Iaso.in.d.l.de quibus colum.v.in.l. quamuis col.ij.C.de fideicõ.in.l.siue apud acta col. ij.C.de transactio.in cõsi.cxij.in fi.in cõs.cxviij co. iiij.in prin.lib.i.in cõs.ccv.col.ij.post med in consi. ccxxi.col.v.lib.ij.& in cõsi.cxv.col.vij.libr.iiij.rippa in.d.l.si cõstãte col.xvi.nu.lxv.Gozadi. in cõs. lix.col.iij.post med.ver.vij.negari non põt Curti. senior.in cõs.ix.col.vij ante med. ver. & si qspiam opponat latius in consi.lxxxi.maxime col iij. ubi Cur.ꝙ talis rõ ꝑsumpta qñ unica tñ põt assignari,

idem operaẽ quod expressa ideo ampliat & restringit dispõnem ad limites ipsius rõnis nec distinguit an unũ cõtineaẽ sub altero lato sumpto uocabulo.

AM plius multi doct. simpliciter dicunt fieri extensionem ad casum non expressum qui sub larga significatione vocabuli contineri potest sub casu expresso ex identitate rationis, nec requirũt ꝙ unica tm̃ ratio possit assignari & ꝙ illa habeaẽ pro expressa hoc enim dicit roma. in cõsil. cxxix. licet magna ubi loquitur etiam in materia quantuncunqꝫ correctoria, identitatem etiam rationis simpliciter considerat Socy. in consil. cxxix. colum. iiij. versi. vi. predicta confirmantur Iaso. in. l. gallus in princ. colum. xiij. vers. item in quantum doct. Alexan. ff. de libr. & posthu. Gozadi. in consil. ciij col. v. in fi.

SED dici potest ꝙ ratio eadem considerari non potest nisi vnica tantum possit assignari, si enim plures assignari possint, quomodo sciri poterit ꝙ militet eadem ratio prout arguit Barto. in. d. l. liberorũ ff. de ver. signi. & quando rationes plures possunt assignari, solũ dici põt ꝙ militat silis rõ sed nõ eadẽ.

Ex premissis apparet ꝙ male videtur locutus rochus de curte in repe. d. c. fi. cart. xxxiij. col. iiij. versi. limitatur tamen primo , vbi postqꝫ firmauit conclusionem ꝙ consuetudo extenditur ad casum non expressum qui ex larga significatione vocabuli cõprehendi potest sub expresso vt in consuetudine ꝙ masculus excludat filiã ꝙ extendatur ad neptem postqꝫ retulit rationem Ias. in. d. l. de quibus col. v.

ꝙ ideo fiat extensio quia illa consuetudo non potest habere nisi vnicam rationem scilicet agnationis conseruande que habetur pro expressa, subdit Curtius aliam rationem assignari posse vltra Iaso. quia scilicet appellatione filię continetur neptis de larga significatione quo casu fit extensio etiam in correctorijs per glo. in. d. clemen. i. de electio. & sic vult rochus ꝙ fiat extensio in correctorijs ex eo solum ꝙ vnum continetur sub altero de larga significatione sed parcat mihi reuerentia tanti viri q̃a ratio per eum assignata non est sufficięns nisi etiam concurrat ratio Ias. videlicet vel ꝙ ratio sit expressa vel habeatur pro expressa, ita quod militet eadem ratio. Immo sola identitas rationis posset. sufficere, vt infra dicam & tamen non sufficeret illud tantum ꝙ vnum veniat appellatione alteriusr.

43 AD uertendum † tamen circa hanc decimam tertiam limitationem quia non procederet quando dispositio esset correctoria & pœnalis simul q̃a tũc non extenderetur ad casum qui de larga significatione vocabuli comprehendi posset sub casu expresso etiam ex identitate rationis glo. in clem. vt hi qui in versicul. in eisdem de eta. & quali. quam pro singulari refert & sequitur roma. in consil. cl. in proposita questione ante fi. Alexan. in. d. l. si constante in prin. colum. iiij. versicu. iij. limita Deci. in. c. translato colum. i. de constitu. Iaso. l. fi. colum. ij. in fi. versi. tenendo istam regulam. ff. de in ius vocan. in. l. cum quidam col. iiij. versi. ij. principaliter. ff. de

liber.& posthu.& in auct. quas actiones colū. vij. C. de sacrosan.eccles.Corne.in consi. ccxvij. Ante fi.libr.iij.Immo isto casu non fit extensio etiam ex maioritate rationis Socy. in consil xxxi. colum. v.in.iij.q.libr.i.quod procedit licet ratio sit scripta in dispositione Iaso.in.d.l.fi. colum.ij. in fi.ff. de in ius vocan. in consil. cxviij. colum ij. in princi. & colum.iij.in fin libr.primo.

44 SED qūero † iuxta premissa ad pleniorem declarationem premissorum, pone ꝙ ratio sit expressa in dispositione correctoria, an simpliciter fiet extensio ad alium casum an vero ita demum si alius casus comprehendi possit sub expresso de lata significatione vocabuli, Alexan.in.l.peregre.§.i.col. ij.versi.non obstat si pro opi.Cy.ff.de acq. posses. & in consil.cxc.mature colum.iiij.post med.versic. & latius per domi.Anto.libr.ij.ꝙ requiritur vt casus non expressus comprehendatur sub expresso saltem ex larga significatione vocabuli, idem voluit Barba.inter consilia calca. in. d. consil. xxviij. colum.ix.Corn.in.d.consil.cxcviij.colum pen. lib. iiij.Curt.senior.in consil.xiij.colū.ij.ante med. vbi allegant Imo.in.l. si vero.§. de viro.ff. solu. matr.

SED contrarium expresse tenet Iaso.in.l.si ita stipulatus.§.grisogonus.colum.xij.versi.circa istud notabile.ff.de verbo.obliga.ubi ꝙ opi.contra Alex. est uerior et communior ꝙ immo sufficit rationem esse scriptam ut fiat extensio ad alium casum licet alius casus de lata significatione vocabuli non cō-

prehendatur sub expresso. Istud idem voluit Iaso. in.l.marcellus in prin.colum xi.in fi.versi. quid tenendum.ff.ad trebel. vbi ꝙ fit extensio in correctorijs ex identitate rationis quando ratio est scripta in lege & tantomagis in casu illo dicit Iaso.fieri extẽsionem scilicet de falcidia ad trebellianicam quia appellatione falcidie venit trebeillianica largo sumpto vocabulo vult ergo idem esse si unum nõ ueniat appellatione alterius saltem large licet facilius fiat quando venit idem in effectu voluit Iaso.in.l.i. colum.ij.in fi.versi vi.facit ff.in ius voca.ut eant in d.aucten. quas actiones colum.vij. versic. sed non recedas a communi regula.d.l de quibus colum. v. versi.puto ꝙ utrunq; saluari possit in.d.consil.cxij. in fi.libr.i.in.d.l.quamuis colum.ij.post med.C. de fideicom.& in.§.sequens colum.iij. nume.ix. instit. de actio. in quibus locis simpliciter concludit fieri extensionem in materia correctoria ex identitate rationis quando ratio est expressa nec distinguit, an casus ad quem fit extensio possit uenire appellatione casus expressi saltem ex larga significatione & pondera quod Iaso.in.d.aucten. quas actiones colum.vij.versicu.nec huic fallentie refert Imo. respondere ad glos.super quibus se fuudat Alex. in.d.l.peregre.§.primo idem & late tradit Curti. senior in dicto consilio. lxxxi. columna tertia & seq.vbi solum considerat identitatem rationis expresse vel que habetur pro expressa. Idem simpliciter tenet Deci.in dicto capi. translato in primo

no.de consti.vbi ꝙ fit extensio in materia correctoria simpliciter quando ratio est expressa nec distinguit an casus ad quem fit extensio comprehendatur sub alio ex larga significatione Immo si Deci.bene ponderetur expresse & clare hoc uoluit dū primo arguit contra Abb.uolentem ꝙ fiat extensio in pœnalibus ex identitate rationis, nam Deci. arguēdo dicit ꝙ in iuribus allegatis per Abb. ideo fit extensio quia uel illi duo casus erant equiparati uel unus ueniebat appellatione alterius lato sumpto uocabulo, sed postea tenet Decius opi.Abb. & sic aperte vult Deci.idem iuris esse licet unus casus nō comprehendatur sub alio saltem large idem uoluit rippa in.l.i.§.hoc autem.ff.ad trebellia.ubi ꝙ fit extensio ad omnes casus qui sub ratione expressa cōprehendi possunt licet sequatur iurium correctio. idē tenet Crotus in.d.l. omnes populi col. xxxvij. versi.octaua conclusio.Idem voluit Alex.in.l.cum mulier in quinto nota.per illum text.ff. solut.matri.ubi ꝙ fit extensio in pœnalibus quando ratio est expressa nec distinguit an unus casus veniat large saltem appellatione alterius idem etiam uoluit Alex.in.d.l.multum colū.iij.ff.de acq. heredi.in .d. consil.xxxiiij.colum.pen.in fi.libr.v.dum dicit fieri extensionem ad casum qui saltem comprehendi potest sub casu expresso saltem de lata significatio-
45 ne quando ratio est expressa, pondero + dictionem saltem que est implicatiua implicans etiam alium casum qui non comprehenderetur sub casu

expresso de lata significatione Ioan.and.in.c. quia propter de electio.libr.vi.habetur in.c.statutum.§ quia uero de rescrip.eo.libr.Socy.in cōsi.xxxviij colum.iiij.post med.versi.nec est uerum ꝙ predicta domina antonia libr.i.Corn.in consil.cxc.in princ. libr.i.sed contrarium ꝙ dictio saltem non implicet tradit Dec.in.c.per tuas in secundo nota.de appella.Eandem opi.ꝙ simpliciter sufficiat rationem esse expressam uel haberi pro expressa tenet Curt. senior in consil. ix. colum. vij. ante med. versicu. & si quispiam opponat.

46 R V rsus pro hoc opi.considero † rationem qua doct.mouetur ad tenendum ꝙ in correctorijs licita est extensio quando ratio est expressa videlicet quia tunc non uidetur dispositio extendi sed intelligi & comprehendi.sub ipso expresso ex ratione & mente.l.nominis & rei.ff.de verb.signi. & sic ista dicitur interpretatio intellectiua potiusꝙ extensiua ut dicit Bald.in.d.l. quamuis circa prin.C. de fideicom.vbi enim est eadem uel maior ratio, nō dicitur lex extendi sed enucleari Oldra. in consil. clxxxv.thema tale est titius canonicus in fin.& dicit Calderi.in consil.i.in titu.ut lite penden. ꝙ ubi est eadem ratio non dicitur quis extendendo nouum casum addere sed quod in primo casu in ratione includebatur secundum equitatem detegere seu declarare, lex enim dicitur omne quod in ratione consistit.c. consuetudo.i. di. ergo ubi habet locum legis ratio, circa id prodita dici debet lex

Alibi ſcribit Calderi.in conſil. i.in titu. de regular. quod ratio dicitur lex communis ad omnes caſus, ob id non inſpicitur diſpoſitio an in ea ſit idem caſus uel non, ſed ratio tantum conſideratur. ¶ Alibi ſcribit Ioan.de ana.inter conſil.Paul.de ca. in cõſi. cclxi.uiſis colum.ij ad fi.libr.ij quod ubi eſt eadem ratio & omnimoda ſimilitudo, non dicitur lex extendi ſed ille caſus ſub eiuſdem legis diſpoſitione includi per gl.in.c.i.de tempo.ordi. lib.vi. ¶ Alibi ſcribit Bald.in.c dilectus colum.i.de reſcript.quod ſicut ſtatutum diſponit in his in quibus expreſſe loquitur, ita ratio ſtatuti pariter diſpoſitionem inducit. Alibi ſcribit Bald in.d.l. de quibus .ff. de legibus quod ubi eſt eadem ratio in pluribus caſibus ratio decidit omnes illos caſus non per extenſionem, Immo ſicut genus comprehendit ſpecies ſic generalis ratio diuerſas ſpecies, ob id expreſſo uno caſu, ueniunt omnes in quibus uiget eadem ratio, quod dictum pro eleganti refert & ſequitur Paul. de caſtr. in conſil. ccccxli. pro declaratione colum.pen.ad fi.libr.i.Iaſo.in.l a titio colum.iij. in tertio nota.ff.de verbo.obli.in conſil.cxli. colũ.v. circa med.libr.ij.& in conſil.lxiij.colum. iiij.libr. iij. & quod non dicatur fieri extenſio quando ratio eſt expreſſa in lege uel diſpoſitione tradit Deci. in c.quoniam contra colum.xviij. verſic. ſimiliter ex dicto Cy.de probatio. & in.c. ſecundo requiris in prin.de appel.Iaſo.in.l.cum quidam colum.fi. ver. tu confirma.ff.de libr.& poſthu.Addo Alexan.in

consil.lxxxix.colum.ij.circa med.libr.vi.& in cōsi. cciij.colum.iij.libr.vij. sed ista ratio & consideratio doc.militat licet casus ad quē sit extensio nō veniat appellatiōe casus exp̄ssi saltē lato sūpto uocabulo.
AMplius puto quod licet ratio non sit expressa, tamen si unica tantum possit assignari, quod adhuc fiat extensio ad casum in quo uiget eadem ratio licet ille casus non ueniat sub expresso saltem
47 de larga significatione quia † doct. parificant ista duo quod ratio sit expressa uel quod unica tantum possit assignari quia illa habetur pro expressa vt supra diximus & tradit Fely. in. d.c. translato in fi. de constitutio. & in.d.c. si quando colum. viij.versi considera tertio de rescriptis & istam parificationem faciunt doct. etiam in materia correctoria ut dictum est, una tantum uidetur differentia inter rationem expressam & tacitam ꝙ vbi ratio est expressa facilius fit extensio q̄ȝ ubi expressa non est quia ubi non est expressa, opus est laborare et inuestigare que ratio potuerit mouere dispo nentem ad sic disponendum & an unica tantum ra
48 tio potuerit eum mouere, illa tamen † ratio in dubio coniecturanda est in statuto, que potuit moue re principē ad ita statuendū Abb in cōsi.lxxv. col. iij.lib.i.& in consil.lxxix.colū ij lib.ij. allegat glos. in.l.tale pactū in fi ff.de pactis Bal.in.l.scire oprtet ff.de excu.tuto. Alibi scribit idē Abb.in cōsi.i.col. iij.versicu.vltimo adduco lib.i.ꝙ ubi ratio non est expressa in lege uel in statuto, debemus cōsiderare

qua ratione motus fuisset sapiens ad ita statuẽdum. Sed in eiusmodi interpretatione rationis aut ea p̃sumenda, quomodo sapiens moueri potuerit, nũq̃ non erit inter aduocatos contentio, Ad rectitudinẽ igitur iudicantis erit omnia diligenter inquirere &
49 pre omnibus† respicere cum oportet ad rationem naturalem que sola est certa & indubia & habetur pro lege scripta & equitate scripta Bald. in consil. ccccl xxiij circa questionem colum. fi. libr. v. ubi etiã ꝙ ratio naturalis idem est ꝙ iustitia naturalis. Alibi scribit idem Bal. in consil. xxxviij. dominus thomas colum. ij. libr. i. ꝙ ratio naturalis cuncta recte respondet & vix reperitur aliquid contra rationẽ naturalem quod non remordeat conscientiam allegat glos. magnam in. l. in hac. ff. de tritica. Alibi scribit Bald. in rubr. C. si ex falsis instrumen. col. iij. ꝙ nec maior nec certior est ratio in mundo q̃ ratio naturalis, ratio enim naturalis est potissima in qualibet interpretatione Bald. in titu. de pace constan. in versi. uel per aliam personam allegat Cy. in l. non dubium circa fi. C. de legib. Alibi. scribit Bal. in. l. quotiens circa prin. C. de suis & legiti. ꝙ virtus legis consistit in ratione naturali cum lex se speculetur in natura. §. adoptio institu. de adoptio. tradit Iaso. in consi l. colum. ij libr. iij. & ab ista ratione naturale licitum est arguere licet lex deficiat. d. l. scire oportet. c. secundo requiris in fi. de appella. glo. in c. cõsuetudo i. di. Abb in cõs. lxvi. in. ij. dubio lib. i.
PR emissa tamen conclusio ꝙ consuetudo etiam correctoria

rectoria iuris communis extenditur ad alium ca-
sum quando ratio est expressa uel pro expressa ha
betur, patitur aliquas limitationes de quibus per
Iaso.in.d.aucten. quas actiones colum.vij. ubi po-
nit tres fallentias & idem Iaso. in aucten. non licet
50 colũ.ij.C.de lib.preteri. ¶ Sed aduerte dum † Ias.
uoluit legem pœnalem aut correctoriam taxatiue
loquentem non extendi licet ratio sit expressa, nã
contrarium in hoc tenuit idem Iaso.in cõsil. cxviij.
colũ.iij.in fi.libr.i. ubi uoluit ꝙ immo fiat exten-
sio non obstante taxatiua, modo lex non sit pœ-
nalis & correctoria simul', sed puto extensionem
nõ fieri in correctorijs aut odiosis licet ratio sit ex-
pressa quando dispositio taxatiue loquitur, quini
mo etiam cessante taxatiua, non semper fit exten-
sio propter rationẽ expressam in correctorijs aut
odiosis maxime quando odium non est rationabi-
le Corn.in consil.xc.colum.pen. versi. nec ostat ꝙ
ratio & in consil xcvij. circa fin.libr.iij. circa statu-
tum excludens fœminas propter masculos fauorẽ
agnationis, quod non extenditur ad omnes ma-
sculos & omnes casus in quibus militat fauor agna
tionis sed sepius restringitur, etiam ꝙ unum ueniat
appellatione alterius de lata significatione uocabu
li ut habetur & Alexan.& moder.in.l.i.C. de suc-
ces.edicto.& idem Alexan.in consil.xcvij lib.ii.
51 DEcimo quarto † limitatur dicta conclusio vt
nõ procedat quando duo equiparantur a lege an-
tiqua, quia tunc consuetudo superueniẽs & dispo-

nens in vno extenditur ad aliud glos. Bart. & doc. in. l. si quis seruo persuaserit per illum tex. C. de fur tis iuncta. l. nõ tantum. ff. de seruo corru. vbi ꝙ hoc procedit etiam in pœnalibus multo magis in cor rectorijs tradit Iaso. in. d. auctẽ. quas actiones col. v. versi. iij. pro opi. pla. & colum. vij. versic. secun do principaliter limita & idem Iaso. in. l. si arroga tor colum antepen. versi. sed redeundo ad princi palem. q. ff. de adoptio. in l. transigere colũ. v. versi. secundo moueor. C. de transactio. & in. l. i. colum v. & colum. vij. ff. de legat. i. rochus de curte in re pe. d. c. si. cart. xxxiiij. colum. ij. versi. tertio limita tur in parua impressione in quibus locis habetur ꝙ istud procedit etiam in materia correctoria aut pœnali & ꝙ procedat in materia pœnali tradit Iasi in. §. ex malefitijs colum. viij. nume. xxxix. institu. de actio. per glo. in. c. si postꝙ in glos. fi. de electio. libr. vi. & in. c. de multa in versi. in eadem ecclesia vbi Abb. de preben. idem tenet Deci. in. c. causam que colum. iij. versi. sed respondetur de iudi & in. c. ij. requiris colum. fi. de appella. Addo. Abb. in cõs. lxxv. col. iij. libr. i. Sed contrarium ꝙ in pœnalibus correctorijs aut odiosis non fiat extensio & ꝙ lex noua disponens super uno ex equiparatis per le gem antiquam non extendatur ad aliud, tenent Iac. de ra. pe. & Cyn. in. l. non sine. C. de bonis que libr. per illũ text. quod dictum pro singulari refert & sequitur Socy. in consil. cl. colũ. xxi. versi. bene facit quod singulariter nu. xxxviij. lib. i. Idem te-

net Io.de ana.in consi.xxvij.col.ij per text. in .l.fi. C.de sacrosan. eccles.iuncta auchen. quas actiones nam in.d.l.fi.ciuitas & ecclesia equiparantur in materia prescriptionis & tamen ius nonum. d. aucten. corrigens in uno non trahitur ad aliud secundum communiter doct. & q ista limitatio non procedat in correctorijs uoluit Ias.in.l.marcellus in prin. colum.vij.versi.secundum principale.ff. ad trebellia.allegat glo.in.§.fi.in ver. placuerit & ibi Ange. de Are.insti.quibus ex cau.manu.nõ licet ex qbus patet Ias.fuisse sibi contrarium in hac materia.

QVID tenendum placet prima opinio q fiat extẽsio que opi.videtur communis. nec ob. text. in .d. l.fin.C.de sacrosan.eccles.iuncta aucten. ibi posita quia respondetur q licet ecclesia & ciuitas essent parificate in materia prescriptionis per.d.l.fin. tamen illa parificatio non erat simplex & vniuersalis quo ad omnia sed in quattuor casibus tantum de quibus quo casu quando equiparatio non est vniuersalis,nõ fit extẽsio in lege correctoria postea superueniente,Ita declarat mathesila. in suo trac.extẽsio. col.ij.& hãc declarationẽ aũt rñsionẽ refert & sequitur Ias in auct.nouissima col.xi.& in.l.fi.col. fi. C.de inoffi. testa. Eandem rñsionẽ aut declarationẽ uoluit Socy.in cõsi.cclxxv.colum.v.post med. ver.confirmatur quia licet ciuitas lib.ij. ubi ad hoc ut fiat extensio in pœnalibus propter eqparationẽ duorũ casuũ,requirit q eqparatio sit facta quoad omnia per glo.in.c.i.versic.sane.de uoto libr.vi.&

in.c.constitutus versic.prorogamus de regular. eo. libr. Eandem responsionem & declarationem voluit Alexan.in.l.gallus.§.& quid si tantum colum. iiii.super gl.in ver.emancipatus.ff.de lib.& posthu.

SED contra hanc responsionem obstare uidetur qa immo uidetur sufficere q̄ fiat equiparatio in materia de qua agitur ut fiat extensio in eadem materia licet non fiat in aliis casibus non equiparatis gl.in.c.i.in versi.declaramus ne cleri.uel mona. lib. vi.ubi Gemi. Ad idem glo.in.c.licet canon. in ver. parrochialis & in.c.si postq̃.§ fin.in glos. pen. ubi Gemi.de electio.libr.vi.pro hoc text.in.l.furiosi.C. de nup.quem pro singulari ad hoc citat roma. in consil.clxxix.amplissime doctor colum.iiii. versi. iii.respondetur, tradit Iaso.in l.ii. colum. pen ff. de iureiuran.in.d.l.si constante colum.v.ff.solu.matr. in.l.transigere colum.v.C.de transact.in.§.ex maleficijs.colum.ix.in fi.nume. xliiii.institu. de actio. & in consil.cxviii.colum.iiii.circa med.libr.i. Ideo saltem in illis quattuor casibus in quibus erat facta equiparatio ecclesie & ciuitatis fieri videbatur ex-
52 tensio. uidemus + etiam q̄ argumentum a simili ut procedat non requiritur q̄ sit similitudo quoad omnia sed sufficit esse similitudinem in casu de quo agitur.l.fi. C. de colla. quem text ad hoc dicit meliorem de corpore iuris Iaso.in.l.ij.§.& harum col. v.& in.l.iiij.§.fi.colum.iij.ff.de verbo.obliga. & in l.creditori colum.fin.ff.de oper.no.nuncia. vbi alia etiam citat iura Aliam & secūdam responsionem

ad.d.l.fin.& aucten.ibi positam ꝙ ideo ius nouum illius aucten. correctorium non extendatur ad ciuitatem que erat equiparata ecclesie per.d.l.fi. tradit Imola in.d.l.fi.uero.§.de uiro .ff.solu. matri.in v.fallentia circa materiam extensionis in correctorijs, quia si fieret extensio, illa esset de persona ad personam non de casu ad casum sed de persona ad personam non fit extensio licet fiat de casu ad casum Aret.& moder.in.l.gallus.§.& quid si tantum colum.v.ff.de libr.& posthu.per text. in .l. si quis ita.§.pen.ff.de testa.tu.& hanc responsionem Imole refert & sequitur Alexan.in consil.clxxi.colum. ij.libr.vij.& pondera ꝙ licet ecclesia aut ciuitas videatur persona ficta, tamen idē iuris videtur quoad extensionem quod in persona vera.

SED ista responsio videtur peior prima quia Bar.& alij in.d.l.si quis seruo.C. de furtis uolunt dicta ibi in seruo extendi ad filium quia in illa materia seruus & filius erant equiparati per legem antiquam l.nō tantum.ff.de seruo corru. & sic patet fieri extensionem etiam respectu personarum.

53 TErtiam igitur † responsionem tradit Bald. in d.aucten.quas actiones colum.ii. post guil. & Cy. ꝙ ideo dipositio.d.aucten. correctoria loquens in ecclesia non trahitur ad ciuitatem quia text. in corpore unde sumitur illa aucten. uidelicet in aucten. de ecclesia.titu.§. pro temporalibus autem loquitur taxatiue, nimirū si extensio non fit impediente taxatiua, & hanc responsionem sequitur etiam

Alexan. in d. consil. clxxi. colum. ij. libr. vij. & de taxatiua, ꝙ impediat extensionē dictū est supra nu. I.
SED nec ista responsio ualet quia taxatiua in .d. §. pro temporalibus autem non refertur ad ecclesiam ita ꝙ in ecclesia tantum locum habeat illa prescriptio, sed refertur ad prescriptionem in fauorem ecclesie, videlicet ꝙ cōtra ecclesiam currat prescriptio sola xl. annorū itaq; illa taxatiua nihil impedit quo minus dispō illius autē. extēdi possit ad ciuitatē bñ impediret maius aut minus tēpus ꝑscriptiōis cōtra ciuitatē, si ad eā fieret extēsio sicut impedit in eccl'ia.
QVARTAM responsionem tradit Pau. de cast. in cōsi. ccccxli. pro declaratione col. pen. in fi. libr. i. & in consil. ccccl xxij. in causa capture colū. iij. post med. eo. lib. ꝙ licet ecclesia & ciuitas essent similes in prescriptione, rationes tamen erant diuerse quia in ciuitate inducta erat prescriptio centum annorum fauore publice aut alia ratione, in ecclesia autem fauore religionis, nimirum si non fit extensio ob diuersitatem rationis. ¶ Sed nec ista responsio valet quia ius antiquum eas non equiparasset si non pari fauore digne fuissent Rursus vult Paul. inferre ꝙ ideo in ciuitate correctum ne fuerit quasi fauore maiori digna sit q̄ ecclesia quod est absurdum cum
54 etiam † in religione versetur ius publicum. l. i. §. i. ff. de iusti. & iure & quilibet de populo agere potest ut disposita ad pias causas obseruentur. l. mella. C. de epi. & cleri. Ioan. de ana. in consil. xxx. in prin. roma. in consi. lxix. col. i. no. Bar. in. l. ciuitatibus. ff.

de lega. ii. hanc tamen responsionem Pau. de ca. sequitur Alex. in consil. lxxxix. col. ij. circa med. libr. vi. quia fauor publicus & pius sunt diuersi specie licet similes & sic non militet eadem ratio sed similis tantum; sed dice quod etiam fauor prius dicitur publicus & sic non est diuersitas & specie.

QVintam ego solutionem consideraui quod in d. l. fi. & auten. ibi posita non videtur differentia inter eclcesiam & ciuitatem ob id quod non opus fuit extensione alia considerando hoc modo, dispositio illius l. fi. non procedit in omnibus ciuitatibus sed tantum in ciuitatibus habentibus iura regalia aut fiscalia Aret. in consi. cliij. consultatio col. fi. ver. iij. premitto Cor. in consi. cclxviij. col. x. ver. non. n. ob. quod primo loco lib. iiij. Petrus Laurentius de lotis in subscriptione sua ad consi. Socini lxxxvi. in ca. coitas col. pe. lib. i. sed quoad ecclesiam d. l. fi. locum habebat in omni ecclesia & in omni loco pro quo ad illos quattuor casus de quibus in d. l. fi. & sic ecclesia magis erat priuilegiata quam ciuitas cum non omni ciuitati tale priuilegium competeret, ob id quando superuenit ius nouum auctenticorum corriges ius. C. quoad illam prescriptionem centenariam in ecclesia non fuit necesse illud extendere ad omnes ciuitatibus cum non omnes ciuitates priuilegio illo gaudeant & si dicas quare non fuit extensum illud ius nouum correctorium ad ciuitates habentes iura fiscalia et ecclesie equparatus, rndeo quod sicut legislator per ius nouum auctenticorum reseruauit illud priuilegium prescriptionis centenarie in ecclesia romana; sic voluit quod ciuitates habentes iura cesaris pari

gauderent priuilegio. & sic argumentum contrarium procederet si ius nouum superueniens in totum corrigeret ius antiquum quia tunc uideretur extendi etiam ad alium casum equiparatum per legem antiquam sed text. in. d. aucten. quas actiones non corrigit ius. C. in totum cum reseruet priuilegium ecclesie romane generaliter nedum in dictis quattuor casibus. ob id conueniens fuit ꝙ alique ciuitates tam excellentes iura cesaris obtinentes pari gauderent priuilegio saltem in illis quattuor casibus & ista responsio mihi quidem magis placet & magis uidetur arridere ꝙ̃ aliqua alia ex supradictis. Cogita tu de meliori.

55 Ex premissis igitur † habetur conclusio ꝙ etiam in consuetudine aut lege noua correctoria fit extensio in his que per legem antiquam sunt equiparata de uno ad alterum licet lex aut consuetudo correctoria de altero tantum loquitur. Que tamen cõclusio limitatiões aliquas sustinet et declaratiões.

PRimo igitur limitatur ut non procedat in personis equiparatis per legem antiquam quia lex noua aut consuetudo correctoria dispunẽs super una non extenditur ad alteram Alexan. in. d. consil. clxxi. colum. ij. libr. vij. post Imo. in. d. l. si uero. §. de uiro. ff. solut. matrimo.

Sed istud dictum supra proxime reprobaui.

56 SEcundo † limitatur quando lex aut consuetudo correctoria taxatiue loqueretur in uno tantum ex equiparatis quia ad aliud extensio fieri nõ po-

test Bald.post guil. & Cy.in.d.aucten.quas actiones colũ.ij.Alexan.in.d.consil.clxxi.colum.ij. post med.libr.vij.Iaso.in.d.auct.quas actiones colũ. vij. versi.ij.limita & in acten. non licet colum.ij. C. de liberis preteri. & licet supra proxime reprobauerim hoc dictum in.iij.responsione, tamen non reprobaui quia dictum in se verum sit sed ꝙ non cõuenit responsioni facte ad contrarium.d.l. fi.C. de sacrosan.eccles.cum sua aucten.iuncta glo.vbi enim fieret alias extensio, illa cessat propter verba taxatiua que extensionis dicuntur exclusiua .l. qui aliena.§.libertos.ff.de nego.ge.l. qui sella.§ .qui actum l.inter actum.l.certo generi & l.lucius in verbo digitum vnum.ff.de serui.rusti. predio.l. si sic & l. si quis alia.ff.quem serui amit l.iij.§. cum titio .ff. de adi.lega.l.iij.C.de patri.qui filios distra.insti.de vsu ea.in princ.c.si duo procura.libr.vi.l.fi.vbi Pau.C. de legibus.l.ij §.i.ff.de vsu & habita.glo.in.l. rationes.C. de proba. habent enim verba taxatiua implicitam in se negatiuam ꝙ aliter fieri nõ possit .c. cũ ecclesia sustrina ubi glo.de cau. poss. & proprie. vbi Ioan. and. post gofre.in ver. tantum. & adeo verba taxatiua extensionem non ferunt ꝙ restringunt etiam actum fauorabilẽ.l.pen.C.de lega. Bal. in consil.cclxij.recolo in fi.lib.i. quod est repetitum in consil.ccccl vi.libr.v.sed hoc dictum reprobatur infra nume. lxiiij. hinc videmus ꝙ ubi substitutio vulgaris fit per verba taxatiua, in ea non continet tacita pupillaris fulgo. Alex.& Deci.in.l. quamuis

col.i.C.de impub.Deci.in cõſ.cccxxxij.col.ij.circa med.Socy.in.l.i.col.iiij.ver.viij ff.de vulg.& pup.

97 IS ta ſecunda limitatio † recipit aliquas declaratio nes & ſublimitationes, Primo enim ſublimitatur ut non procedat quando taxatiua opponitur circa id quod alias iam erat diſpoſitũ quia tunc nihil operatur nec impedit extenſionem.l. ait pretor.§.interdum.ff.de nego.ge.iuncta glo. vbi gerens negocia alterius deſerta & derelicta que alius geſturus non erat, tenet̃ de dolo tantum, addit glo. & de lata culpa que dolo comparatur per.l.quod nerua .ff. de poſi.ecce licet tex loquatur taxatiue ꝙ geſtor teneatur de dolo tantum, tamẽ extenditur ad latam culpam que dolo equiparatur, & per illum text.cũ glo.calca.in conſi.xxvi.col.ij. in fi. generaliter dicit ꝙ vbi duo caſus pariſicantur per legem antiquam lex nona diſponens ſuper vno etiam taxatiue non impedit extenſionem fieri ad alium caſum parificatum, ſed certe iſtud dictũ calca.ita ſimpliciter intellectum procedere non poteſt, ſed debet intelligi qñ lex noua diſponit taxatiue ſuper eo ſuper quo per legem antiquam iam erat diſpoſitũ quia tunc taxatiua nihil operatur, ita declarat Bal. in conſi. cccli. Ioannes & Federicus ad fi.lib.v.propterea infert ꝙ ſi in compromiſſo detur poteſtas arbitro pronunciandi de iure tantum, illa dictio tantũ nihil operat̃ ex quo de iure aliter pronunciare nõ poterat. Ad idem allegat Bald.tex.in.l.i.§.i.ff. ſi menſor falſum mo.dix.ubi tex.dicit ꝙ meſſor ſolum tenet̃ de do-

col.i.C.de impub.Deci.in cõs.cccxxxij.col.ij.circa med.Socy.in.l.i.col.liij.ver.viij ff.de vulg.& pup.
97 IS ta secunda limitatio † recipit aliquas declarationes & sublimitationes, Primo enim sublimitatur ut non procedat quando taxatiua opponitur circa id quod alias iam erat dispositũ quia tunc nihil operatur nec impedit extensionem.l. ait pretor.§.interdum.ff.de nego.ge.iuncta glo. vbi gerens negocia alterius deserta & derelicta que alius gesturus non erat, teneť de dolo tantum, addit glo. & de lata culpa que dolo comparatur per.l.quod nerua.ff. deposi.ecce licet tex loquatur taxatiue ꝙ gestor teneatur de dolo tantum, tamẽ extenditur ad latam culpam que dolo equiparatur, & per illum text.cũ glo.calca.in consi.xxvi.col.ij. in fi. generaliter dicit ꝙ vbi duo casus parificantur per legem antiquam lex noua disponens super vno etiam taxatiue non impedit extensionem fieri ad alium casum parificatum, sed certe istud dictũ calca.ita simpliciter intellectum procedere non potest, sed debet intelligi qñ lex noua disponit taxatiue super eo super quo per legem antiquam iam erat dispositũ quia tunc taxatiua nihil operatur, ita declarat Bal. in consi. cccli. Ioannes & Federicus ad fi.lib.v.propterea infert ꝙ si in compromisso detur potestas arbitro pronunciandi de iure tantum, illa dictio tantũ nihil operať ex quo de iure aliter pronunciare nõ poterat. Ad idem allegat Bald.tex.in.l.i.§.i.ff. si mensor falsum mo.dix.ubi tex.dicit ꝙ messor solum teneť de do-

lo postea subiũgit ꝙ lata culpa dolo equiparatur & sic tenetur etiam de lata culpa. quia iam ante de iure constitutum erat vt qui de dolo tenetur, is et & late culpe nomine teneatur. d. l. quod nerua & nisi fieret extensio ad latam culpam, sequeretur iuris correctio aut exorbitantia a iure induceretur, & sic
58 firmari † potest conclusio in hac prima sublimitatione ꝙ dictio taxatiua non impedit extensionem quando alias induceretur correctio iuris, quod etiã voluit Bart. in. d. l. iij. §. cum titio. ff. de adi. lega. ubi si vnum statutum pro maleficio imponit pœnam mille librarum, aliud statutum pro eodem maleficio imponit pœnam quingentarum librarum tm̃, per hoc non censetur correctum aliud statutũ imponens pœnam mille librarum cũ simil. vt p. Alex. in. l. i. C. de bon. pos. cõtra tabu. Areti. in cõs. xxvij. col. pen. in fi. versi preterea per tacitos Cor. in cõsi. clxxij. col. iij. versi. hinc alias dubitatur libr. iiij. Deci. in. l. i. col. xviij. circa prin. versi. vltimo nõ obstat dictum Bar. ff. de offi. eius & in. l. i. col. ij. C. de bono. pos. contra tab. vbi ꝙ hoc procedit licet verba sint geminata quia adhuc per ea nõ inducitur correctio quod et voluit idẽ Dec. in consi. cclxxxi. in fi. allegat Alex. in consi. cxxx. in causa strazalorũ col. ij. ver. nec ob. ꝙ statutũ lib. iiij. licet contrariũ videatur velle idem Deci. in cõs. ij. col. pen. post med. versi. postremo conclusio & ꝙ per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris voluit roma. in cõ. cccclvi. col. i. post med. Dec. in cõ. lxxxvij.

col.fi.Iaso.in d.l.i.co.fi.C.de bon.pos.contra tabu.
SED contra istam conclusionem arguit Ias.d.l.i. col. xi.versicu.secunda conclusio.ff de offi.eius in .l.i. in prin.colū iij.ff si quis ius di.non obtemp. in.d.l. si constante colum.xv.versi iiij.adde vbi ꝙ immo in duci debet correctio iuris ex quo alias dispositio taxatiua nihil operaretur sicut dicit ꝙ sumitur argumentum a contrario sensu & ad correctionem iuris communis quando alias in sensu directo nihil operaret̃ Dicit tñ Ias.ꝙ in practica difficile esset obtinere cõtra Bar.ex quo nõ habemus cõtradicentẽ.
SED aduerte quia attento isto fundamento Iaso.sequeretur ꝙ nunꝗ fieret extensio vbi esset dictio taxatiua & tamen sunt multi casus in quibus fit ex-
59 tensio non obstante taxatiua. ¶ Secundo † considera ꝙ ubi non apparet de mente disponentis ꝙ voluerit recedere ad iure communi non reputatur absurdum ꝙ eius verba nihil operentur sed intelligantur secundum dispositionem iuris communis prout videmus in rescriptis que impetrantur ad dispositionem iuris communis Abb. in .c. causam que de rescrip.sequitur Deci.in.l.si quis iniquū §.si is pro quo colū.ij.ff. quod quisꝙ iuris & istud est quod voluit Corn.in.d. consil.clxxij.colum.iij. libr.iiij.prout in dicto & casu Barto.in.d.l.iij.§. cū titio.ff.de adi. lega. ibi enim statuentes non intendebant derogare statuto imponenti maiorem pœnam & prestare occasionem delinquendi pœnam minuendo sed intendebant delictum punire . secus

in casu & exemplo Iaso. quando statutum dicit q non extantibus masculis fœmina succedat nam ibi sumitur argumentũ a contrario sensu q non succedat extantibus masculis quia apparet de mente statuentium q voluerunt corrigere ius commune fauendo agnationi & preferendo agnatos agnatis. Idem in casu Paul. de castr. in consil. cccxxxviij. qa exceptiones colum. ij. circa med libr. i. nam ibi pensio debebat solui de redditibus prioratus & mense, postea mandatur eam solui de redditibus prioratus tantum, certe ex tali mandato mensa censetur exempta & correcta aut sublata eius obligatio qa intẽtio mãdãtis erat mẽsam sub leuare & eximere.

60 SE cundo † declaratur & sublimitatur hec secunda limitatio ut solũ procedat in correctorijs in quibus non fit extensio ad alterum ex equiparatis qñ dispositio correctoria taxatiue in altero tantum loquitur secus in alia materia non correctoria quia tunc dispositio taxatiua extenditur ad alterum ex purificatis puta q gerens negocia deserta alterius & que alius gesturus non erat vt teneatur de dolo tantũ, q nihilominus teneatur de culpa lata quia equiparantur ista duo & sic in materia non correctoria dictio taxatiua non excludit cõnexa aut parificata. d. l. i. §. i. ff. si messor falsum mo. dixer. l. ait pretor. §. interdũ. ff. de nego. ge. & ista erit alia declaratio ad dicta iura ultra declarationem Bald. in d. consil. cccli. libr. v. & istam declarationem tradit Deci. in. d. l. i. colum. iij. C. de bon. poss. contra tabu.

& ante eum Alex in.d.consi. cxxx.col.ij.libr.iiij. vbi ꝙ taxatiua non excludit ea que veniunt vigore verborum cui adiungitur puta quando fit mentio de dolo taxatiue, nõ excluditur lata culpa que venit appellatione doli per equiparationem allegat glo.in.l. semel mera ff. solu. matri. tertio subli-
61 mitatur † & declaratur conclusio volens ꝙ dictio taxatiua impediat extensionem vt non procedat in his que sunt de natura actus que nunꝗ̃ censentur exclusa clem.exiui de paradiso versi. cũ autem natura de verb. signi.quem tex.ad hoc reputat aureũ & sing.Io.de ana.in consil. xxxvi. utrum cophani Ias.in.d.l.i.in prin colũ.iij.ver.v. facit.ff.si quis ius di.nõ obtemp.l.actionem col.ij.versi.ego sequor. C.de procura.vbi ꝙ procurator habens mandatũ ad agendum tantum, poterit tamen defendere quia illud est de natura iudicij & tradit Idem Ia.in.d.l.i. col.iij.in.iij.no.& ibi Deci.etiam col..iij.C. de bon. pos.cõtra tabu. Addo roma.ĩ cõ.ccccIvi.post prin.
62 QVarto † sublimitatur vt non procedat quando alias resultaret absonus intellectus vel contrarietas quia tunc taxatiua extensionem nõ impedit Bald.& Ange.in.l.cum notissimi per illũ tex.cũ gl. in versi.solis.C.de prescript.trigin. vel quadra. an. Iaso.in.d.l.i.in prin.colum.iij.versi.secundo & fortius.ff.si quis ius di. non obtem.& in .d.l.i. colum. fi.C.de bono.possess.contra tabu. exemplum in dicto Bart. in.d.l.iij.§.cũ titio.ff.de adim.lega.esset.n. absurdum ꝙ statuentes qui intendebant obuiare

delictis & illa castigare, censeantur uoluisse pœnã minuere prestãdo eo modo occasionẽ delinquẽdi.

63 QVinto sublimitatur non procedere † in his que sunt de consuetudine que non censentur sublata & exclusa per dictionem taxatiuam.l.viros vbi Bar. C.de diuer.offi libr xij roma.in.l.iij.§. iurari.ff. de iureiuran.Iaso.in. d.l. si constante colum. xv. & in d.l.si mora colum ij ff.solut. matrimo. vbi loquitur in pulchro casu in quo dicit roma. se consuluisse & obtinuisse sed Ias. non allegat illud consi. roma.quod est in cõsi.cxiiij.in secundo dubio.

64 SExto sublimitatur † vt non procedat in materia fauorabili in qua dictio taxatiua non impedit extensionem ad similia ex identitate rationis Bar. in.d.l.si constante in fine prime.q.prin.ff. solu.matri.& ibi Ias.col.xiiij.versi.vltimo inquantũ Barto. & idem Bar.in l.serui nomine.ff.de vsucapio. & in l.illud.C.de sacrosan.eccles.Pau.de ca.i cõs.cccxiiij. super eo quod queritur col.fi.lib.i. Abb. in consi. lxiij.colum.pen. libr.ij. Ideo male videtur locutus Bal.in.d consi.cclxij recolo in fi lib.i. ꝙ verba taxatiua restringunt etiam actum fauorabilem.Amplius licet dispositio taxatiua non sit simpliciter fauorabilis sed indifferens quia possit se habere ad odiũ et fauorẽ,dũmodo nõ sit exorbitãs extẽditur ad casum hñtẽ eandẽ vel maiorẽ rationẽ roma. in consil. ccccIvi. colum ij.versi. tertio deducitur.

65 SEptimo † sublimitatur ut non procedat in his que sunt de accessorijs aut de appendicijs que non

censentur exclusa per taxatiuam, puta statutum dicit ꝙ mulier possit testari de dote, duntaxat, non excludit quin possit testari de iocalibus & paraphrenalibus q̃ sunt de appendicijs dotis Io. de ana. in. d. consi. xxxvi. vtrum cophani sequitur Curtius iunior in consil. cxxix in fi. inferens ꝙ statutum disponens super lucro dotis, habet locum etiam in talibus bonis, quod Curtij dictum minime placet & vult arguere ex dicto Ioan. de ana. quod tendit ad tollendũ odiũ & est mare fauorabile ad casum valde diuersum & odiosum saltem ex vna parte. Dictum etiam Ioan de ana. in. d. consil. xxxvi. sequitur Curt. senior in consi. lxxvi. col. x. circa med.

66 OCtauo † sublimitatur vt non procedat quando aliter apparet de mente disponẽtis, puta collector habet potestatem substituendi vnum subcollectorem tantum, poterit tamen plures substituere successiue vnum post alium ex verisimili mente disponentis rota decis. cclxv. si collector in nouis.

67 NOno † nõ procedit in his que essent magni preiudicij que non censentur exclusa per taxatiuam, puta si princeps rescribat procedat talis super meritis cause tantum & nullas possit vel debeat exceptiones admittere, poterit tamen & debebit iudex admittere exceptiones subreptionis, suspicionis cõtra iudicem & falsi procuratoris contra comparentem uti procuratorem ita Veronen. in consi. lxiiij. col. vij. versi. plus etiam dico, allegat Paul. de are tio. singulariter in. c. ex parte. secunda de offi. deleg.

Decimo

68 DEcimo † non procedit in his que essent maiora expressi, que non censentur exclusa per taxatiuam puta si conceditur iurisditio alicui specialiter censentur exclusi alij iudices pares illi cui iurisditio conceditur vt cognoscere non possint sed non censentur exlusi iudices maiores Deci. in consi. iij. colū. ij. post med. ver. & licet ista responsio allegat Bal. in consil. ccclxxxv. visis omnibus colum. ij. versic. sed predictis obstare videtur lib. iiij. eit in cōsi. ccliij. libr. v. sed istud dictum videtur dubitabile quia si princeps committit causam specialiter vni, talis delegatus in illa causa dicitur maior quocunque ordinario. c. sane. ij. de offic. delega. tradunt moder. in rubr. eod. titu. Rursus quando causa alicui specialiter committitur fauore personarū puta quod de causis pupillorum aut uiduarum cognoscat talis, talis iurisditio censet concessa priuatiue ad omnes alios iudices Bald. in. l. uni. §. cum autem. C. de cadu. tollen. Pau. de cast. in. l. si quis cum procura. §. Iulianus ff. de procura. decisio. Neapoli. decis. xli. si ex simplici concessione iurisditionis facta vni specialiter fauore personarum sine taxatiua aut prohibitione expressa, censentur alij iudices exclusi, quid dicemus ubi est dictio taxatiua in concessione quod talis tantum cognoscat.

69 VNdecimo † per dictionem taxtiuam non censetur exclusum quod censetur unum & idem per representationem puta si quis promittit de suo dato & facto tantum, nihilominus tenetur etiam de

facto heredis qui dicitur eadem persona cum defuncto in auten. de iurciuran a morien. presti. in prin. illa enim dictio taxatiua solum videtur adiecta ad excludendum personas extraneas Bald. in .l. fi. C. de actio. empti. per text quẽ reputat singularem in l. stipulatio ista habere in prin. ff. de ver. obli. sequitur Alex. in consil. xviij. colũ. fin. libr. v. sed melior text. in. l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pigno. actio. quem text. pro sing. & meliori ad hoc citat Iaso. in. l. ij. §. item si in facto colum. ij. ff. de verbo. ob. in. l si sic stipulatus la grand. colum iiij. in fi. ver. ij. quia quelibet conuentio co. titu. in. d. l. i. in princ. colum. iiij. in quarta limitatione. ff. si quis ius dicenti non obtem. & in. l. si tibi decem. §. si quis. ff. de pactis calca in consil. xviij colum v. ante med. Dec. in consil. cclxij. colum. iij. versi. sexto hoc idem confirmatur in consil. cclxxxi. colum. iij. versi. ad maiorem tamen cautelam. & in. l. heredem. ff. de regu. iuris Cor. in consil. lxix. colum. ij. ad fi. libr. iiij. Curti. senior in consil. lxxvi. colum. x. post med.

SED contrarium ꝙ immo promittens de suo facto tantum, non teneatur de facto heredis, tenet Bart. in. d. l si sic stipulatus la grand. colum. secunda. ff. de verbo. obliga & in l. qui in futurum. §. i. ff. de pactis per text. in. l. non solum. §. tale legatum. ff. de liber. lega. sequuntur Alexan & Iaso. sibi contrarij in. d. l. stipulatio ista habere licere in prin. vbi Alex. in secundo nota. & Iaso. in quarto nota. & ibidem Areti. eandem opi. sequitur Decius sibi contrarius

in consi.ccccciij.colum.secunda in fi.Cor. etiam in consil.ij.colum.secunda in fi.libr.iij. dicit expeditũ non esse q̃ promittens de suo facto tantum censeatur promisisse etiam de facto heredis.

SED aduerte quia puto quod text.in.d.l. non solum §.tale super quo se fundat Barto.nihil probet quia ibi non agebatur de herede disponentis sed tertij debitoris a quo tantum prohibuit testator debitum peti dicitur ibi quod nihilominus poterit peti ab herede ipsius debitoris, sed nos loquimur in casu diuerso habente rationem diuersam quando quis promittit de suo facto tantum, quod nihilominus tenetur de facto sui heredis quia heres reputatur eadem persona cum defuncto qui promisit sed in dicto .§. tale heres debitoris non reputatur eadem persona cum testatore quia non erat eius heres & questio nostra loquitur de eo qui est heres disponentis. Secundo contra Bartol. adduco quod ipsemet Barto. dicit in.l. si seruus la secunda .ff. de condi. furti. vbi quando quis promittit de suo facto tantum nihilominus tenetur de facto defuncti cuius est heres quia illud videtur factum proprium promittentis cum heres censeatur eadem persona cum defuncto idem tenet Bald. in capitulo primo in fin. in titu. qui successio. tempo. Curti. senior in dicto consilio septuagesimosexto columna decima post med. Alexan. in dicta .l. stipulatio ista habere licere columna secunda Decius in.d.consilio.cclxxxi.colum. penul.

nonne iſta ratio militat etiam in caſu cõtrario quan
do quis promittit de ſuo facto tantum, ut tenea-
tur de facto heredis, ego uellem ꝙ Barto. aſſigna-
ret aliquam rationem diuerſitatis, Immo maior ra-
tio videtur ꝙ promittens de ſuo facto tantum non
teneatur pro facto defuncti cuius eſt heres, q̃ꝫ ꝙ nõ
teneatur pro facto heredis quia ſi tenetur pro facto
defuncti cuius eſt heres, ipſe promittens in vita one
ratur & ſoluere aut preſtare tenetur, Sed quando
tenetur de facto heredis, onus ſolutionis aut preſta
tionis, reſpicit ipſum heredem & facilius grauant
diſponentes heredes q̃ꝫ ſeipſos, Quod ipſo rerum
experimento quottidie videmus in teſtamentis in
quibus quia teſtantes vident ſe migaturos in aliam
regionem, liberalius agunt heredes grauiando non
itidem acturi inter viuos ad onus ipſorum diſpo-
nentium. Idem uidetur dicendum in filijs ꝙ non cẽ
ſeantur excluſi per taxatiuam puta ſi teſtator det
licentiam diſponendi inter fratres tantum, non .n.
cenſetur prohibita diſpoſitio inter filios fratrũ cũ
pater & filius cenſeantur eadem perſona Curti. ſe-
nior in. d. cõſi. lxxvi. co. x. ver. & ſi quiſpiã dixerit.
70 D V odecimo † taxatiua nõ excludit ea que equi
pollenter idem important, puta ſtatutum dicit ꝙ
ad poſitiones ſolum reſpondeatur per verbum cre
dit uel non credit, certe poterit reſponderi per uer
bum negat Pau. de caſt. in conſil. clvij. ad primum
queſitum dicendum eſt ꝙ clerici colum. i. in fi. lib.
ij. ſed huius dicti puto aliam etiam rationem eſſe

quia intentio ſtatuentium fuit non cogere reſpondentes, ad preciſe a reſpondendū per affirmatiuam aut negatiuam, quia multi dubitant ſic reſpondere, Ideo a fortiori admitti debet reſpōſio negatiua ſimpliciter tanq̃ magis clara & certa.

71 DEcimo tertio † non excludit taxatiua id quod expreſſa excludi aut prohiberi non poterat puta ſi quis inſtituatur heres particularis in re certa tantum ita ꝗ nihil amplius petere poſſit, nam ſi nullus alius ſit heres uniuerſalis aut ſit quidem ſed repudiet, huic heredi particulari accreſcet tota hereditas non obſtante taxatiua ratio eſt quia teſtator nō potuiſſet expreſſe prohibere ius accreſcendi in iſto caſu per quam prohibitionem decederet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus Bal. poſt Dy. in .l. ſi quis ita heres inſtituatur ſi legitimus. ff. de heredi. inſti. in. l. dominus. §. i. ff. de vſufruct. in conſil. ccccIxviiȷ. quidam titius baſtardus in cōſ. ccccIxxx. teſtator inſtituit libr. i. & latius in conſil. ccclxxix. thema ſuper quo colum. ȷȷ. poſt med. libr. iiȷ. Alex. in. l. quotiens colū. fi. C. de here. inſti. & in. l. ſi quis priore colum. fi. ff. ad trebellia. ubi ꝗ iſta eſt magis communis opi. & alios doct. hanc opi. tenentes late refert Iaſo. in conſil. viiȷ. colum. ȷȷ. circa med. libr. iiȷ. Addo calca. in conſil. xxxiiȷ. colum. iiiȷ. & . v. curtium ſeniorem in conſil. lxxv: Andreas. eandem opi. tenet Iaſo. in conſil. lxxiȷ. in fin. libr. iiȷ. capra in conſil. ix. in tertio dubio.

COntrariam. opi. ꝗ immo ius accreſcēdi poſſit pro-

hiberi expresse & ꝙ ex dictione taxatiua censeatur prohibitum & quod eo casu testamentum sit nullum nullo existente herede vniuersali propter talem prohibitionem expressam vel tacitam, tenet Barto in d.l. si quis priore in fi. per illum text.ff. ad trebellia in.l. pater filium col.pen.ff. de inoffi. testam.in consil. clvi. titius fecit testamentum & in consil.clxxvij.matteolus & alij doct. plurimi quos Iaso.refert & sequitur in.d.consi.viij col.ix. & col. xiij.Curtius iunior in consil.xij.colū.ij.Gozadi.in consi.xxi.colū.vi.circa med.Eandem opi. sequitur rippa in.l.re coniuncti col.xxxij.ff.de lega iij. licet dicat communem opi.esse contra Bar.sed Ias.in.d. consi.viij col.ix.ꝙ immo opi.Bar.est magis communis idem etiam Iaso.in.l.si mora in.iiij.no.ff. solu.mat.ꝙ ius accrescendi prohiberi quidem potest in institutione sed ꝙ requiritur prohibitio expressa nec sufficit tacita que inducitur ex dictione taxatiua aut prohibitione de plus non petendo.

Ex quibus vides ꝗ varie doct. sententie ferantur in hoc articulo & ꝗ parum sibi ipsis doct. constent, Quid igitur tenendum, puto distinguēdos aliquos casus. Primus casus est in legatis & fideicōmissis in quibus cessat illa ratio ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus & in eis sine dubio prohiberi potest ius accrescendi & prohibitum censetur tacite ex dictione taxatiua aut prohibitione de plus non petendo Bald.in.l.si arrogator .ff. de adoptio.& in.l.i.colum.xvij.C.de sacrosan.eccles.

sequitur Iaso.in d l.si mora in quarto not.ff. solut. matri.& in consil.lxi.colum:fi.libr.iij.

SEcundus casus est in institutione in qua consideratur illud absurdum ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus & tunc aut heres particularis institutus in re certa taxatiue aut cum prohibitione de plus non petendo est talis persona herede vniuersali non adiunte vel repudiante verisimiliter insolidum fuisset instituta,& tunc per dictionem taxatiuam aut prohibitionem de plus nõ petendo,non censeatur prohibitum ius accrescendi:puta testator instituit primogenitũ vniuersaliter, secũdogenitũ autem particulariter vel masculos instituit vniuersales fœminas autẽ particulares ut domus testatoris honestius manuteneret verisimiliter tamen instituturus filias deficientibus masculis aut instituturus secũdogenitũ verisimiliter deficiẽte primogenito & licet adiecerit testator taxatiuam aut prohibuerit plus petere, tñ istud censetur fecisse in gratiam & fauorẽ heredis vniuersalis non in odiũ ipsius instituti particulariter, cessante igitur herede vniuersali vel eo repudiante cessare debet effectus taxatiue aut prohibitionis de amplius nõ petendo,
72 sicut † dicitur de renunciatione hereditatis aut pacti de non succedendo firmato iuramento non nocet non existente persona cuius contemplatione talis renunciatio facta est Bald.in l. pactum quod dotali in.iiij.q C.de colla & ibi Deci.colum. iiij. & idem Bal.in consil.cccxxxvij.quedã puella lib.i.

calca.in consil.xxxiiij.col.pen.in fi.Corn. in consi. ccxci.libr.iiij.& alibi sepe moder. Aut heres particularis est talis persona quam testator verisimiliter instituturus nō erat uniuersaliter etiam cessante herede scripto quia essent alie persone quas secundū consuetudinem loci aut domus ipsius testatoris verisimiliter testator pretulisset heredi particulari vel quia testator heredem particularem non diligeret sed necessario eum ita particulariter instituerit ne testamentum rumperetur, nec tunc necessaria uidetur expressa prohibitio iuris accrescendi quicquid aliter dixerit Iaso.in.d.l.si mora in .iiij.no.ff.solut. matri & tunc procedat alia opinio ꝙ censeat̃ prohibitum ius accrescendi & reducatur res ad causam intestati & sic iste secundus casus procedit vbi est prohibitio iuris accrescendi tacita uel perdictionē taxatiuam vel ꝑ prohibitionem de non petendo.

TErtius casus est quando testator nullum fecit heredem uniuersalem sed particularem tantum cum dictione taxatiua vel prohibitione de plus non petendo & isto casu dicendum uidetur prohibitum censeri ius accrescendi quia si accresceret, illud fieret contra expressam voluntatem testatoris qui satis uidit ꝙ neminem vniuersaliter instituerat & tamen noluit ꝙ heres particularis aliquid amplius consequeretur sed intentio testatoris fuit ꝙ ueniret hereditas ad heredes legitimos & pro tanto instituit illum particulariter quasi partem suam vellet ei diuidere ut quantum accipere eum uellet sic instituendo

declararet, vel isto tertio casu veniet hereditas ad heredem vniuersalem scriptum in primo testamento si quod prius fecit ut per Curtium iuniorem in d.consil.xij.colum.pen.in fi.

QVartus casus est quando testator expresse prohibuit ius accrescendi & isto casu quicquid dissentiāt doct.mihi videt̃ res clara ꝙ teneat prohibitio nam expresse ꝓhibendo cogitauit casum quo heres uniuersalis non succederet & tamen noluit tunc ꝙ heres particularis totam hereditatem ferret, consequenter apparet de eius voluntate ꝙ potius mori voluit in totũ intestatus nec isto casu procedit arg. de regula ius nostrum non patitur .ff. de reg. iuris quia dico ꝙ non decedat testator pro parte testatus & pro parte intestatus Immo in totum intestatus, si enim voluisset mori testatus alios dedisset coheredes vniuersales uel substitutos, similiter isto casu nõ procedit alia regula ꝙ nemo potest facere quin leges habeant locum in suo testamento qũia Immo habebunt locum sed leges non prohibent quin moriatur quis intestatus si uelit.& profecto durum nimis videretur admitti quẽ ad ius accrescendi contra verba & voluntatem expressam testatoris.

Ex premissis abunde declaratam habes hanc secundã limitationem ꝙ dispositio correctoria iuris communis disponens super vno ex equiparatis per legem antiquam non trahitur ad alterum quando talis dispositio correctoria taxatiue loquitur.

75 TErtio,† premissa conclusio ꝙ dispositio aut cõ-

ſuetudo correctoria iuris communis diſponens ſuper vno ex equiparatis extenditur ad alterum, limitatur vt non procedat quando noua diſpoſitio correctoria fieret per idem ius quod equiparauit puta ſi de iure digeſtorum duo ſint parificata & per idem ius digeſtorum fiat noua diſpoſitio inducens correctionem ſuper vno ex ipſis equiparatis, talis diſpoſitio correctoria non extenditur ad alterum ex equiparatis roma in d. conſi clxxix. ampliſſime doctor colum iiij. verſi ij. quia & poſito, & ratio videtur quia cum eodem iure inducitur correctio, ſi intendiſſet diſponens in altero corrigere, vtique illud ſciuiſſet exprimere ſi voluiſſet ar. l. vni. §. ſin. autem ad deficientis C. de cadu. toll. que ratio videtur ceſſare quando inducitur correctione per aliud & diuerſum ius. ſed iſta ratio non videtur bona qa etiam dici poteſt promulganti ius nouum q ſciuiſſet & in alio corrigere ſi voluſſet & ſi dicas nouus legiſlator ignorabat ius antiquum reſpondeo id dici non poſſe de legiſlatore cum & alij nemini iura liceat ignorare l. leges. C. de legib. multo magis turpe eſſet legiſlatori id ignorare. l. ſecunda. §. ſeruius autẽ ſulpitius. ff. de origi iuris Rurſus etiam data ignorantia dici poteſt q ſi ſciuiſſet equiparationem iuris antiqui, veriſimiliter in vtroq correxiſſet. ob id iſta limitatio roma. mihi non placet.

74 QVarto † limitatur & reſtringitur premiſſa concluſio vt ſolum procedat quando duo equiparantur per legem antiquam per modum regule & ge-

neraliter quoad omnia secus si duo casus simpliciter reperiantur equiparati a lege antiqua in aliquo casu quia tunc dispositio noua correctoria disponens super vno ex ipsis equiparatis non trahitur ad alterum Alexan.in.l.gallus.§.& quid si tantum colū.iiij.super glo.in verbo emancipatus.ff. de lib. & posthu.Socy.in consi.cclxxv.colū.v.post med. versic.confirmatur quia licet ciuitas libr.ij.Deci. in d.c.translato in secundo no.de consti. pro hac limitatione Alex.in.d.§.& quid si tantum allegat glo. in.d.auctem. quas actiones nam ecclesia & ciuitas erant equiparate per.d.l.fi.C.de sacrosan.eccles. & tamen quia non erant equiparate generaliter per modum regule sed simpliciter in materia prescriptionis & in illis quattuor casibus, ius nouū illius aucten.corrigens in ecclesia non extenditur ad ciuitatem secundum glo.ibi communiter approbatā sed certe ista limitatio & declaratio procedit quoad ea in quibus non fit equiparatio sed in materia in qua reperitur facta equiparatio, licita videtur extensio vt supra diximus & quia valet argumentum de parte ad totum quando est eadem ratio .l. que de tota .ff.de rei.vendica.

Ex premissis abunde, clare & vtiliter explicatam habes hanc materiam an consuetudo aut alia materia stricti iuris disponens super vno ex equiparatis a lege antiqua, extēdatur ad alterum & consequēter declaratā habes decimā quartā limitationē traditā ad regulā et cōclusionē ꝙ cōsuetudo nō extēdit.

75 DEcimoquinto † nō pcedit pmissa cōclusio in cōsuetudine que esset introducta ad obuiandum fraudibus quia etiam in materia odiosa fit extensio a paritate rationis vt fraudes remoueantur.c.quanto de priuileg.c. si ciuitas de senten.ex com.libr.vi.gl.fi.in.c.quamq̃ de vsur.libr.vi.& in materia odiosa interpretatio lata fieri debet ad effectum ut fraus excludatur l.i.§.pecuniā.ff.de calumnia.l.sed & Iulianus in prin.&.§.mutui datio .ff.ad macedo.Deci.in consil.v.in fi.in consil.cxcvi.colum.i.in consi.cclxxvij.colum.ij.in consil.ccci.colum.ij.& in cōsi.cccxcviij in fi.Ias.in.l.i in prin.colum.iij.post med.versi.breuiter ista decisio.ff.de verbo.obliga.& in l.non dubium colū.x.C.de legibus.Addo Alex.in consi.lxv.col.fi.libr.vi.vbi q in statuto facto ad obuiandū fraudibus masculinū cōcipit fœmininū.

76 DEcimo sexto † non procedit quando alias si consuetudo non extenderetur resultaret absurdum quia tunc largissima fit interpretatio vt absurdum tollatur etiam in materia stricti iuris Abb.in.c.cum dilectus colum.ij.versi.& ex hoc text.noto vnum de consuetu.Alexan.in consil.lxxx.colū.pen.vers.pro hoc etiam facit lib.i.& in consi.ccxvij.col.pen.in fi.versi.item respondeo q etiam vbi libr.ij.late Corn in consil.clxxxviij.libr.ij.per totum vbi q statutum excludens matrem propter fratres patrueles vel consobrinos defuncti a fortiori censetur excludere propter patruum ne alias sequatur absurdum, & q fiat largissima intepretatio in materia

ſtricta quando alias abſurdũ ſequeretur, tradit Deci. in. c. cum inter in ſeptimo nota. de exceptio. & fit extenſio iſto caſu licet cõſuetudo ſit contra ius Iaſ. in. d auctẽ. quas actiones colum. vij. in fi. verſi. v. & vltimo fallit. C. de ſacroſant. eccleſ. rippa in. d. l. ſi conſtante colum. xvij. in. v. limitatione. ff. ſolut. ma. per glo. in clem. fi. in gloſ. i. & ij. iuncta glo. fi. de reſcript. vbi ꝙ diſpoſitio illius clem. correctoria extenditur ad litteras legati ne ſequatur abſurdum ꝙ littere legati ſint maioris roboris ꝙ̃ littere pape.

77 DEcimo ſeptimo † nõ procedit quando vnum ſubrogatur loco alterius quia conſuetudo & alia diſpoſitio loquens aut diſponens de vno extenditur ad aliud quod in locum eius ſubrogatur. l. libertũ ff. de ritu. nup. vbi ſicut tutor prohibetur pipillam in vxorem ducere ita & tutoris heres etiam extraneus qui ſubrogatur in locum prohibiti. Ad idem tex. in. l. is qui in poteſtate. §. fi. ff. de bono. poſſ. cõtra tabu. vbi conditio dandi heredi que eſt ſtricti iuris & impleri debet in forma ſpecifica, verificatur in bonorum poſſeſſore contra tabu. uti ei dari ſuffi ciat quia ſubrogatur loco heredis que iura ad hoc propoſitum extenſionis faciende citat Iaſo. in. l. i. in prin colum. i. ff. de vulga. & in. l. i. §. bonorum col. i. circa med. ff ad trebellia. in. ij. lectura. Socy. in. d. l. i. in prin. colum. ij. in fi. ff. de vulga. & ſi fit extenſio ad perſonam ſubrogatam, a fortiori ad rem aut ad caſum ſubrogatum cum difficilius fiat extenſio ad perſonam ut ſupra diximus. quod tamen non

procederet in materia odiosa aut pœnali.l.papinianus.§.i.cum glo.ff.de inoffi.testa.ubi licet pater occupans bona filij iure peculij subrogatur loco heredis.l.filius ff ad legem falci.non tamen subrogatur quoad effectum querele propter odium ipsius. Ad idem.l.si ante cum l.seq.ff.ad sillania .vbi pœna que imponitur heredi non vindicanti mortem defuncti non habet locum in fideicommissario uniuersali qui subrogatur loco heredis.l.si filius.§.i.ff. quod cum eo.Ita Socyn.in.d.l.i.in princi. colum. tertia.ff. de vulga.

78 DE cimo octauo † limitaẽ nõ procedere qñ alias nisi fieret extẽsio,cõsuetudo effectũ habere nõ posset,tunc enim fit extensio etiam de persona ad personam in materia quantominus stricti iuris l.si stipulatus fuero per te non fieri.ff.de verb. obli. vbi stipulatio in fauorem mariti ꝙ per promissorem non fiet quominus marito domo vti liceat extendi tur ad vxorem vt etiam vxor prohiberi non possit quia alias maritus sine vxore uti non posset & idem econtra quando stipulatio fit in fauorẽ vxoris ut extendatur ad maritum & ibi Ias.allegat multa bona similia ,tradit idem Iaso.in l.que de legato colum iij.ver.x.in contrarium facit.ff.de lega.i.immo isto casu fit extensio etiam in correctorijs Pau. de castr.in consil.clxxv.casus presens colum.v. in fi.versi.pro hoc etiam facit libr.i.

79 DE cimo nono † non procedit premissa conclusio quando alius casus non est diuersus in substan-

tia sed in aliquibus accidentibus tantum, quia ad talem casum non differentem in substantia fit extensio etiam in materia correctoria puta stat statutum ꝙ mater non possit disponere de bonis suis nisi de una quarta, reliquas vero tres partes teneatur relinquere suis liberis seu ad eos pertineant, rursus extat aliud statutũ ꝙ soror dotata a fratribus non succedat matri abintestato, modo mater fecit testamentum, soror vult succedere simul cũ fratribus in alijs tribus partibus de quibus mater non potuit disponere, dicũt fratres tu non potes quia statutũ excludit te dotatam & nos te dotauimus, respondet soror statutum excludit me ab intestato, sed mater fecit testamentum, queritur an statutũ loquens ab intestato extendatur ad istas partes de quibus mater non potuit disponere Pau. de cast. in cõsi. ccccxli. ꝑ declaratione lib. i. decidit ꝙ sic quia in partibus reseruatis per statutum de q̃bus mater disponere nõ potuit, filij succedunt tanꝙ successores vniuersales ex forma statuti licet non tanꝙ heredes matris & talis successio vniuersalis nõ differt a successione hereditaria in substantia cũ vtroq; casu transeant iura actiue & passiue in succedentes, tñ est differentia in accidenti quia successio ab intestato est uoluntaria q̃a potuisset decedens intestatus cõdendo testamẽtũ excludere heredes legitimos, sed ista successio vniuersalis ex forma statuti est necessaria quia non potuisset mater auferre istas tres partes liberis suis ob id statutũ loquẽs de successiõe ab intestato extẽ-

ditur ad hanc successionem vniuersalem ex forma statuti que in substantia nihil differt a successione ab intestato. & non istam limitationem quia uix reperies in locis cōibus tu q modernorũ reptoria tm̃ q̃ris hauriẽdo aquas ab riuulis fōtibus posthabitis.

80 AD uertendum tamen † circa illam decisionem Pau, de cast. in d consil. ccccxli. quatenus vult ꝙ in casu statuti quo mater tenetur relinquere certas partes bonorum suorum filijs seu de illis disponere nō possit sed filijs remaneant, ꝙ filijs non consequuntur tales partes tanꝙ heredes matris sed tanꝙ uniuersalis successores ex forma statuti, quia contrariũ uoluit Ange. in consil. lxxxi. domina maria & in duobus cōsilijs seq. in quibus tribus cōsilijs late arguit ꝙ īmo filijs cōsequunẽ talia bona tāꝙ hr̃edes.

SED aduerte quatenus Ange. se fundat ꝙ nisi caperent bona titulo hereditario, preiudicium fieret creditoribus, ad istud argu. respondet Pau. de cast. in d. consil. ccccxli. ꝙ licet capiant Tanꝙ vniuersales successores citra titulum hereditarium, idem tamen est effectus respectu creditorum quia etiam in successorem vniuersalē transeunt iura actiue et passiue.

SEcundo dum Ange. dicit ꝙ interest matris heredes relinquere, dico ꝙ stante tali statuto nihil interest quoad bona de quibus mater disponere non potest quia illud interesse versatur vt heres impleat voluntatem testatoris sed hic mater nihil potest disponere in preiudicium filiorum contra formam statuti ob id non tenentur filij implere voluntatem

sſintatem matris. & quatenus eſt ad es alienum, illud tenentur diſſoluere cum bona intelligantur deducto here alieno.

T Ertio dum dicit Ange. ꝙ ſi filij iſtud caperent alio iure ꝗ hereditario, non imputarent in legitimam & ſic mater nimium grauaretur, reſpondet Paul. in d. conſil. ccccxli. ꝙ immo computatur cum ſubrogetur loco portionis filijs debite.

81 QVarto † dum Ange. dicit ꝙ filij illud lucrum dẽ latum ex priuilegio ſtatuti non tranſmitti ad heredes filiorum in contrarium videtur communis doct. opi. ut per Alex. in. l. cum antiquiorib. C. de iure delib. Socy. in conſil. ccxcvi. libr. ij. & in cõſil. lxvij. colum. ij. libr. iiij. Deci. in. l. ſi maritus. C. de collatio. & in conſil. cccxxxi. colum. iiij. & dixi in cõſi. clxxxv. & aduertendũ quia illa tria conſil. Ange. principaliter facta ſunt ob cauſam tranſmiſſionis.

QVinto dum Ange. dicit ꝙ alias reſultaret abſurdũ ꝙ mater decederet pro parte teſtata & pro parte inteſtata, Ad iſtud arg. reſpondet Pau. in. d. conſil. ccccxli. ꝙ immo in totum decedit teſtata reſpectu bonorum de quibus poteſt diſponere, alia autem bona non habẽtur in conſideratione cum de eis diſponere non poſſit. Preterea neſcio quem heredem velit Angel. ꝙ mater habeat niſi inutilem ex quo matris diſpoſitionem non tenetur ſeruare nec a matre grauari poſſit, ob id abſurdum videtur dicere ꝙ ſtatutũ voluerit filios ſuccedere in talibus bonis

82 tanꝗ heredes inutiles cum † nullũ & inutile equi-

parentur.l.i.§.pen ff.quod cuiusq; vniuer. nomi l. quotiens.ff.qui satisda.cog l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno.actio.l.Paulus ff.de verbo.signi.c. ij.de transla.prela.c.extirpande de preben.Oldr. in consi.cclxxiiij. in causa que vertitur super diocesano in fi.Bald in consil.clxij.col.iij.libr ij. Iaso. in.l. mandatam.ff.de offi.eius vbi multa similia congerit.ff.de offi. eius & idem Iaso. in.l. more col.xij. ff.de iurisdi.om.iudi.& in.l.i.§.sed & si mihi in .iij. nota.ff.de verbo.obli.pulchre.bologni.in addi.ad consilia Io.de ana.in consi.lxxxiij.circa fi.

83 VIgesimo † limitatur non procedere qñ sunt duo quorum vnum commensuratur ad alterum quia consuetudo aut alia dispositio etiam correctoria disponens super vno extenditur ad alterum puta gradus affinitatis mensurantur instar graduum cõsanguinitatis, si corrigatr gradus in cõsanguinitate, censetur correctus & in affinitate glos.in.c.non debet de consangui.& affi. Anto.de Butri.in.d.c.fi.in quinta fallen.de consuetu.& ibi rochus de curte in iij.limitatione cart.xxxiiij. Deci.in.c.sedes colũ iij. versi.iij.secundum Abb.limitatur de rescriptis.

84 VIgesimo primo † non videtur ꝓcedere in pœnalibus in quibus fit extensio de casu ad casum .c. i.§.porro que fuer.prima cau.benefi am. vbi in materia priuationis feudi proceditur de similibus ad similia & Bald.ibi colũ.iij dicit illum text.meliorem de iure ꝙ in pœnalibus proceditur de similibus ad similia sequitur Saly.in.l.ij. colum. x.C. de noxal.

Alexan.in aucten.non licet.C.de lib.preter.Cy.& Saly.in.l.fi.per glo.ibi in ver.voluerit.C. de reuo. dona.vbi ꝙ hoc procedit licet lex pœnalis vtatur dictione taxatiua & ꝙ in pœnalibus fiat extenſio ex identitate rationis tenet Iaſ. in.§.ſequens col.vij. in prin.in.§.tripli colum.iij ante med. in.§. ex maleficijs colum.viij.inſtitu.de actio.in.l.i.colum.pen. in fi.C.de tranſactio.in.l.a titio in.iij.no.ff. de ver. oblig.vbi allegat Bald.in.l.data opera colum. vi. C.qui accu.non poſ.Deci.in.c.translato.in prin.de conſti.poſt Abb.ibi vbi Deci.allegat roma.in cōſ. ccccxxix.in.ij dubio vbi roma.multa exempla adducit,idem tenet Deci.in.c.ij.requiris colū.fi.de appella.in.c.i.colum.xiij.poſt med.verſic.nō obſtant
85 allegata in contrarium de probatio.Idem † uoluit & in pulchro caſu fulgo.in conſi.xxiij.pro euidentia vbi ꝙ diſpoſitio.l.fi.C.de iure emphi. ꝑ quam punitur emphitheota alienans ſine conſenſu domini vt cadat a iure ſuo,habet locum etiam in conductore ad longum tempus quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Iaſo.in.l.i.col.vij.ver. vltimo circa differentias.C. de iure emphi. dicens hoc eſſe valde notandum cum ſit materia pœnalis. Ad idē facit quod ſcribit Iaſo. in.l. ſecunda colum. ſecunda in quarta nota.C.eod.titu. de iure emphi. vbi arguit contra Veronenſem dum vult emphitheotam cadentem a iure ſuo propter canonem non ſolutum , non cadere a iure luendi aut francandi , nam dicit Iaſo. quod immo debet cadere etiam

a iure luendi quia pactum de luendo videtur esse pars inuestiture & sic vult Iaso. ꝙ etiam in illa materia pœnali fieri debeat extensio , sed contrarium in hoc tenet Barba. in consil. li. colum. xviij. lib. i. sequitur Deci. in. l. in bonefidei colum. iiij. in vltimo nota. C. de pactis & quod scribit idem Deci. in. l. petens in fin. eod. titu.

CONtrarium ꝙ immo in pœnalibus non sit licita extensio ex identitate rationis, tenet Ias. sibi contrarius in. l. cum quidam in. vij. nota. ff. de libr. & posthu. vbi late hoc probat dicens hanc esse communem opi. Eandem opi. dicit communem idem Iaso.
86 in. l. fi. ff. de in ius vocan. & pro hac ✝ opi. videtur text. in. §. cū igitur in aucten. de non eligē. secun. nub. ubi ꝙ pœna priuationis locum non habet nisi lex expresse dicat no. glo. in. c. fi. vbi Abb. de iure patro. Ad idem bonus text. in. l. at si quis. §. diuus autē marcus. ff. de religiosis ubi licet heres delinquat prohibendo testatorem funerari ab eo quem testator elegerat seu per quem funerari volebat, tamen non punitur, ratio dicit text. quia pœna in heredem statuta non est & glos. ibi dicit nota ꝙ illicitum non punitur & illam text. dicit nota. Bald. in. l. iij. in prin. C. de epi. & cleri. ꝙ pœna nō habet locum nisi in casibus a iure expressis licet lex aliqd fieri prohibeat & de ista regula ꝙ pœna non imponatur nisi lex expresse dicat sepius festum faciūt moder. Curti. senior in consil. xiij. colū. fi. ante med. & in consil. xlv. colum. vij. circa med. Deci. in. c. ex

parte.i.colum.i.in fi.in.c.ex tenore colum. pen. super glo.fi.de rescript.in.c.i.colum.iiij.in prin.super glo.i.de offi.delega.in rubri.de iudi. colum.i. post prin.in consil.xix.colum.ij.in fi.in consil. xc.colũ. i.circa fi.in consi.cxxxviij.colum.ij.in consi.clxiiij. & in consil.clxvi.colum.i.Iaso.in.l.quod te col.xij. versi.breuiter ego teneo.ff.si cer.peta. vbi loquitur in pulchro casu & idem Iaso.in.l.diuortio.§. si fundum colũ.ij.post med.versic. circa predicta omnia ff.solu.matri.in.d.l.cum quidam col.iiij. circa med. ff.de lib.& posthu.in.l.ij.in prin.colũ.xij.ver. circa secundam conclusionem.ff.de vulga.in.l.illam col. iij.C.de collatio.& in cõs.lxxxvi.colũ.iij.li.iij.Curtius iunior in consi.cxix.colum. pen.in quibus locis moder.infinitas prope questiones decidunt ꝙ in pœnalibus extensio fieri non debeat nisi lex expresse dicat.Eandem opi.ꝙ cõsuetudo pœnalis nõ extendatur tenet rochus de curte in repe.d.c.fi. car. xxxv.in.vij. limitatione secũdum breuem impressionem.& ista opi.videtur de iure verior & confir-
87 matur † ex eo quod scribit Anto.de Butri. in.c. graue in quarto nota.in fi.de preben.vbi ꝙ statutum pœnali loquens de persona vera non extenditur ad representatam ideo statutum pœnale loquens in prelato non extenditur ad capitulum nisi expresse per ius extendatur refert & sequitur confirmando Deci.in consi.ccccl xxxvi. colum.i. in fi. in.l.si familia in quinto nota:ff.de iurisdi.om.iudic. fortius voluit Deci. in consil. xliiij. in fi. ꝙ appel-

latione persone in materia stricta non ueniat vniuersitas aut capitulum licet statutum loquatur uniuersaliter faciendo mentionem de quacunq; persona. quod tamen dictum non affirmo & contrarium tenet Alexan. in consi ccxvi. colum. pen. post med. lib. ij. Ad idem adduco Socy. in cõsi. cclxxv. colum. v. versi. confirmatur ista opinio libr. ij. vbi ꝙ dispositio. l. quicquid. C. ad legem Iul. maie. que est pœnalis non habet locum in vniuersitate non recognoscente superiorem & sic illa lex puniens offendentem personam cesaris, non habet locum in offendente vniuersitatem habentem iura cesaris. De quo tamen latissime vide per calca. in consil. i.
88 Ad idem † facit dictum Ioan. and. in. c. dispendia de rescrip. lib. vi. quod ibi multum notat gemi. col. iij. vbi ꝙ constitutio que alias extenditur ex identitate rationis, nunq; tamen extẽditur respectu pœne. Idem voluit Io. and. in. c. si forte de electio. libr. vi. & ibi gemi. colũ. iiij. sequitur Deci. in consi. xc. col. fi. & hoc dictum pro eleganti & solenni refert & sequitur Ias. in. l. non dubium col. iij. ver. ij. singulariter limita. C. de legibus & ibidẽ aliud no. Ias. ꝙ licet lex. noua declaratoria trahat̃ ad ꝑterita, istud tamẽ non procedat qñ talis lex noua declaratoria adijceret pœnam quia respectu pœne non trahitur ad preterita & idem tradit Ias. in d. l. fi. colũ. fi. ff. de in ius vocan. Ad idem facit ꝙ etiam in dispositione testatoris illa non trahitur de casu ad casum qñ agitur de pœna, l. pater seuerinam in prin. vbi Bar.

ff. de condi. & demon. Bal. in. l. cum proponas. C. de heredi. insti. Deci. in consi. cclxxxvij. col. v. post med. versic. & ad idem facit quia tale fideicommissum in consil. ccxc. colum. ij. post med. & in consil. ccxcviij. colum. ij. in fi. Crotus tamen in. d. l. omnes populi. colum. xxxix. versi. xvi. conclusio voluit φ in casibus in quibus fit repetitio, illa fiat etiam respectu poene addo Cardin. in clem. statutum in tertia oppo. de electio. Guido pape. questione cccccxxvij. ¶ Ad idem possunt allegari multe glos. relate per Angel. in. §. ius autem ciuile colum. decimasecunda institutio. de iure natu. gen. & ciui. Est verum quod Angel. ibi dicit non posse dari certam doctrinam an in poenalibus fiat extensio nisi quod stetur prout decisum reperitur & relinquit cogitandum. idem quod Angel. dicit Deci. in dicta. l. si quis id quod columna penul. ff. de iurisdictio. omnium iudicum sed idem Deci. in. l. factum suum. §. in poenalibus. ff. de regu. iuris facit regulam negatiuam quod in poenalibus non sit licita extensio cum septem fallentijs, & istud magis placet quod fiat regula negatiua & in casibus in quibus reperitur contrarium decisum quod fiat extensio, reperietur illud procedere ex aliqua ratione de qua in limitationibus que dantur ad ipsam regulam negatiuam. & hanc regulam negatiuam tenet roma. in. l. quante. ff. de publica. quem citat Decius in. c. i. col. xiij. ver. circa tertium dubium de proba. & pro ea uideatur text. in

cap.statutum de electio.libr.vi.ubi dispositio.c.licet canon.eod.titu.& lib. loquens de ecclesiis parrochialibus pœnam imponendo non habet locum in ecclesiis parrochialibus collegiatis quem text.ad hoc citat Calderi.in consi.i.in titu.de hereti.

SED faciendo regulam negatiuam, tota difficultas consistit in respondendo ad text.in .d.c.i.§. porro que fuit prima cau.Benefi.amit. Ad quem text.respondet Deci.in.d.l.si quis id quod colum. pen.& in.d.§. in pœnalibus ꝙ potius facit pro regula negatiua quia ibi fit extensio ex eo quia lex vlterius procedit prouidendo & extendendo ita ꝙ absq; vlteriori prouisione aliud dicendum fuisset. ¶ Sed ista responsio non satisfacit quia dici posset quare lex ibi magis extendit dispositionem pœnalem ꝙ in alia materia pœnali. Rursus attenta ista ratione sequi videretur destructio totius materie extensionis quomodo enim doct.an si fuerunt regulas extensiuas tradere nisi ꝙ per leges id fieri posse cognitum habuerunt & tamen semper dici posset extẽsionẽ non fieri posse per hominem argumento alicuius legis quasi lex ipsa extenderit sine qua ex-
89 tensione legis aliud dicendum erat. ¶ Secunda † responsio decij in.d.l.si quis id quod colum. pen. ꝙ in .d.§. porro ꝙ ibi non agitur de mera pœna q̃a res reuertitur ad dominũ & sic ad naturam suam, similiter videtur non satisfacere quia immo priuare vasallum feudo & utili suo dominio dicitur pœna Ideo sine culpa sua vasallus feudo priuari non

poteſt.c.i.in prin. de natu. feu.c.i. de feu.ſine culpa non amit.& latiſſime dictū eſt ſupra in prima parte num.v. immo priuare quem officio dicitur mera pœna .l.teſtamento centurio.ff.de manu.teſtam. vbi text.appellat pœna remotionem ab officio aut honore adminiſtrandi, Ad idem text.in.l.eum qui C.de procura.& ꝙ aliquem iure ſuo priuari dicatur pœna eſt text.in.l.in criminali.C.de iuriſdi.om. iudi.vbi actor trahens reum corā vetito iudice mulctatur quia actionem perdit & ſic priuatio actionis mulcta dicitur & pœna , & generaliter verum eſt ꝙ omnis priuatio dicitur pœna.l.i.C.de his que pœne nomi.vbi plus dicitur pœna , priuare heredem aut legatariū lucro hereditatis vel legati, tradit Iaſo.in.l.ſi inſulam colum.xi.ff.de verb.obli .& in.d.l.venia colū.iiij.C.de in ius vocan.Addo.glo. in clem.i.in verbo & in pœnam de iure patro. vbi glo.per illum text.no.ꝙ amiſſio ſolius electionis dicitur pœna per quam gl.dicit calca.in conſil.i.col. xvi.ꝙ ſtatutū pœnale dr̃ per quod priuat̃ quis po
90 teſtate exercendi aliquod officium . immo † pœnale dicitur ſtatutum ex eo ſolum ꝙ patrimonium alicuius minuit Ioan.and.in.c.i.de electio.lib.vi.ſequitur Abb.in conſil.i.colū.ij.libr.i.in conſil. lxvij. colū.iij.verſi.cum enim priuatio & in conſi. lxxix. circa prin.libr.ij. Alibi ſcribit Oldr. in conſil. xvi. thema tale eſt titius in.i.q.ꝙ pœna dicitur quando propriū aliquid abeſt vel abfuturum eſt arg.l.damnum & .l.proculus.ff.de dam.infect.pondera di-

ctionem aliquid quę verificatur in qualibet re licet minima l. si seruum. . pretor ait vbi Barto. ff. de acq. heredi. l. mulier. §. fi. vbi gl. ff de condi. insti. gl. in clem. i. in versi aut earum parte de foro compe. Socy. in consil. cclxxij. colum. v versi. vij. ista conclusio libr. ij. & alibi sepe doct. si quando aliquid de proprio abest aut absuturum est si sola diminutio patrimonij dicitur poena, quid dicendum quando vasallus in totum feudo priuatur, si remoueri a iure administrandi negocia aliena, si ius tantum eligendi perdere etiam pro vna vice, poena dicitur, quid dicemus in amissione bonorum feudalium. ideo non sine causa truffatur Iaso. de ista responsione in. d. l. si constante in prin. colum. xv. versi secundo in cōtrarium & in. d. l. cum quidam colum. iiij. in fi. versi. cōtra principalem regulam. ff. de lib. & posthu. nec aliter tamen Iaso. respondet. Premissa tamen q priuatio iuris sui dicitur poena, intelligo quando priuatur quis ex delicto Bald. in. l. fi. C. de oper. liber. refert & sequitur Iaso. in. d. l. venia colum. pen. circa med. C. de in ius vacan.

92 CONsideraui † responsionem facilem esse ad tex. in. d. §. porro nam text. ibi in princ. ponit aliquas causas speciales priuationis, postea ponit vnā causam generalem ex qua vasallus feudo priuatur videlicet quando iusticiam domino facere denegauerit, non intelligo iustitiam prout glos. ibi intelligit, sed intelligo generaliter quando vasallus quid agit contra iustitiam fidelitatis & vasalli quia in iuste se

habet contra dominum non implendo ea que expresse aut virtualiter constituentur in sacramento fidelitatis Postea text. incipit declarare illam generalitatem per exempla que multa ponit quibus positis ne per talia exempla regulam visus esset restringere, subiecit idem esse in alijs similibus causis & sic quod vasallus priuetur feudo ex alijs causis similibus, illud non est per viam extensionis sed secundum proprietatem cause generalis ab initio propositó quando iustitiam domino non facit id est quando id quod iustum est ex forma fi-
92 delitatis domino non prestat quo † casu etiam in materia pœnali & odiosa dispositio generalis generaliter debet intelligi quatenus verborum proprietas patitur .l. cum de lege vbi Aretin. ff. de testam. cap. si quam de senten. excom. glos. in. c. contra christianos de hereti. libr. vi. Calderi. in consil. i. in titu. de consang. & affi. & in consil. xxiiij. in titu. de preben. & in materia pœnali ita tradit Deci. in. d. l. factum suum. §. in pœnalibus in prima limitatione. Apparet enim de mente legis in .d. §. porro quod noluit se restringere ad aliquas causas priuationis, sed generaliter voluit vasallos priuari quotiens, aliquid committerent iniuste contra dominum quod a fide vasalli abhorreret & hanc responsionem puto ex ore mentis textus in dicto §. porro acceptam. Ad quem text. etiam planior datur responsio & intellectus infra hac eadem parte numero. cviij.

Ex hac responsione habes comprobatam conclusionem negatiuam ꝙ in pœnalibus non fit extensio de similibus ad similia per identitatem rationis & si aliqua dicta aut exempla in contrarium adducuntur, illa reperientur comprehendi sub aliqua ex fallentijs que traduntur per moder. ad premissam conclusionem negatiuam videlicet per deciũ in.d.. in pœnalibus & per Iaso. in .d.l. cum quidam.ff. de libr. & posthu.

93 MEmorata conclusio † negatiua ꝙ in penalibus non fiat extensio per identitatem rationis, maxime & sine dubio procedit quando constitutio pœnalis contineret odium irrationabile prout in.l.quisquis .C .ad legem Iul. maie. ꝙ filij puniantur propter delictum parentis, Ideo illa .l. loquens in filijs non extenditur ad filias vt ibi habetur Barto. in.l. i.ff.de verbo.signi. Ange.in.l.quicunq̃.C.de seruis fugi. Iaso.in.d.l.si quis id quod colum.iiij.in vi. limitatione.ff.de iurisdi.om.iudi. similiter in casu .d. l.quisquis quia continet odium irrationabile, appellatione filiorum non veniunt nepotes Bartol. in l.parti.ff.de adulter.similiter non habet locum ecõtra si filius cõmittat crimen lese maiestatis quia propter eum nõ punietur pater Saly.in.d.l.quisquis, refert & sequitur Deci.in consi.lxiiij.colum.i.&.ij. similiter statutum ꝙ pater teneatur assignare legitimam pro filio delinquentem non habet locum in nepote licet nepos large veniat appellatione filij q̃a tale statutum continet odium irrationabile Ray.

de forli.in.l.lege Iulia .§.i.ff. de ritu nuptia. Crotus in.l.omnes populi.colum.xxxv.ff.de iusti.& iure.

SED dicit aliquis ex doctri.Barto.in.d.l.i.ff.de verbo.signi.ista materia extensionis in pœnalibus videtur reduci ad bimembrem distinctionem tantū, quia aut odium est irrationabile & non fit exten-
94 sio, aut est rationabile & fiet extensio & hoc † ꝙ fiat extensio quando odium est rationabile voluerunt Bald.& Ange.in.l.libertinum per illum text. C.de interdict.matri.vbi sicut tutor prohibet̃ matrimonio iungere filio suo naturali & legitimo pupillam, ita & filio naturali quia illa prohibitio est rationabilis & consequenter dicit̃ rationabilis pœna inde descendens & tradit Bald.in.l.alijs locis adductis per Deci.in.c.in presentia colum.xvij. versi. tertia conclusio de probatio. idem ꝙ fiat extensio in pœnalibus quando odium est rationabile voluit Iaso.in.l.si prius colum.xix.versi.ego confirmo cōclusionem Barto.ff. de operis no. nuncia. ob id illud tantum videtur considerandum in dispositione pœnali an odium sit rationabile vel non. & secundum hoc videtur dicendum ꝙ vbicunqꝫ agitur de pœna propter delictum, quia talis pœna videtur rationabilis, facienda videtur extensio.

SOlutio Bart.non dicit simpliciter ꝙ in pœnalibus fiat extensio quando odium est rationabile, tantū dicit ꝙ tunc masculinum concipit fœmininum facilius autem masculinum concipit fœmininum ꝙ̃ vnus casus ad alium extendatur quia in multis ca-

sibus masculinum concipit femininum ex propria significatione ut habetur in.d.l.i.ff. de verb. signi. quo casu non dicitur tractari de extensione & in casibus in quibus nõ concipit fœmininum de propria significatione saltem large immo masculinum facilius cõcipit fœmininum q̃ verba capiantur large aut improprie Corn. in consil. xcvi. colum.iij. post med.versi vltimo pondero libr.iij.ob id non valet argumentum vbi odium est rationabile masculinum concipit fœmininum, ergo etiam fit extensio ad aliam personam aut ad alium casum. videmus etiam q̃ in dispositione legis etiam odiosa & pœnali masculinum concipit fœmininum modo odium non sit irrationabile Cy. post odofre. in.d.l.quicunq; .C. de seruis fugi. Alberi. in .d.l. si quis id quod.ff.de iurisdi.om.iudi.Deci. in.l.ij. nu. cix.ff.de regu.iuris Corn.in consil. ccxxxiij. colũ. i.libr.iiij.Iaso.in .d.l. si quis id quod colum .iiij. in quinta limitatione & tamen in lege pœnali non sic fit extensio ad alias personas aut ad alios casus.

95 SEcundo † maxime procedit dicta cõclusio quando aliquid de facto fit quia ad illud non extenditur constitutio pœnalis Calderi. in consil.i. in titu. de hereti.vbi quod clem.nolentes de hereti. excõmunicans inquisitores confiscantes bona ecclesiarum etiam fisco ecclesie,non habet locum in inquisitore qui nulliter & de facto distribuit aliquos libros quorũdã fratrũ minorũ quos dãnauit de hr̃esi.

96 VIdeamus † mõ de aliquibus limitationibus que

ff.locati.& sic postq̃ constat q̄ statutum voluit in hoc preiudicare liberis primi matrimonij, non est eundum per coniecturas & dicendum q̄ preiudicare noluerit quia in certis cessant coniecture .l. con-
123 tinuus.§.cum ita ff.de ver.ob. ¶ Secũdo dico † q̄ statutum deferens lucrum dotis marito, extantibus liberis primi matrimonij moderatur & restringitur secundum formam.l.hac edictali.C.de secun. nup. vt solum lucretur quantum vnus ex liberis primi matrimonij cui minus relictum sit ita Bartol. in.d. l.hac edictali in prin.Bal.in consi.ccccxcv. quedam domina helena colum.pen.libr.v.Paul. de castr. in consi.cccxxxix.ad primum quesitum respondetur quod dicta emancipatio in fi.in consil.cccxlviij.viso casu & allegationibus col.ij.& in cõsi.ccclxviij. presupposito q̄ prefatum decretum libr.ij.Deci.in aucten.preterea colum.iij.in fi.& ibi Iaso.late.colũ. v.&.vi.C.vnde vir & vxor Deci.in cõsil. xix. col. ij Crotus in repe.l omnes populi colum.i.ff. de iusti.& iure.Curtius iunior in consi. cxxij.colum.iiij. in quibus locis attestantur moder. hanc esse communem opi.quando statutum simpliciter loquitur nisi aliter appareret quod voluerit statutum derogare dispositioni .d.l. hac edictali vt per eos in d.locis quod etiam ante eum voluit Curti. senior in consil.lxxix. col iiij. post med. & sic stante tali restrictione & interpretatione non videtur militare arg.Corn. ¶ Curti. tamen senior in dicto consil. lxxix.voluit istam conclusionem non procedere

in statuto correctorio iuris communis puta ꝙ maritus lucretur dotem nõ obstante.d.l.hac edictali qa tunc nõ procedit statutum in tali dote presumpta.

24 VIgesimo quinto † licet consuetudo aut statutum contra ius non recipiat extensionem, recipit tamen interpretationem passiuam a iure commni .l. i.§.lex falcidia.ff.ad legem falci.vbi.Barto.& doct. Oldra.in consil.ccxxiiij.iste sunt allegationes colũ. vij.in fi.cum simil.vt per Deci.in consil.xxxv. col. iij.& in consil. cclviij. colum.iij. rochus de curte in d.c.fin.car.xxxv.in nona limitatione . Exemplum sumi potest ex dictis proxime in .xxiiij.limitatione, stante statuto aut cõsuetudine ꝙ uxore decedente in matrimonio maritus lucretur dotem, istud tamen intelligitur secundum formam.d.l.hac edictali.C.de secun.nup. similiter stante statuto ꝙ filiusfamilias possit testari , istud intelligitur seruata tamen forma iuris & sic adhibitis septem testibus Bartol.& docto. in. d.l.i.§. lex falcidia moder. in d. auctenti. preterea .

NON me preterit plurima adhuc dici potuisse in materia extensionis, sed longe nimium videor euagatus a materia operis instituti, Ea scriptis comendatum curaui que vel non ita passim inuenirentur vel que declarationis auxilio maxime indigere visa essent.Ex premissis explicatam abunde habes decimam tertiam differentiam inter consuetudinem et prescriptionem. & conclusionem negatiuam fecimus ꝙ cõsuetudo non extendit cũ .xxv.limitationibus

nibus

nibus ac plurimis sublimitationibus & limitationum. declarationibus que omnia in usu causarum forensium maxime conducere existimamus & ad acuendos ingeniosorum animos non parum valere iudicauimus. omnia igitur equi bonique lector consulas rogo Deoq; omnipotenti, si quid optati offenderis, omnia accepta feras.

DE cimaquarta differentia colligitur ex his que infra dicam in. vi. q. vbi q̄ in consuetudine non videtur necessaria scientia principis licet sit cōtra ius, secus in prescriptione in qua agitur de derogatione iuris ipsius principis de quo dic ut infra in dicta. vi. q.

AB solutis differentijs quattuordecim inter consuetudinem & prescriptionem cum suis questionibus incidentibus, veniendum est propius ad materiam tractatus nostri in hac quarta parte quando quid dicatur de antiquo in materia cōsuetudinis aut prescriptionis. & quia visum est in quarta differentia quando quid dicatur de antiquo in materia consuetudinis tam de iure ciuili q̄ de iure canonico in his que non desiderant tempus antiquissimum cuius initij memoria non extat in contrarium, restat videre in hac parte quarta de consuetudine aut prescriptione temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium.

125 ET primo quero † quid dicatur de antiquo in consuetudine aut prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in cōtrarium seu quod tempus requiratur in tali prescriptione aut consue-

tudine, Curtius iunior in consi.xc.col.fina.requirit tempus centum annorum, & sic secundum eum in casibus in quibus requiritur prescriptio tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, requiritur lapsus centum annorum, nec sufficeret prescriptio breuioris temporis, fortius voluit Fely.in.c.ad audientiam.col.viij.in fi.versic. limita quinto.de prescript. ꝙ prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium dicitur maior centenaria allegat Card in.c.si diligenti. in fine. de prescriptio. & ibidem Felyn in vltimis verbis, & idem Fely.in.c cum nobis.col.ij.in fi.versi.& ex eo quod dixi eodem titu.

SED contrarium, ꝙ immo prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrariũ, non requirat tempus cẽtum annorum, sed minor dicatur prescriptione cẽtenaria aperte voluit glo.in.c. cum nobis.in versi.centum, de prescriptio.vbi glo. querit.quomodo possit probari prescriptio cẽtenaria que sola currit contra ecclesiam romanam, instrumentis enim non probatur possessio, Testibus etiã non videtur probabilis, quia oporteret testes esse etatis ad minus annorum quattuordecim supra centum; ob id dicit glo. videtur sufficere probatio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrariũ, sed glo.determinat contrarium, ꝙ non sufficit talis probatio, ecce igitur dum glo. dicit non sufficere probationem temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium in presciptione centenaria,

ꝙ clarissime presupponit prescriptionem centenariam esse maiorem prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium.

AD idem adduco Lappum in.c.i.de presceiptio.lib. vi.quem ibi sequuntur Gemin.& Lanfrancus, vbi querunt, cuius etatis debent esse testes ad probandum prescriptionem temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, & concludunt, ꝙ debent esse etatis quinquaginta quattuor annorum, vel saltem tanti temporis, ꝙ possint deponere de visu.xl.annorum.

PRE supponunt ergo clarissime, ꝙ prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, non requirit tempus centum annorum, quia si illud requireret, non sufficeret testes deponere de visu.xl. annorum, aut de tempore annorum quadraginta. Preterea Doc.non dicunt, ꝙ prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium sit impossibilis aut valde difficilis probationis, quod tamē dicūt in probatione prescriptionis cētenarie, vt infra videbimus in.xxi.q.

TER tio ꝙ maior sit prescriptio centenaria ꝙ̄ temporis, cuius initij memoria non extat, in contrariū adduco Alex.in consi.208.col. pen.lib.ij.quod est repetitum in consil.140.lib.vij. dum respondet ad l.si arbiter.ff.de probat. vbi ꝙ in antiquis sufficit probare memoriam, in contrarium non extare, nam dicit Alex.post Imo.per eum allegatum, ꝙ illa probatio admittitur solum in casibus in quibus

expresse cautum est talem probationem sufficere, Ideo dicit Alex. si agatur de probatione dominij per famam, non sufficit probatio, ꝙ memoria hominum in contrarium non existit, quando res non excedit centum annos, & sic clare vult Alexan ꝙ prescriptio tanti tēporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium dicatur minor centenaria.

QVarto nos habemus, ꝙ iste due prescriptiones videlicet centenaria, & tanti tēporis, cuius initij memoria non extat in contrarium sunt diuerse, quia diuersis nominibus appellantur. l. si idem C. de codicil. cum simil. que late adduxi in consil. 6. in prin. Rursus prescriptio centenaria soli Romane ecclesie competit priuatiue ad alias ecclesias. d. c. si diligenti. in fi. de prescript. aucten. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. si sola ecclesia Romana gaudet prescriptione centenaria, ergo necessario infertur, ꝙ in casibus in quibus contra alias ecclesias requiritur prescriptio tanti temporis, cuius inicij memoria nō extat in contrarium, non oportet talem prescriptionem esse centenariam cum illud sit priuilegium Romane ecclesie, tantum alias falsum esset, ꝙ sola Romana ecclesia illo gaudeat beneficio.

QVinto si opi. Cardi. & Felyn. vera sit sequeretur vnum inconueniens, ꝙ alie ecclesie inferiores, immo & laici erunt magis priuilegiati, ꝙ̄ ecclesia Romana in casibus in quibus presumptio iuris est contra posidentem, in quibus requiritur prescriptio temporis, cuius inicij memoria non

extat in contrarium, quia secundum Cardi. & Fely. oportet tale tempus esse maius centum annis, quod ipsum plus satis videtur absurdum.

SExto ubi ius dicit sufficere prescriptionem tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, nihil loquitur de tempore annorum centum, ergo nec nos subaudire debemus. l. si seruum. §. nõ dixit pretor. ff. de acqui. here. & bene sciuisset lex illud exprimere si uoluisset. l. vni. §. sinautem ad deficientis. C de caduc. tollen. c. inter corporalia. de translat. prelat. maxime quia in ecclesia Romana, quã lex ita uoluit priuilegiare illud expressũ fuit.

126 NON † ob. modo argumentum Cardi. & Fely. ꝙ in prescriptione centenaria contra ecclesiam Romanam requiritur titulus. d. c. si diligenti. & tamen titulus non requiritur in prescriptione temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium, nam non possum non mirari de tali argumento, tam remoto & male concludenti, que enim consequentia est ista lex uoluit priuilegiare ecclesiam romanam, ut cõtra eam non currat prescriptio nisi centenaria & ipsa titulata ergo in alijs prescriptionibus contra alias ecclesias, aut alias personas, in quibus presumptio iuris communis est contra posſidentem, & in quibus cessante titulo requiritur tempus, cuius inicij memoria non extat in contrarium, oportet ꝙ tale tempus sit maius centum annis quasi alie ecclesie inferiores videantur digne maiori fauore circa tempus ꝙ̃ ecclesia ro-

mana. Profecto quo magis confidero eo plus videtur inefficax argumentum Cardi. & Felyn. qui videntur arguere a casibus omnino separatis in dicto & ratione. Ob id puto concludendum in tali prescriptione, cuius inicij memoria non extat in contrarium non requiri tempus non solum vltra centum annos, prout voluerunt Cardina. & Fely. Immo ne annorum quidem centum. sed sufficiat eam probari, iuxta not. in. d. c. i. de prescript. lib. vi. per Lappum & Doct. non omitto tamen quatenus Cardi. & Fely. dicunt requiri titulum in prescriptione centenaria contra ecclesiam romanam, ꝙ idem est in prescriptione quadragenaria contra alias ecclesias, Bellamera in consi. iij. col. iij. circa medium. per tex. in. d. c si diligenti. in fi.

127 Secundo † quero de vi & efficacia istius prescriptionis aut consuetudinis, cuius inicij memoria non extat in contrarium. Respondeo ꝙ habet vim tituli & concessionis seu priuilegij. l. hoc iure. § ductus aque. ff. de aqua quotti. & estiua. c. super quibusdam. §. preterea. de verbo. signifi. facit tex. in. d. c. i. de prescrip. lib. vi. vbi ꝙ in tali prescriptione nõ requiritur titulus licet presumptio iuris sit contra possidentem aut prescribentem, si titulus non requiritur, ergo vim tituli obtinet. Ad idem text. in c. seruicium. xviij. q. vlti. quẽ tex. ad hoc citat Alex. in consil. xxiiij. col. v. lib. v. Ad idem text. in. l. ij. §. idem labeo ait si in agro. ff. de aqua plu. arc. quem tex. pro notabili ad hoc citat Ias. in. l. is qui putat.

col.ij.ff.de acquir.here.vbi etiam allegat tex. in.c. cõtra morem iiij.dist. Alia etiam iura ad hoc citat Oldra.in consi.172.quia omnes.col.i. Immo prescriptio tanti temporis vim habet priuilegij cõcessi a principe ex certa scientia. Bal.in.c.i.col.ij. in titu. que sint regal.quod dictum refert & sequitur Dec. in cõsi.496.col.ij post med. Addo Bal.in cõs.257. questio vertens, lib.ij.vbi ꝙ talis prescriptio habetur pro veritate & solenni priuilegio siue loquamur in prescriptione siue in consuetudine.

123 TErtio quero † an appellatione priuilegij veniat huiusmodi priuilegium tacitũ, quod inducitur ex tempore, cuius inicij memoria non extat in contrarium, Socy in consi cclx. ante fi. vers.nec obstat ꝙ spectat lib.ij. ꝙ non in materia stricta.

COnfirmo hoc dictum Soci.cursus temporis, cuius inicij memoria non extat in cõtrarium, non operatur respectu incapacitatis persone, vt eam capacem prestet.c.quanto.vbi Doc.de consue.habetur in.c. ij.de prebẽ.lib.vi.Et tamen expresso priuilegio incapax fieri capax potest, ideo laicus potest cõferre beneficia ecclesiastica ex priuilegio pape, immo etiam mulier.c.dilecta.de preben.c.dilecto.de testi. c.is cui.de preben.lib.vi.

SED aduerte circa istud dictum Soci.quia nõ puto, ꝙ ita indistincte procedat, & considero ꝙ istud priuilegium, quod inducitur ex tempore, cuius inicij memoria non extat in contrarium, dicitur priuilegium fictum quod lex fingit, vt patet ex.d.l.hoc

de prescriptio. Dec. in consi. lxxxv. col. ij. in consi. cclxxi. col. i. in consil. ccxli. col. pe. post med. & in cõsil. ccccxcvi. col. ij post med. Ias. in d. l. imperium. col. ix. Curti. iunior in consi. lxi col. ij. Alexandrinus in cõsi. xxi. col. iij. in quibus locis allegatur Bal. in dicto. c. i. que sint regal.

SED contrarium voluit Bald. in consi. ccclij. materia feudorum. col. ij. post med. lib. i. & in consi. cccxl. si pater. col. ij. lib. v. Alex. etiam in consi. xvi. colũ. vi. versi. posset etiam declinari lib. v. dicit teneri posse scientiam esse necessariam licet non insistat. Idem videtur velle Bal. in consi. cccci. casus talis asseritur, lib. v. vbi ꝙ communis opinio est ꝙ in feudis principũ prescribẽdis requiritur eorum scientia, & Bal. ibi loquitur generaliter adeo, ꝙ eius verba videntur posse trahi etiam ad prescriptionem tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrariũ. Similiter Oldra. in consi. ccliiij. quia tota col. iij. versi. quinto opponitur requirit scientiam superioris in consuetudine iuri contraria, & tamen ex precedentibus & dictis per eum ibi. col. ij. versi. ad secundum respondetur, locutus est etiam in consuetudine tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, & ꝙ in hac prescriptione reseruatorum principi requiratur eius scientia, aut eius procuratorum vel officiariorum, voluit Boerius in suis deci. q. cclxiiij. col. xvij. nu. 19. vbi tamen simpliciter loquitur nulla facta mentione Doct. tenentium contrarium. Scientiam etiã superioris requirit

Abb.in.d.c.cum nobis.col.ij. versicu.in hac tamen consuetudine.de prescrip.& ibidem col.pen.

131 EGO puto † q vbi sumus in his in quibus possessio seu quasi non querit sine scientia & patientia partis prout in iuribus incorporalibus.l.quotiens. ff.de seruitu.l.ratio.§.si iter.ff.de actio.empti.Bart. in.l.ij.in prin.ff.de aqua plu.arcen. Bal.in.l.ij.C.de seruitu.Abb.in consil.xviij.col.pen.post medium. lib.ij.non currat prescriptio etiam immemorati temporis contra principem, nisi data eius scientia & patientia sine qua possessio queri non potest consequenter nec prescriptio reg.sine possessione, libro sexto. Est verum isto casu, q propter tempus tam antiquum presumitur scientia principis, aut eius officialium, Salyce.in.l.autoritatem.versi. quero de questione facti.C.vnde vi.refert & sequitur Decius in consil.clxxxv.col.vi. Addo Calderi.in consi.xv.col.i.versi.ex quo sequitur in titu.de preb.Itaque cum scientia presumatur ob temporis antiquitatem, oportebit probare de ignorātia per fortiores coniecturas aut presumptiones, quod erit difficile. In alijs vero que possidentur sine scientia & patientia partis, non puto necessariam scientiam superioris in prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium: hec tamen difficultas non videtur magni momenti tenendo quod sufficiat scientia officialium principis, de quo infra videbimus; & quod illa presumatur ex temporis antiquitate, quo casu impossi-

bile quodammodo videtur probare de contrario idest de ignorantia. & licet ista scientia & patientia nõ videatur necessaria, boni tamen aduocati semper de ea articulant ad cautelam.

132 SExto quero + quid si quis prescribat regalia aut principi reseruata ipso principe sciente & patiente, an isto casu adhuc erit necessaria prescriptio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, Bal. in consi. ccxlij. antiqua questio, lib. ij. ꝙ non, sed sufficit prescriptio quadraginta annorum. Idem uidetur de mente Alex in. d. cõsi. xxiiij. col. v. versi. benefacit, quod not. glo. lib. v. vbi quando tractatur de prescriptione minoris temporis cõtra superiorem interueniente scientia & patientia, non requiritur scientia & patientia ipsius superioris: sed sufficit scientia ciuitatis Metropolytane, que est caput illius prouincie, & sic clare vult Alex. ꝙ sufficiat prescriptio minoris temporis data scientia & patientia non solum ipsius superioris, sed eius etiam officialium presidẽtium in capite prouincie. Immo isto casu videtur sufficere tempus triginta annorum, Ita Ias. in d. l. imperium. col. xi. versi. sed si aliquis prescriberet.

133 SED dubitabilis + videtur ista conclusio in reseruatis principi que sunt incorporalia, & in quibus prescriptio cadere non potest sine scientia & patientia ipsius principis sine qua scientia & patientia possessio & prescriptio nunquam considerari potest, vt supra diximus, & firmat Abb. in. d. c. cũ no-

bis.in duobus locis, similiter cum presumptio iuris sit contra prescribentem in talibus principi reseruatis que priuatis non competunt ob id cessante titulo necessarium videtur tempus, cuius inicij memoria non extat in contrarium.d.c.i.de prescript. lib.vi.&.d.c.preterea.§.super quibusdã. & sic duo copulatiue videntur necessaria, scientia & patientia superioris & tempus cuius inicij memoria non extat in contrariũ, que duo copulatiue requirit Abb. in.d.c.cum nobis.col.ij. versi sed circa hanc particulam, & col pe.versi. quedam sunt iura. Et nescio quomodo Doc. voluerint aut potuerint facere differentiam, an prescribat quis principe sciente & patiente vel non in his in quibus prescriptio considerari non potest sine tali scientia & patientia, & sic non potest cõsiderari aliqua prescriptio quantumcunque antiquissima in istis incorporalibus sine scientia & patientia eius contra quem prescribitur consequenter non potest separari prescriptio sine scientia superioris ab ea in qua interuenit scientia cum semper requirat sciẽtia in istis incorporalibus.

134 ET tenendo † hanc opin. ꝙ requiratur scientia & patientia superioris in istis iuribus incorporalibus circa reseruata principi, non videtur obstare argumentum Doc. tenentium contrarium, ꝙ scientia & patientia non requiratur, quia hic non agitur de prescriptione, sed de consuetudine in qua scientia principis non requiritur. ita respondet Alex. in d.consi.vi.col. pen.lib.i. quia in primis posset dici

ꝙ assumptum sit falsum in consuetudine, que est contra ius in qua scientia superioris videtur necessaria quam opi firmat Io. And. in addi. Spec. in tit. de feudis in rub. col. pen. versi. non omittam, quem refert & sequitur Barba. inter consi. Curtij senioris in consi. lxvij. col. xij. circa med. versi sed stat difficultas, & col. seq. Idem tenet Oldra. in consi. clxxij. quia omnes, col. i. in fi. in consi. ccxxxvij. perlectis. col. i. in consi. ccxliiij. ad obiectus. col. ij. in fi. versic. quinto opponebatur. & in consil. ccliiij. quia tota, col. iij. versi. quinto opponitur, Alex. in consil. vi. lib. v. vbi expresse refert & sequitur Oldrad. in. d. consi. ccxxxvij. Curtius iunior in trac. feud. in quarta parte. q. xxx. col. ij. circa fin.

SEcundo respondeo posito, ꝙ in consuetudine inducenda etiam contra ius non sit necessaria scientia principis prout voluit Alexan. in. d. consi. vi. lib. i. quam opin. etiam firmat Areti. in consi. cliij. consultatio col. i. in fi. & in consi. clix. in octauo & nono dubio, Corn. in consil. cclxviij. colū. iiij. lib. iiij. Rochus de Curte, in. d. c. fi. car. xxxvi. in quarto requisito. Curtius iunior in consi. clxij. col. iij. in fine. Istud tamen sane videtur intelligendum in populo habente potestatem derogandi iuri, vt patet ex no. per Rochum de Curte, in dicto quarto requisito. vbi ꝙ licet non requiratur scientia principis, requiritur tamen scientia populi vel maioris eius partis, quia sicut requiritur consensus populi in statutis condendis sic in consuetudine inducenda, & sic

requiritur scientia illius qui potest ius condere, modo arguo sic populus non posset ius condere super regalibus aut principi reseruatis sine scientia & patientia superioris, ergo nec consuetudinem inducere & vbi populus posset consuetudinem inducere in his super quibus expresse non potest disponere, illud intelligitur, quando talis cōsuetudo esset prescripta quo casu in tali consuetudine, quam prescriptam esse oportet, necessaria videntur ea que sunt requisita in simplici prescriptione, vt supra abunde vidimus in quinta & sexta differentia inter consuetudinem & prescriptionem consequenter necessaria videtur scientia & patientia superioris sine qua prescriptio considerari non potest. Et ista forte fuerunt motiua quibus motus fuit Alex. in. d. consi. xvi. col. v. lib. v. vt diceret teneri posse scientiam principis esse necessariam in tali prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium.

EX quibus videtur tanta Doc. contrarietas concordari posse videlicet, ꝙ vbi populus expresse statuere non potest sine licentia superioris, vt quia agitur de preiudicio ipsius principis, puta in regalibus aut in feudis, in his non possit induci consuetudo sine scientia ipsius superioris, & ita procedat quod scribit Curtius iunior. in dicto tract. feud. in quarta parte. q. xxx. colum ij. post medium. vbi ꝙ consuetudo diuidendi feudum indiuisibile de iure, requirit scientiam superioris. Pro quo adduco Bal. in

consi.cccci.casus talis asseritur,col.i.in fi.lib.v.vbi ꝙ consuetudo circa feuda scientiam requirit superioris, quia agitur de eius preiudicio cum habeat dominium directum, & ciuilem possessionem, Quod ipsum tamen non puto procedere in consuetudine temporis antiquissimi & immemorati. cessante autem preiudicio principis, scientia eius non sit necessaria prescriptione, sed attenta ista ratione non videtur necessarium tempus in tali consuetudine, cuius inicij memoria non extat in contrarium, cum vt dixi in consuetudine etiam contra ius sufficiant decem anni, & tamen Docto. conueniunt requiri tempus, cuius inicij memoria in contrarium non existat. Dum requirunt tale tempus, aperte volũt ꝙ sit prescriptio propter presumptionem iuris, que est contra prescribentem, dum postea dicunt non esse necessariam scientiam principis volunt esse consuetudinem, que tanta & tam subita variatio, & inconstantia in vna & eadem re diuersum ius statuendo contra. l. eum qui edes. ff. de vsuca. l. si sine. ff. de condi. & demon. c. cum in tua. de decimis. oportet igitur vel ꝙ sit in totum consuetudo, aut in totum prescriptio, vel si volumus, ꝙ dicatur consuetudo prescripta, necessaria videntur requisita ad prescriptionem.

135 CAsus tñ † datur in quo in istis iuribus incorporalibus prescribendis non est necessaria scientia & patientia eius contra quem prescribitur, videlicet quando prescribit quis cum titulo habito a non

domino

domino, quia tunc non requiritur scientia veri domini. l. si ego. §. i. in versic. traditis, vel per patientiam constitutis. ff. de publicia. Cyn. in. l. ij. in. vij. q. C. de seruit. quod dictum pro singu. & menti perpetuo tenendo refert & sequitur Pau. de Cast. in. l. seruitutes magna, col. pen. ff. de seruitu. Ias. in. l. i. in prin. col. xv. versi. secundo modo, & singularius, & in. l. iij. §. ex contrario. col. viij. versi. sed aduerte vltra alios. ff. de acqui. poss. & eod. titu. in. l. naturaliter. in fi. princi.

QVarto considero in hac sexta. q. dum Ias. voluit in d. l. imperium. col. xi. q data scientia & patientia principis, tempus sufficiat triginta annorum, nam posito posset currere prescriptio cõtra superiorem ignorantem, & q data eius scientia minor prescriptio sufficiat, tamen saltem necessarium videtur contra principem tempus quadraginta annorum, etiam eo casu quo presumptio iuris non esset contra prescribentem, vt not. Abb. in. d. c. cum nobis, col. pen. de prescriptio. per tex. in. l. comperit. C. de prescript. triginta vel quadraginta anno. Et profecto princeps qui vniuersitates priuilegiauit circa tempus prescriptionis, vt contra eas tempus requiratur quadraginta annorum, per ea que habentur in. l. fin. cum aucten. ibi posita. C. de sacrosan. eccle. breuem suijpsius videtur cũram habuisse si non se pari cum vna vniuersitate dignum putauit priuilegio. Immo Angel. in. l. ij. C. com. de vsucap. voluit necessarium sit tempus annorum centum contra

principem sicut contra romanam ecclesiam. Sequitur Alex. in consi. xxiiij. col. v. uersi. quinimo etiam sufficeret tempus lib. v. per glo. in. §. vt autem lex in uersi. nec multū in auten. de non alienan. pro quo adduco Abb. in consi. liij. in fine. lib. ij. vbi ꝙ in his que sunt introducta in fauorem principis non currit consuetudo nisi tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, multominus ergo currit prescriptio. de quo infra dicam in nona q.

136 Septimo quero † in casibus in qbus necessaria est scientia principis in cõsuetudine aut in prescriptione, an sufficiat scientia eius procuratorum aut officiariorum; Bar. in d. l. si publicanus. §. fi. ff. de publica. tenet ꝙ sic. Idem tenet Bal. in cõsi. cxlv. presupposito quodam capitulo pacis ante fi. uersi. & presertim, quia ipse fiscus lib. ij. vbi ꝙ scientia eorum qui funguntur uicibus fisci, fisco preiudicat per l. si procuratoris. in prin. ff. de tributo. Idẽ Bal. in cõsi. cccxl. si pater. col. ij. lib. v. ꝙ sufficit scientia locumtenentis ipsius principis. Alibi scribit Pau. de cast. in consi. cciij. viso quodam saluo cõducto. col. ij. post med. uersi. ad secundum respondetur lib. i. ꝙ patientia Vicarij regis preiudicat regi, quia in dubio censetur habere eandem potestatem quam regem. Idem Paul. in consi. cclvi. uidetur manifeste col. ij. circa med. lib. ij. ꝙ sciẽtia officialium missorum per populum Florẽtinum ad aliquem locū subditum, preiudicat ipsi populo Florentino mittenti, quia ipse populus uidetur per se regere mediãtibus illis

officialibus per.l.municipes.ff.ad munici.l.iij.in fi. &.l.procuratoris.ff.de tributo.Bartol.etiam in.d.l. si publicanus.§.fi.sequitur Areti. in consi.xlij.viso consilio.col.ij.uersi.vnde si tenemus doctrinā & in d.cons.cliij.cōsultatio col.i.uersi.ꝙ autem homines de castillione, vbi ꝙ sufficit scientia & patientia iudicis vel officialis loci & prouincie. Ad idem facit Bertachi.in.i.parte sui reper.in verbo ciuitas vers. cxxxix.vbi ꝙ ciuitas dicit̃ scire ꝙ scit iudex ipsius ciuitatis allegat Bar in.l.spadonem.§. qui ciuitatis. ff.de excu.tut.vbi tamen Bar. nihil de hoc loquitur arbitrer secutum Bertachi fidem alienam.

CON trarium, ꝙ immo scientia officialiū principis, principi non noceat, uoluit Alex.in consi.lxxxiiij. col.ij.post med uersi nec predictis obstat si dicatur lib.i Ioan.Zenobius de Vbaldis inter consilia Bal. in consi.ccclxx.verba rescripti col.i.in fi.lib.iij.vbi ꝙ scientia presidis non nocet principi. Ad idem facit Roman.in consi cclxxxix.vbi uoluit ꝙ scientia procuratoris domino nō nocet siue sit procurator specialis siue generalis cum libera per tex.in.l.item veniunt.§.petitam.ff.de peti.hered.quo etiam fundamento utitur Alex.in d.consi.lxxxiiij.lib.i.allegando.l.quod vulgo.ff.pro emptore.

SED certe ista iura allegata per Rom.& Alex.nihil faciunt quia loquūtur respectu malefidei quo casu bene fateor, ꝙ propter scientiam procuratoris non dicit̃ dominus in mala fide nisi ipse dominus fuerit certioratus sed nos loquimur respectu prescriptio-

nis que non currit nisi contra scientem quo casu sufficere videtur scientia procuratoris generalis cũ libera sicut dicitur de scientia presidis aut alterius officialis principis.

E Q V E non obstat text. allegatus per Roman. in l. cum mancipium, ver. circa procuratoris. ff. de edil. edic. vbi scientia procuratoris scientis rem esse morbosam vel vitiosam domino non nocet quominus agat actione redhibitoria vel quanto minoris, nam parcat mihi Rom. reuerentia, quia ille tex. hoc non dicit, immo potius totum contrarium videlicet, ꝙ isto casu procurator tenetur domino actione mandati vel nego. gestorũ, & sic presupponit ille text. ꝙ ex quo dominus habet regressum contra procuratorem, ꝙ ipse dominus agere non possit contra venditorem, tantum querit ille tex an ipse procurator agere possit & decidit tex. ꝙ non propter eius scientiam. Est verum, ꝙ glo ibi dicit, ꝙ datur vtilis actio domino ignoranti secũdum quosdam quam cedet procuratori, sed dum glo. dicit secundum quosdam, apparet ꝙ non secundum omnes, & ꝙ glo. hoc firmare non audet.

I A M, ꝙ scientia procuratoris domino noceat, est tex. in d. l. procuratoris. in prin. ff. de tributo. & tenet Oldra. in consi. cclxiij. dominus Egidius. col. ij. circa med. versic. & si quoquomodo, quod glo. in d. l. procuratoris intelligit in procuratore generali, vel cum libera.

Non obstant alia iura allégata per Roma. quibus

dicitur denunciationem domino fieri debere non procuratori, quia loquuntur quando ex tali denunciatione dominus teneretur, & in pœnam incideret quo casu nimirum si domino denunciatum oportet vel si denunciatio facta procuratori domino non preiudicat donec ad eius noticiam peruenerit secus in prescriptione quia per eam dominus non obligatur prescribenti.

137 OC tauo quero † in casibus in quibus necessaria est scientia superioris, si sint duo superiores aut domini vnus vtilis & alter directus, an sit necessaria scientia vtriusque domini, Ias. in consi. ccix. col. ij. circa med. lib. ij. ꝙ sic allegat Abb. in. c. ad audientiam. de prescript. vbi finaliter Abb. videtur residere in hac opi. ꝙ si quis prescripsit feudum contra vasallum, talis prescriptio nõ noceat domino ignoranti ne cogatur mutare vasallum contra eius voluntatem & habere vasallum minime gratum dum dicit hanc opi. Hostien. esse equam, quam opi. tenet Io. And. in addi. Specu. in rub. de feudis. col. i. in fi. versic. vigesima octaua q. Pilei fuit de vasallo &c. late Alex. in consi. clxix. viso themate. lib. ij. Corn. in consi. li. col. vij. in fi. versi. amplius in facto Bertachi. in verbo prescriptio quomodo uersi. viij.

AD uerte, quia questio ista potest dupliciter intelligi, Primo si quis prescripsit feudum cõtra dominum vtilem & sic uasallum, an censeatur prescripsisse etiam contra dominum directum, ita vt non teneatur domino directo ad aliquod seruicium. Secun-

do an censeatur prescripsisse ita, ꝙ seruiendo domino directo more uasalli, ab eo feudum auferri non possit. Circa primum modum intelligendi clarum est ꝙ non prescribitur contra dominum ciuiliter possidentem nisi interuerteretur possessio, quia requisitus prescribens ad seruicia illa denegaret, deinde prescriberet & possideret bona tanꝗ libera. iuxta. l. male agitur. C. de prescript. triginta ann.

CIRca secundum modum intelligendi formatur questio per Abb. in. d. c. ad audientiam. in qua ꝗ finaliter Abb. putat equam distinctionem Hosti. an dominus directus sciuerit vel ignorauerit feudum prescribi, vt contra ignorantem non currat prescriptio non solum in preiudicium iuris directi sed etiam respectu vtilis dominij, quia non cogetur habere prescribentem in vasallum.

CONtrarium, ꝙ immo prescribatur respectu vtilis dominij, & ꝙ feudum a prescribēte auferri non possit, sed solum possit dominus petere iura sui directi dominij a prescribente, tenet Roma. in consi. clxvi. in tertio dubio. Idem tenet. Ias. licet Roma. non alleget in. l. i. col. pe. post med. uersi. & per hoc vltimum nouiter reprobo. C. de ser. fugit. Confirmatur ista opi. ex eo quod scribunt Ang. & Imo. in. l. vsucapionem. ff. de vsucapio. & alij Doct. allegati per Iaso. in. d. l. fi. col. vi. versi. quicquid alij dicant. C. de sacro san. eccle. vbi ꝙ habens causam ab ecclesia non gaudet priuilegio ecclesie in prescriptione, sed prescribitur contra eum sicut contra

priuatum dummodo prescribens velit recognoscere ab ecclesia, id in quo tenebatur is cōtra quem prescribitur. Idem voluit Abb. in consil. xviij. circa fi. & in consi. lxij. col. fi. lib. ij. eandem opin. ꝙ prescribatur contra ecclesiam respectu vtilis dominij etiam ignorantem tenet, Alex. in consi. xcij. in octauo dubio. libro. vi. Ias. in. §. sed iste. nume. 14. institu. de actio.

PVTO considerandos aliquos casus pro resolutione huius difficultatis.

238 Primus † casus est quando possessor feudi prestitit seruicia domino directo per longissimũ tempus triginta annorum, & sic possedit feudum tanꝗ feudum non vt bona libera, & iste casus non habet dubitationem, quia prescribitur ius vtile etiã in preiudiciũ domini directi nec dominus directus potest allegare aliquam ignorantiam recipiendo seruicia. c. si quis per triginta, si de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. Alex. in consi. cxviij. col. iiij. in consi. clxix. col. i. in fi. & in consi. xv. col. ij. in prin. lib. v. Ias. in d. l. i. colum. pen. in fi. C. de seruis fugiti. Immo si vasallus allegat inuestituram & non plene eam probat, si per annum stetit in possessione feudi, prescribit & in defectum probationis statur eius sacramento. c. fi. §. si autem aliquis. si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. Dec. in consi. cxliiij. col. iij. in secundo dubio. text. tamen in. d. cap. si quis per triginta non procedit contra ecclesiam cōtra quam requiruntur. xl. anni. Guido pape. q. ibi.

139 SEcundus † casus est quando quis tenuit rem tanquam liberam non tanquam feudalem iusto titulo & bonafide & queritur an dicatur prescripsisse etiam in preiudicium domini directi, vt ei non teneatur ad aliquod seruicium, & isto casu uidetur dicendum, ꝙ durante decennio nulla cucurrerit prescriptio possessione ciuili existente apud dominum per illud tempus, sed lapso decennio incipit currere prescriptio longissimi temporis contra dominum directum, Bal. in consi. ccxcix. dicũt Petrus ant. fi. uersi. pone ecclesie, lib. i. ubi ꝙ ecclesia non petendo pensionem ab emphiteota per decennium, perdit ciuilem possessionem, & tradit Ias. in d. l. i. col. penul. C. de seruis fugit. & idem Ias. in. l. i. col. ij. C. unde legit. & sic quandiu dominus directus retinet possessionem ciuilem, contra eum non prescribitur, sed amissa possessione ciuili. Tunc incipit currere prescriptio, & ista prescriptio oportet ꝙ sit longissimi temporis idest triginta annorum, etiam ꝙ prescribens habeat titulum & bonam fidem & est speciale in feudo. c. i. §. preterea. iuncta glo. de capi. corrã. vbi Doct. Abb. in. d. c. ad audientiam. col. pe. de prescriptio. Dec. in consi. cxliiij. col. iij. in secundo dubio, in ecclesia tamen requiruntur xl. anni, Guido pape. q. ibi quicquid aliter dubitauerit decisio, Neapoli decisi. ccliiij. vbi videtur velle, ꝙ contra dominum directum nuda currat prescriptio etiam longissimi temporis. xl. annorum. & dominus directus isto casu habet priuilegium ꝙ

licet feudum cõsistat in rebus immobilibus in quibus cum titulo sufficit prescriptio decem vel viginti annorum, Tamen contra ipsum dominum directum requiritur tempus triginta annorum, & ratio specialitatis videtur esse, quia ius directi domini magis videtur consistere in iuribus personalibus, que sibi debentur occasione feudi q̃ in re immobili que tenetur per feudatarium, Secunda ratio specialitatis considerari potest. quia non tantũ imputari potest domino directo cur non citius vendicauerit rem suam quantum domino directo & vtili cum vt dixi tota res ad dominum directum non pertineat. Addo premissis Bal. in consi. ccxv. lib. v. vbi quando quis tenuit rem emphiteoticam ecclesie tanq̃ liberam. xl. annis. prescribit contra ecclesiam.

TERtius casus est, quando quis tenuit rem feudalem tanquam liberam in mala tamen fide, quia sciebat esse feudalem, & iste casus videtur indubitatus q̃ nullo tempore prescribit propter malam fidem reg. possessor malefidei lib. vi. & infra latius dicam.

QVartus casus est quando quis possedit bona feudalia longissimo tempore sufficienti ad prescribendum contra dominum directum cum titulo & bonafide, Tamen alius puta autor possidentis qui uendidit bona tanquam libera prestitit seruicia domino, & queritur an possidens prescripserit contra dominum ignorantem bona feudalia possideri per tertium, & iste casus potest frequenter contingere,

quia vasallus possidēs plura bona feudalia: aliqua ex eis vendit tanq̄ libera emptori ignoranti qualitatem feudi. & tamen non cessat uasallus prestare seruicia domino ignoranti talem alienationem. & isto casu puto cōtra dominum non prescribi nam recipiendo seruicia a vasallo venditure semper retinet possessionem ciuilem qua durante prescriptio non currit contra ipsum ciuiliter possidentem, possessio enim ciuilis non amittitur nisi data negligentia aut obliuione non recuperantis aut non possidentis. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l. seq. vbi Ias. in nono nota. ff. de acquir. possess. sed negli-
140 gentia † imputari non potest domino directo ignoranti alienationem factam per uasallum. l. si quis in graui. §. si ignorans. ff. ad sillania. l. genero. ff. de infamibus. c. apostolice. de exceptio. cap. ij. c. quia diuersitatem. de concessio. preben. c. si vero. de senten. excom. obliuio etiam considerari non potest cū semper receperit seruicia a vasallo vēditore.
141 NONO † quero dictum fuit supra q̄ reseruata principi non prescribuntur nisi per tempus, cuius inicij memoria non extat in contrarium, quid in alijs bonis principis an tantum tempus requiratur. hic est aduertendum, q̄ princeps potest habere bona duplicis generis, nam potest habere bona tāquam priuatus puta que habebat anteq̄ esset princeps vel si quid ei testamento aut alias donatū sit, rursus habet bona tanq̄ princeps Cyn. & Ias. in l. procurator. C. de eden. & idem Ias. in l. i. in princ.

ff.de offi.procura.cesa. addo Alexan. in consi.vi. col.ij.versi.princeps enim.lib.iiij.vbi q̄ habet princeps duplex patrimonium priuatum & fiscale fortius voluit Pau.de Cast.in consi.cvi.circa ea.col.ij. in fi.lib.i.q̄ etiam ea que perueniunt ad principem tanquam principem per impositionem onerum extra ordinariorum, dicantur esse de patrimonio priuato ipsius principis de quo tamen dubitem, In patrimonio priuato seu in bonis que vt priuatus habet non uidetur, q̄ gaudeat aliquo priuilegio, quia in prescriptione habet̃ respectus ad bona potiusq̃ ad personas sicut dicimus de bonis proprijs episcopi aut clericorũ que nõ sunt ecclesie q̄ in illis nõ gaudet episcopus aut clericus priuilegio ecclesie circa prescriptionẽ glo.in.c. possessiones.xvi.q.iiij. quã pro singulari ad hoc citat Rom.in sing.ccccli. Tu scis generale, sequitur Fel.in.c.ecclesia S. Marie. col.iiij.in fi. versi.& hinc est.& ibi Dec.col.viij.in fi. de cõstit.Ias.post Saly.in.d.aucten.quas actio.in fi.
142 C.de sac.san.eccl. In his † enim que separationẽ recipiũt põt quis cõsiderari nõ tanq̃ ipse sed tanq̃ alius tertius aut extraneus.l si pater.§.qui duos, vbi gl.& Bal.ff.de adopt l procurator qui pro euictione.ff.de procura.l.post mortem.ff.quan. ex facto tuto.ob id episcopus scholaris nõ procedit rectorẽ quia non est ibi tanq̃ episcopus, Abb.in.c.auditis. colum.iij. de electioni. similiter canonicus uicarius episcopi sedebit in loco suo quia non est ibi, vt vicarius Abb.in c.postulasti.col.iij.de cõces.preben.

Fely.in rubric.de maior.& obed.col.ij. similiter si rex iudicet in aliqua causa tanquam Comes non tanquam rex, appellabitur ab eius sententia ad superiorem comitis non inspecta regia maiestate, Guido pape q.ccccxxxvi.col.xi.q.xxxvi.per tex. in.l.pen.ibi sed ducatus &c.C. de appel. est verum ꝙ Pau.de cast.in.d.consi.cvi.col.ij.in fi. simpliciter dicit ꝙ Princeps gaudet eius priuilegio etiam in bonis priuati patrimonij, sed nimium generaliter loquitur iudicio meo, & sine lege. & ꝙ patrimonialia Cesaris prescribantur modo communi quo alia bona priuatorum voluit Bal.in.d.l.ij.in princ. C.commu.de vsucap.

IN alijs vero bonis principis & que sunt de patrimonio fiscali quantum tempus requiratur habetur in §.res fisci.instit. de vsucapio. in.l. in omnibus.ff.de diuer.& tempor.prescrip.per Abb in.d.c.cum nobis.de prescript. Areti.in.d.consil.cliij. consultatio, col.fi.Boerium in suis decis.q.cclxiiij.col.xvij. in secunda parte, in quibus locis concluditur, ꝙ vbi sunt bona fisco incorporata, requiritur tempus.xl. annorum, per.l.comperit.C. de prescript. triginta vel quadraginta anno.

SED Ang.in.d.l.ij.C.commu.de vsucap. voluit, ꝙ contra fiscum romani imperij requiratur hodie de iure auctenticorum prescriptio centenaria sicut contra romanam ecclesiam, per glos.in.d.§.vt autem lex.in versi.nec multum,in aucten.de non alie. sequitur Alex.in.d.consi.xxiiij.col.v.uersi.quinimo

etiam sufficeret.lib.v.vbi etiam allegat Angel.in.l. sicut.C.de prescrip.triginta anno.& in.l.i.C.de anna.exceptio.sed in libro meo Ange.nihil loquitur de hoc nisi in.d.l.ij.C.com.de usucap.credo q̃ uoluit allegare.Bal.in.d.l.sicut. col fi. & in.d.l.i.col.ij. versi.ultimo conclude.C.de anna.excep.vbi Bald. hoc expresse voluit, & idem Bal.in.d.l.ij.C.com. de vsucapio.allegaui etiam supra Abb.pro hoc in d.consi.liij.in fi.lib.ij.vbi q̃ in his que sunt introducta in fauorem principis non currit cõsuetudo nisi tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium. Ad idem in terminis adduco eundem Alexan.in consi.lxxxiiij.colum.ij.versicu.secundo dicimus, lib.primo.

BOErius tamen in.d. q cclxiiij. col.xix. dicit communem opi.esse contra Ang.& Alexã. q̃ sufficiat prescriptio.xl annorum.Sed aduerte, quia Boerius in.d.q.col.xviij.in prin.dicit q̃ in.d.l.fin.C.de sacrosan.eccle.illi casus ibi enumerati in quibus requiritur prescriptio centum annorum sunt redacti ad prescriptionem. xl. annorum, quod si verum sit corruit fundamẽtum Alex.in.d. consi.lxxxiiij.vbi voluit q̃ .d.l.fi.solum sit correcta respectu ecclesie in qua sufficit prescriptio.xl.annorum, in casibus ibi positis secus in ciuitate, ideo si in ciuitate illa.l. fin.non est correcta, sed in ea requiruntur anni centum, multo fortius illud tempus erit necessariũ in principe, quia ille tex.solum procedit in ciuitate habente iura principis aut fisci, vt supra diximus,

& inferius dicemus, Videndum est igitur vter loquatur melius Alex an Boerius quoad casus positos in.d.l.fi.& profecto miror quomodo Boerius potuerit dicere simpliciter illos casus esse redactos ad prescriptionem quadragenariam, quia illa reductio facta est per auc̄ten. quas actiones ibi positam quoad ecclesias tantum excepta ecclesia romana, sed in ciuitate illa.l.fina.non est correcta secundum communem opin.Doc.in.d.auc̄ten. quas actiones. vbi Ias.col.vi.versicu.contrariam opinionem, licet Boerius pro se alleget etiam Ias.in. d.l.fi. in octauo not.C.de sac.san.eccl.sed ibi Ias. loquitur respectu ecclesie non respectu ciuitatis. & hanc communem opin.tenent omnes Doc.supra late commemorati in octaua limitatione ad regulam negatiuam, ꝙ in pœnalibus non fit extensio vbi ꝙ in correctorijs non fit extensio etiam ex maioritate rationis nam pro hoc allegant omnes no.in.d.auc̄ten.quas actiones. vbi illa auc̄ten.corrigens illam.l.fin. in ecclesia non extenditur ad ciuitatem eandem opin. tenent plurimi alij Doct.supra commemorati. in decima quarta limitatione ad regulam, ꝙ consuetudo non extenditur, nam limitari non procedere, quando duo casus essent equiparati per.l.antiquam, quia tunc lex noua corrigens in vna extenditur ad alterum. Postea retuli aliquos Doct.tenere contrarium per.d.l.fi.& auc̄tē.quas actiones. ibi positam vbi auc̄ten.quas actiones corrigens in ecclesia non extenditur ad ciuitatem cum tamen ecclesia & ci-

uitas essent equiparatę per.d.l.fi.ad quod argumentum confutandum magnopere Doct. laborarunt, & sic tam Docto.tenentes contra illam decimam quartam limitationem q̃ tenentes pro ea omnes sine controuersia tenent q dicta l.fi.non sit correcta in ciuitate, vt mirer ausum Boerium dicere communem opin.esse contra Alex.in.d. consi.lxxxiiij. lib.i.& q illi casus.d.l.fina.sunt redacti ad prescriptionem quadragenariam simpliciter cum illud factum sit in ecclesia tantum non etiam in ciuitate, ob id puto sine dubio Alex.melius locutum q cõtra principem requiratur prescriptio centenaria, iuxta terminos.d.l.fi.C.de sacro san.eccle.

SED difficultas est extra illos casus.d.l.fina an princeps gaudeat prescriptione centenaria, Ang.in.d.l.ij.C.com.de vsucap. quem sequitur Alexan.in.d. consi.xxiiij.col.v.lib.v.vult q sic, & q princeps gaudeat pari priuilegio cum ecclesia romana.Idem tenet Bal.in.d.l.ij.C.com.de vsucap.in.d.l.sicut.C. de prescript.triginta an.& in.d.l.i.C.de anna.exce: Fely.in.c.ad audientiam.col.vij.in fin.versi. amplia primo, de prescrip.Sed credo Ang.nimiũ generaliter locutũ, nam glo. super qua se fundat.in.d.§.vt autem lex.in ver.nec multũ, in aucten.de non alie. dum equiparat imperium & res publicas ecclesie allegat.d.l.fi.C.de sac.san.ecc.dicens q illa.l.solum est correcta in ecclesia, & sic vult glo. q imperium gaudeat priuilegio ecclesie romane quoad prescriptionẽ cẽtenariã in casibus tantũ.d.l.fi. & isto casu

procedat opi. Boerij, Et ꝙ extra illos casus. d. l. fi. princeps non debeat gaudere priuilegio ecclesie romane, uidetur probari efficaciter, quia. d. l. fi. solum procedit in ciuitatibus habentibus iura principis aut iura fiscalia, ergo priuilegium principis non videtur extendendum extra illos casus. & posito, ꝙ intentio glo. in. d. §. vt autem lex. in uerbo nec multum alia fuisset, & ꝙ uoluerit equiparare principem ecclesie romane indistincte (quod tamen dicendum non uidetur per premissa) dico, ꝙ in hoc glo. male uidetur sentire, & eam reprobat Henricus Bois in. c. diligenti. in fi. de prescriptio. refert & sequitur Guido pape. quest. ccccxvi. vbi, ꝙ ita fuit conclusum.

SED latius uidetur insistendum circa glo. in. d. §. vt autem lex, in uerbo nec multum. Et primo uidendum est, an illa glo. uoluerit generaliter, ꝙ imperiũ gaudeat prescriptione centenaria, Secundo an illa glo. sit vera.

CIrca primum aduertendum est, ꝙ illa glo. dupliciter probat imperium gaudere prescriptione centenaria, primo per tex. in. d. §. vt autem lex. secundo per tex. in. d. l. fi. C. de sacrosan. eccle. & licet illa. l. fi. solum loquatur in certis casibus, tamen tex. in. d. §. vt autem lex simpliciter & generaliter loquitur, ꝙ sacerdotium & imperium ab alterutro multũ non differunt, infert ergo glo. ꝙ sicut sacerdotium principale, idest ecclesia romana gaudet prescriptione centenaria, ita & imperium simpliciter & generaliter

ter

ter in omnibus casibus. Sed vlterius considero, ꝙ immo illa glo. videtur loqui in omni sacerdotio, & in omni ecclesia, dum dicit ꝙ illud ius in ecclesia est correctum, per tex. in. §. pro temporalibus. in auten. de eccle. titu. vnde est extracta auct. quas actiones non ergo loquitur illa glo. in. d §. vt autem lex in ecclesia romana, quia in ea nihil est correctum, & hoc modo considerando illa glo. retorquetur contra Bald. Ang. Alex. & Fely. quia illa glo. non equiparat imperium ecclesie romane, sed alijs ecclesijs dum dicit, ꝙ in ecclesia illud ius est correctum, que correctio non reperitur in ecclesia romana, immo expresse excipitur ab illa correctione. hoc stante ꝙ imperium equiparetur ecclesie generaliter nō romane ecclesie tantum. Dico, ꝙ alie ecclesie non fuerunt priuilegiate generaliter, vt gauderent prescriptione centenaria, sed solum in casibus positis in d. l. fin. C. de sacro sanc. eccle. ergo in illis tantum casibus videtur imperium priuilegiatum, & in dictis casibus sine dubio puto, ꝙ princeps etiam hodie gaudeat priuilegio prescriptionis centenaria, si enim eo gaudet ciuitas habens iura principis a fortiori gaudere debet ipse princeps.

CIRCA secundum, an illa glo. sit vera, dico ꝙ sine dubio vera videtur quoad casus. d. l. fi. C. de sacro san. eccle. sed quoad alios casus valde dubito si teneamus ꝙ illa glo. generaliter uoluerit imperium gaudere prescriptione centenaria, primo quia istud inferri non potest necessario ex. d. §. vt autem lex

quia in illo tex. non dicitur q̄ absolute equipararen tur, sed q̄ multum non differunt, ergo in aliquibus est differentia. Secundo quia ibi nō loquitur tex. de sacerdotio Romane ecclesie tantū sed de omni sacerdotio & ecclesia secundū q̄ glo. videtur intelligere prout proxime declaraui, ob id sicut ecclesia non gaudet priuilegio prescriptionis centenarie secundum ius. C. & illud ius auctenticorū ante dictū §. pro tēporalibus. in auctē. de ecclesia. titu. ita videt̃ q̄ imperiū non gaudeat illo priuilegio nisi in illis casibus. Tertio tex. in. l. omnes. C. de prescri. xxx. vel xl. an. vult omne ius publicū & priuatū in quacunque persona extinctū esse spacio. xl. annorū, ergo etiam ius principis quod publicū dicitur, secundo
143 † pondero verbū vniuersale in quacūque persona q̄ videtur cōprehendere etiā personā superioris Alex. in consi. ccxxxv. lib. vi. Quarto per tex. in. d. l. cōperit. C. de prescri. xxx. vel. xl. ann. que lex uenit ad declarationē & suppletionem. d. l. omnes nā quia per. d. l. omnes omnia iura etiā publica & cuiuscunque persone prescribi dicebantur, quidā trahebant illam. l. etiam ad publicas functiones aut tributa principi debita, vt prescriberentur annis. xl. Sed imperator in. d. l. comperit. dicit declarando & supplendo q̄ non intellexit de tributis & functionibus publicis in quibus nullam prescriptionē currere voluit, tamen in ipsis bonis immobilibus pro quibus prestantur ipse functiones publice bene uoluit prescriptionem currere quadragénariam. ecce

ergo ꝙ exceptis tributis & publicis functionibus que prestantur in signũ subiectionis, alia bona publica ipsius imperij, que non sunt de regalibua seu in quibus presumptio iuris non est contra prescribentem, spacio prescribuntur. xl. anno. Ideo Bal. & Angel. dum dicunt imperiũ gaudere prescriptione centenaria cũ ministerio dicunt ꝙ hodie de iure auctenticorum imperiũ gaudet illo priuilegio clare inferentes secus esse de iure. C. quia illi duo tex. videntur clari in. d. l. omnes. & . l. cõperit. Sed non potuerũt Bal. & Ang. se fundare super iure auctẽtico rum, quia ius auctenticorũ nõ equiparat imperiũ et sacerdotiũ simpliciter & generaliter in oĩbus & per oĩa sed dicit, ꝙ non multũ differunt vt supra dixi.

RVRsus dum Bal. & Ange. dicunt hodie secus esse de iure auctenticorum, necessario volunt ꝙ ius. C.
144 sit correctum, sed † correctio induci non debet nisi expresse dicatur. l. sancimus. C. de testa. l. precipimus. in fi. C. de appella. vbi Bart. in specie not. ꝙ antequã dicatur aliquid esse correctũ, oportet ꝙ specialiter & specifice illud dicatur adeo ꝙ verba generalia non sufficerent ad inducẽdum correctionem & tradit Ias. in consi. clxiiij. col. i. in fi. lib. ij. sed tex. in. d. §. vt autem lex in specie nihil dicit de prescriptione sed equiparat imperium sacerdotio, Immo nec generaliter in omnibus equiparat, sed dicit ꝙ non multũ differunt ob id necesse fuisset ad corrigẽdum ius. C. ꝙ dictum esset equiparatum esse imperium sacerdotio Romano circa prescriptionem.

AMplius dico, q̄ si per dictum. §. vt autem lex imperium & sacerdotium simpliciter fuissent equiparata & generaliter sine illis verbis, nec multum differunt, ex quibus patet aliquam esse differentiam, adhuc non posset dici correcta dispositio dictarum ll. C. in. l. omnes. & l. comperit, quia illud ius nouū auctenticorum generale deberet restringi per leges precedentes in codice ne inducatur legum correctio. l. ob es. C. de pred. mino. glo. in. l. omnes. C. sine censu. vel reliq. Roma. in consi. cccxcix. vt presens. col. iij. circa med. vers. quinimo & lex sequens. Immo etiam lex noua correctoria distinguitur secundum. l. antiquam. vt tantominus corrigatur ius antiquum precedens q̄ sit possibile aucten. offeratur. C. de litis contest. iuncta. l. sciendum. in princ. ff. qui satisda. cog. vbi glo. & Doct. quid hic dicemus in. d. §. vt autem lex, vbi non apparet q̄ ille tex. voluerit corrigere. d. l. omnes. & l. comperit. Immo tex. in. d. §. vt autem lex debet quacunque subauditione iuuari ne inducatur correctio dictarum. ll. omnes. & l. comperit. l. i. C. de inoffi. dotibus. Curtius iunior in consi. v. col. iiij. ad fi. Sed hic sine aliqua subauditione text. in. d. §. vt autem lex potest intelligi citra correctionem iuris. C. quia vt dixi, non in omnibus & per omnia equiparat, sed dicit, q̄ non multū differunt, secundo quia ille tex. non loquitur in sacerdotio romano tantum aut ecclesia romana, sed potius de aliis ecclesiis, vt supra dictum est. Et posito & non concesso loqueretur in

ſacerdotio romano, & illi imperium ſimpliciter compararet, adhuc per talem equiparationem generalem non induceretur correctio iuris. C. ſed potius illa generalis equiparatio reſtringi debet ne cõprehendat preſcriptionem de qua in. d. l. omnes. & l. ſicut. l. nam & poſteriores. ff. de legibus. l. vt gradatim. §. & ſi lege. ff. de muner. & honor. l. ij. C. de noxal. c. cum dilectus de conſue.

PRE terea cum dicte. ll. omnes. & .l. comperit ſint ſpeciales in materia preſcriptionis, & in. d. §. vt autem lex ſacerdotiũ & imperiũ equiparentur non in ſpecie in materia preſcriptionis ſed generaliter dicatur non multum differre, per illum text. generalem non cenſetur correcta diſpoſitio ſpecialis dictarum. ll. omnes. & .l. comperit. quia † quando concurrunt due leges, prima ſpecialis, & ſecunda generalis, nunquam ſecunda generalis tollit primam ſpecialem glo. in. c. vt officium. in verſi. duabus. de hereti. lib. vi. Geminia. in. c. i. col. i. in prima oppo. de conſtitu. lib. ſexto.

145

QV into, ꝙ imperium non gaudeat preſcriptione centenaria arguitur ſic etiam iura imperio reſeruata, & in quibus preſumptio iuris eſt contra preſcribentem, preſcribuntur ſpacio temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium. d. l. hoc iure. ductus aque. ff. de aqua quotti. & eſti. c. ſuper quibuſdam. §. preterea. de verbo. ſigni. que preſcriptio eſt minor centenaria, vt ſupra probauimus, & ſic in talibus reſeruatis non gaudet imperium preſcri-

ptione centenaria, ergo multominus in alijs non reseruatis principi.

EX premissis puto cōcludendum, ꝙ imperium non gaudeat priuilegio prescriptionis centenarie in bonis in quibus presumptio iuris non est contra possidentem nisi in casibus de quibus in.d.l.fi.C de sacro san eccle. In alijs vero bonis que sunt de reseruatis principi, & in quibus presumptio iuris est contra prescribentē, gaudet priuilegio prescriptionis non dico centenarie, sed cuius inicij memoria non extat in contrarium que est minor centenaria, vt supra diximus, contra Cardi. & Fely.

146 ET tres † declarationes ad.d.l.fina C. de sacro san.eccle. vide per Alex. in consi.xvi.col.viij.versi. quinimo nec etiam in quattuor casibus, libro.v. Et dum dicit non habere locum nisi contra vendentē, donantem aut reliquentem ciuitate aūt eius successorem vniuersalem non cōtra singularem successorem post Bal.in.d.l.fi.idē voluit Are.in.d.cōs.cliij. cōsultatio.col.fi.Corn.in consi.cclxviij.col.x.li.iiij.

147 DEcimo † quero, an in prescriptione temporis cuius inicij memoria non extat in contrariū, requiratur titulus, Dic ꝙ non cum talis prescriptio vim tituli habeat, vt supra dictū est, & pro hoc est text. in.d.c.i de prescrip.lib.vi. Quod ampliatur procedere licet agatur de prescribendo contra clericos aut libertatem ecclesiasticam, Pau de cast.in consil. ccccxxiij.ex pūcto transmisso.col.ij.circa med.lib. ij.talis enim prescriptio pro veritate habetur glo.in

l.i.C.de seruitu.Bal.in consi.cclvij.questio vertens, lib.ij.& in consi.xxiiij.subtiliter.col.ij. lib.iiij. Deci. in consil.lxxxv.col ij.

148 VN decimo † quero an saltē in tali prescriptione tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in cōtrarium sit necessaria tituli allegatio, videretur dicendum ꝙ sic, quia licet titulus presumatur ex antiquitate temporis, non tamen videtur prodesse presumptio nisi allegetur.l.si adulterium cum incestu.§.idem pollioni.ff.de adulte. scriben. in.l.cum quid.ff.si cer.pet.& ꝙ allegatio tituli sit necessaria in tali prescriptione voluit Alex.in cōsi.lxxiiij.col. iij.in fi.versicu.accedat ad hoc quod voluit, lib.iiij. Fely.in.c.accedentes.col.v.versi.sed reuera potius eligerem.de prescript.quem refert & sequitur Curtius iunior in consi clviij.col.iiij.in fi.

CON trarium ꝙ allegatio tituli non sit necessaria voluit glo.in.d.c. super quibusdam.§. preterea. in verbo nō extat, Freder.de Senis in consi.ccxxxiiij. super primo puncto.col.ij in fi.versi.maxime autē hoc procedit.Socy in consi.cxxvij.col.penul. in fi. versi.& eo maxime predicta procedūt, lib i. quod est repetitū in consi.clxxxi.li ij.Idem tenet Abb.in cōsi.vij.col.iiij.ver.& quanq̄ hec lib.ij. Doc.in.d.c. i.de prescrip.li.vi Cald.in cōsi.i.in tit.de libelli obla. Guido pape.q ccccviij.in fi.vbi allegat Io.fab.in.§. eque.instit.de actio.Idē tenet Ias.in.l.si certis annis. col.fi.in decima limitatione.C de pact.quem refert & sequitur Gozadi.in cōsi.viij. col.viij.circa med.

EX quibus patet hanc opi. veram esse & cõmunem, & pro ea videtur tex. in. d. cap. i. de prescrip. lib. vi. vbi, ꝙ in tali prescriptione non requiritur titulus, si titulus non requirit̃, ad quid allegari eũ oportet.

149 NON ob. modo † regula ꝙ presumptio iuris non sufficit nisi allegetur, quia fateor. Sed dico, ꝙ ex tempore, cuius inicij memoria nõ extat in contrarium, titulus non presumitur a iure, sed potius fingitur a lege in fictione autem non est necessaria allegatio, quia fictio est super claro, quando vere de titulo non apparet, sed lex fingit titulum propter antiquitatem temporis.

SEcundo respondeo, ꝙ ex quo titulus non requiritur in tali prescriptione, vt supra dictum est, superfluo queritur de eius allegatione.

NON obst auctoritas Alex. & Feli. supra in contrarium allegata, quia respondeo ꝙ loquuntur in his que non sunt prescriptibilia etiam per tempus, cũius inicij memoria non extat in contrarium, puta data incapacitate prescribentis circa decimas, vel circa collationem beneficiorum, iuxta text. in. cap. quanto. de consuetu. & no. in. c. ij. de preben. lib. vi. vel quando lex expresse resistit prescriptioni, vt in casu. d. c. accedentes in materia procurationis, quo casu solus cursus temporis nihil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax sit ob id opus est, ꝙ allegetur titulus priuilegij aut exemptionis & ad probationem talis tituli sufficiet probare lapsum temporis, cuius inicij memoria non extat in

contrarium, ſecus vbi ſumus in materia preſcriptibili etiam ſine titulo, quia tunc neceſſaria non eſt tituli allegatio, & multominus iſto caſu neceſſe erit probare quid factum eſſe tanquam ex cauſa alicuius tituli non neceſſarij Felyn.in.c.cauſam que.col. iiij.de preſcriptio.

150 ET ex premiſſa † declaratione infertur ad vnam limitationem dicti Socy.in conſi.cclx.ante fi.lib.ij. de quo ſupra diximus in tertia.q.vbi voluit, ꝙ appellatione priuilegij in materia ſtricta non veniat priuilegium tacitum reſultās ex tempore, cuius inicij memoria non extat in contrarium, nam iſtud non procederet, quando expreſſe allegaretur titulus priuilegij, & ad eius probationem probaretur tempus, cuius inicij memoria non extat in contrarium, quia tunc etiam in materia ſtricta & non preſcriptibili ſufficit talis preſcriptio cum allegatione tituli, & ita ponderat & expreſſe notat Curtius iunior in.d.conſi.clviij.col.iiij.in fi. Fely.in.c. cauſam.col.iij.in fi.verſi.puto ſuſtentabilē de preſcrip.

151 SED circa † dictum Alexan.& Fely.& Curtij iunioris, tria conſidero, primum ꝙ illo attento eluſoria videtur fieri diſpoſitio iuris prohibentis quid preſcribi etiam per tempus antiquiſſimum, nam ſemper allegabit quis titulum, & ad eius iuſtificationem probabit de lapſu temporis antiquiſſimi, & ſic lex videbitur impoſita verbis contra.l.ij. in fi.C.cōmu.de lega.nec id recipi debet per quod legis diſpoſitio fiat eluſoria.l.i.§.pecuniam.ff.de ca

lumnia.l.si pretor.ff.de iudi.l hanc legem.ff.de con
trahen.emptio.l.fina.in prin.ibi alioquin nequicq̃
mihi caueatur.ff.si cer.peta.l.fin.ff.ne quid in loco
publi.l.i.§.exceptiones.ff.quar.re actio non dat.l.
cum aliis in fi.C.de cura.furio.l.fi.§.non autem.C.
de bonis que lib.l.fi C.de vsur.rei iudi.c.commissa.
§.porro.de electio.lib.vi. Immo fit extensio etiam
in materia pœnali ne alias dispositio pœnalis fiat
elusoria.d.l.i.§.pecuniam.ff. de calumnia.c. si ciui-
tas.& ibi Domi.in secundo not.de sen.excom.lib.
vi.& dixi supra in materia extensionis consuetudi-
nis in pœnalibus, similiter potius toleratur corre-
ctio iuris communis q̃, q̃ ius nouum fiat elusoriũ
Roma.& Docto.in auct.ex testamento.C.de col-
la.late Moder.in.l.i.ff.de offic.eius.

252 RVRsus † attento hoc dicto Alexan.Fely.&
Curtii permittetur per indirectum, quod directo
prohibetur quod esse non debet.l.si ex duobus,&
ibi glo.ff.de nego.gest.d.l.fi.C.de vsuris rei iudic.
reg.cum quid vna via.lib.vi.nec circumueniri de-
bet lex prohibens.l.arbitrio.§.dolo cuius.ff.de do
lo, facit text.in.l.oratio.ff.de sponsali. & per hoc
fundamentum multi tenent contra illud dictum,
vt refert Alexan in.d.consi.cviii.in fine.lib.ii.& in
d.consi.lxxv.col.fi.lib.iiii.

SEcundum quod considero contra dictum Alexan.
Fely.& Curtii iunioris est, quia si illud verum sit,
cautela quedam videtur etiam & ipsa inutilis & elu
soria nam quotiens aliquid fieri non potest sine ali

qua causa non sufficit probare illud simpliciter factum esse nisi probetur q in vim illius cause factũ sit puta seruitus habens causam discontinuam non acquiritur nisi per tempus, cuius inicij memoria nõ extat in contrarium vt habetur in.l.seruitutes magna.ff.de seruitu.poterit tamen acquiri longo tempore idest decem annis inter presentes & viginti inter absentes si quis alleget titulum constitute seruitutis discontinue & ad iustificationem ipsius tituli probet de lapsu longi temporis glo.& Doc.in.d. l.seruitutes. Barto.in.l. cum de in rem verso ff.de vsur. Istud tamen intelligitut & procedit si quis probet se vsum seruitute illa discontinua in vim illius tituli,& tanquam ex illa causa, Salyce.in.d. l.si certis annis.Cum.& Roma in.l.qui in aliena.in princip.ff.de acquiren.heredi.& ibi Ias.colum.fina. versi.eam etiam tenet Paul.de cast.in consi.li.in causa spectabilium virorum.colum.ij post med.lib.ij. Alexan.in consi.cxiij.lib.i.in consi.cviij.in fi.lib.ij. & in consi.lxxv.col.fi.lib.iiij. Sed quomodo probari hoc poterit cum non appareat de aliquo titulo nisi per allegationẽ si enim vere constaret de titulo, presumeretur quid factum in vim illius tituli.l.quedam mulier.ff.de rei vẽdi.l.ij.C.de acqui.pos.Bal. in cõsi.ccxc.iste allegationes.col.ij lib.i. Pau.de ca. in.d.consi.li.col.ij.post med lib ij sed vbi de aliqua causa non constat, quomodo presumet̃ ex ea quid factũ esse,& si dicas presumi quid factũ ex causa allegata, resultabũt duo specialia primũ q presumat

titulus ex sola allegatione illius iuncto cursu temporis, secũdum ꝙ presumatur quid factum in vim illius tituli contra. l. i. C. de dotis promiss. ob id
153 † Alex.in.d.consi.lxxv.in fi.lib.iiij.dicit difficile esse probare factum quid esse in vim tituli allegati, nec videtur aliter probari posse quid factum esse tanꝗ ex ea causa nisi probetur ꝙ faciens aliquando declarauerit coram testibus se ita facere ex tali causa vel si petierit tale ius tanꝗ sibi debitum Alexan.in consi.l.col.ij lib.iij.

SED dicet aliquis ex qua causa quis quid faciat, hoc videtur pendere ab eius animo, ob id standum videtur eius iuramento glo.& Doct.in.§.alie.instit.de actio.Bar.& Doc.in.l.pro herede.in prin.ff.de acquiren.heredi.

RESpondeo, ꝙ illud non procedit quando presumptio iuris est cõtra iurantem Bart.in.l.inter omnes.§.recte.col.fina.ff.de furtis.Ias.in.d.l.pro herede.in prin.col.pen.in fi.& in.§.sed iste.col.xviij.in fi.inst.de actio.Sed questio nostra loquitur in prohibitis in his que quis prescribere nõ potest, & sic presumptio iuris est contra prescribentem. Et argumẽtum posset procedere in his que sunt prescriptibilia licet requirant tempus antiquum, cuius inicij memoria non extat in contrarium. Fely. tamen in.c. causam.col.iiij.versi.sed aduerte, quia oportet de prescriptio.ꝙ vbi agitur de tempore, cuius inicij memoria non extat in contrarium, non est necesse probare quid factum in vim tituli presumpti, sed presu-

mitur ita factum.

TERtium, quod considero contra Alexan. Fely. & Curtium iuniorem est, ꝙ dictũ eorum posset procedere in his que sunt prescriptibilia, & in quibus non consideratur incapacitas licet in eorum prescriptione requiratur tempus antiquissimum, quia habeant causam discontinuam, vt sufficiat prescriptio longi temporis allegando titulum, & illũ probando ex solo cursu temporis, in his enim non militante argumenta supra adducta, ꝙ lex fieret elusoria tanꝗ imposita verbis, & ꝙ concederetur per indirectum quod recta via conceditur, quia nulla est deceptio aut elusio legis cũm lex prescriptionẽ non prohibeat, & licet requirat longius tempus non tamen negat breuiori tempore posse prescribi accedente titulo secus vbi lex omnino prohibet prescribi. Ideo in prohibitis prescribi non placet mihi opi. ꝙ sufficiat allegatio tituli & eius probatio per solum lapsum temporis nisi probetur quid factum esse in vim illius tituli, quia facta quandoque fuerit declaratio coram testibus, ꝙ ex tali causa aut ex tali titulo ita ageretur nam ius & titulũ obtinentes sepius verba faciũt de eorum iuribus & titulis quorum virtute, quid eis facere permissum sit, nec semper tamen de eis fidem possunt facere, quia interdum pereunt aut omittuntur. In alijs autem que de sui natura sunt prescriptibilia, sequor communem opinio. glo. & Doct. in d. l. seruitutes magna, nec puto aliam fuisse intentionem glo. &

Doc.ibi licet aliqui Doc.postea voluerint illud extendere ad casum longe diuersum habentem rationem omnino diuersam. stante prohibitione prescribendi.

PRE missa conclusio, ꝙ tituli allegatio non sit necessaria in prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium limitatur per Fely. in.c.cum ex officij,col.v.in quarta limitatione, de prescript. vt procedat in prescriptione in qua interuenit actus positiuus secus in prescriptione causata ex sola patientia aut negligentia partis nullo interueniente actu positiuo,quia tunc necessaria est tituli allegatio maxime quando res est grauis preiudicij.de qua limitatione ego dubito, quia cum titulus non sit necessarius in tali prescriptione, sed ipsa vim tituli habeat superfluum videtur tractare de tituli allegatione, ideo non puto tenendam hanc limitationem.

154 DVO decimo † quero dictum est supra, ꝙ tempus,cuius inicij memoria non extat in contrarium,vim tituli habet, adeo ꝙ tituli allegatio non est necessaria,sed quid si producatur titulus qui appareat vitiosus & inualidus, an proderit talis prescriptio videretur dicendum, ꝙ sic,quia cum titulus non sit necessarius, licet producatur & ineptus aut vitiosus,non deberet actum vitiare,argumen.l.prima,in princip.C.de rei vxo.actio. glos. singu.in.§.multis.in versicu. in transitu. institut.de liberti.& in.l.vinum.vbi Barto.& Docto.ff.si cer.

peta. per quam glo. dicit Bald. in. l. ne quicq̃. §. vbi decretum. col. vi. versi. sed dubitatur si possum ingredi. ff. de offi. procons. ꝙ si possum ingredi possessionem propria autoritate, si ingredior petita licentia a iudice minus solenniter, quia parte non citata, non nocet defectus solennitatis sequitur Ias. in consil. xx. col. iij lib. iij. sed pro hoc est text. in. c. bone. i. de electio. vbi citatio que non erat necessaria in facto notorio, si adhibeatur & minus solenniter, processus non vitiatur per quẽ tex. dicit Dec. in consi. clxiij. col. vi. ꝙ litis contestatio minus legitime facta processum non vitiat quando illa non erat necessaria similiter per illum text. dicit Decius in. c. nouit. col. ix. de iudi. ꝙ vbi in aliquo actu ordo iuris non est necessarius, si adhibeatur & minus solenniter, actus non vitiatur & ex illo tex. videtur dubitabile dictum glo. in. l. proinde. ij. in glo. fin. in fi. ff. ad legem aquil. relatum per Ias. in. l. i. in princi. col. fina. ff. de eden. in. l. edita col. iij. C. de eden. vbi quãdo in aliquo iudicio proceditur ordinarie preter naturam ipsius iudicij, si minus solenniter procedatur, iudicium vitiatur.

155 Secundo † pro hoc videt̃ facere, quia prescriptio tẽporis, cuius inicij memoria nõ extat in cõtrarium dicitur habere pro se presumptionẽ iuris & de iure adeo ꝙ probatio in contrariũ non admittit̃ Fely. post But. per eũ relatũ in. d. c. cũ nobis. col. iij. versi. scias etiam, de prescript. sequitur Alexandrinus in consil. xiij. colum iij.

CON trarium, ꝙ non iuuet prescriptio tanti temporis, cuius inicij memoria non extat in contrarium, quando producitur titulus vitiosus & inualidus, seu quando aliter apparet de inicio vitioso voluit Paul. de Cast. in consi. ccccxxiij. ex puncto transmisso, col. ij. circa fi. lib. ij. Bellamera in cõsil. x. col. x. in prin. versi. item & aliter respondeo, & col. xiij. ver. plus dico. Ad idem facit Alex. in. d. consi. cxiij. col i. & . ij. lib. i. vbi quando ex instrumẽto apparet non debuisse quid solui prout solutum est tempore longissimo, apparet ꝙ per errorem & ex falsa causa sic solutum est, nec prodest, tunc cursus temporis. Et ista opi. confirmatur ex dictis supra in secunda parte huius tracta. in quarta limitatione. nu. 28. 30. & in tertia parte, in septima limitatione. nume. 15. vbi ꝙ presumptio solennitatis extrinsece, ex antiquitate temporis cessat in sententia & in actu extraiudiciali, quando expresse producuntur acta solennitatum, ex quibus apparet minus solenniter processum esse.

156 NON obstant † modo allegata in contrarium & primo. ꝙ vbi aliquid non requirit̃, si illud adhibeatur & inepte aut minus solenniter, ꝙ actus nõ vitiatur, quia possem facere prout Ias. facit in locis memoratis idest allegare & multiplicare contraria & inconuenientia & adducere exempla, & dicta Docto. ex quibus apparet magis viciare ineptum expressionem ꝗ̃ omissionem per reg. l. expressa. ff. de regu. iur. & . l. nonnunꝗ̃. ff. de condit. & demon.

glo.

glo.in clem.constitutionem.in versi.de nouo. in fi. de electio. ex quibus dictis & exemplis videntur Moder.reddere hanc materiam brocardicam & ad omnem euentum adaptabilem. Sed puto responsionem veram esse, ꝙ aut aliquid non requiritur in aliquo actu propter presumptionem iuris, que est pro ipso actu, & tunc si illud adhibeatur aut exprimatur uitiose & inepte actus uitietur puta iudex in sententia non tenetur causam exprimere.c. sicut. de re iudi.Et tamen si exprimat iudex causam ineptam aut minus legitimam, sententia uiciatur, Innocen.& Doc.in.c.in presentia.de renuncia.ratio huius est, quia ꝙ iudex releuetur a iure ab expressione cause in sententia, illud est propter presumptionem iuris que est pro ipso iudice.l.ij.C.de offic. ciuil.iud.&.d.c.in presentia. Sed quando iudex exprimit causam in sententia que sit inepta aut minus legitima, Tunc sumus in casu claro , ꝙ iudex male iudicauit, & sic cessat in re clara presumptio , que est pro iudice.l.continuus.§.cum ita ff.de verb.obliga.Similiter ꝙ presumatur pro solennitate sententie aut actus extraiudicialis est propter presumptionem iuris quod presumit omnia solenniter acta, sed si apparet de actis solennitatum, & ex eis arguatur defectus in ipsis solennibus, Tunc sumus in casu claro & cessat presumptio. Secus quādo aliquid non requiritur ob presumptionem iuris , sed quia illud non sit necessarium puta citatio in actu notorio, Tūc si adhibeatur & minus legitime, actus non

viciatur ratio, quia non erat necessaria, similiter actio in libello exprimi non debet, sed sufficit factum apte narrare ex cuius narratione appareat, ꝙ actio competit, certe si actor in libello actionem ineptam exprimat, illud libellum non viciat, quia expressio non erat necessaria, nec propter expressionem sit dubium ius actoris cum ex apta narratione facti satis inferatur ius & actionem competere licet non expressam vt cõmuniter Doc. concludunt in. d. l. i. in prin. ff. de eden. quicquid aliter Ias. ibi tentauerit contra communem arguendo ex argumentis que nihil faciunt, & in quibus militat diuersa ratio, nam arguit, ꝙ in sententia causa non requiritur & tamen si exprimatur & inepte, sententia viciatur sed responsum est supra.

Similiter arguit, ꝙ vbi testes non tenentur deponere super tempore, si deponant & male vicianttur testimonia, sed illud est, quia si varie deponant, apparet ꝙ sunt varij & contrarij, & ꝙ loquuntur de diuer-
157 sis actibus ex quo diuersificant tẽpus, quia † diuersitas temporis inducit diuersitatem factorum, & reddit testes singulares tanq̃ deponentes de factis diuersis, Anto de But. & Doct. in. c. cum causam que inter Archiepiscopum, col. x. de testibus. Cyn. in l. testium in sexta. q. & ibi Bal. col. quinta. de testibus. Archid. in. c. nihilominus. iij. q. ix. Abb. in consi. xcviij. col. ij. lib. ij. Bal. in cõsi. xxxix. proponitur ꝙ celebratus, colum. ij. lib. iij. & in consi. cccclix. visa dicta petitione. colũ. iij. post medium.

versi.primo, quia testes lib.iiij. Ancha.in cõsi.lxiiij. col.ij.& in consi.cxlvij.col i.Pau.de cast.in consil. cxxxvij.in causa que vertitur pergami, ad fi.& in consi.clv.in causa que vertitur coram domino Vicario, ad fi.lib.ij Ias.in consi.cxxxi.col.ij.lib.i. Sed aliter voluit Guido pape.q.cccccxliiij.vbi quando locus & tempus non sunt de substantia actus, non attenditur singularitas circa locũ & tempus, & ꝙ ita pluries vidit determinari in curia Parlamenti. Sed certe licet locus & tẽpus nõ sint de substantia, Tamen si testes in eo variant & discordant, apparet ꝙ non conueniunt in eodem facto, sed de pluribus testificantur ob id probatio redditur dubia & obscura cum positum & articulatum fuerit de vno facto tantum.

SED enim, quia ista materia singularitatis testium versatur in summo & uasto pelago, & Doc.cõtendunt inter se, immo ne quidem constant sibi ipsis, vt aduocati aut patroni causarum quid certi consulant plane nesciant, Ipsi etiam iudices iudicandi rationem non facile habeant, materiam ipsam singularitatis testium sic explicatam esse constitui ad vniuerse reipublice compendium, vt ne dubitationis quicq̃ inueniens tempus prodire possit. Itaque pro declaratione considero triplicem esse singularitatem testium. Prima est obstatiua, Secunda cumulatiua aut adminiculatiua, Tertia diuersificatiua Singularitas obstatiua dicitur quando insurgit repugnantia aut contrarietas puta testes deponunt

de mutuo cum vincum proponatur precessisse, Aliqui testes dicunt illud factum vno tempore, alij quod alio tempore, Ideo non probant tanquam contrarij Anchar. in consil. lxiiij in causa que uertitur inter Philippum, col ij. post med uersic. & confirmatur hoc Areti. in cõsi. lxxi. diligenter. col. iij. in fi. uersic. interrogatio igitur Alexan. in consi. xxi. col. ij. ante med. lib. iiij. post Bal. in. l. de quibus. col. antepen. ff. de legib. & in rub. de controuer. inuesti. col. i. & de ista singularitate obstatiua loquitur Ias. in repet. l. admonendi. col. xc. versi. alibi etiam dicit multum signanter Bal. ff. de iureiuran. idem si testes inducti ad probandum aliquod delictum seu vulnus discordant in loco aut tempore, quia aliqui dicunt commissum vno loco aut tempore, Alij in alio loco aut tempore, prout legitur de testibus Susane, vt habetur in. l. testium. C. de testib. Anchar. in consi. cxlvij. super alia querela. col. i.

ET ista singularitas obstatiua cõsideratur in actu nõ reiterabili, & in ea vnus testis dicitur repugnare alteri & nullus aliquid probat, vt not. in. l. testium. C. de testib. Bal. in. l. de quibus. col. antepe. ff. de legib. in. l. iurisiurandi. C. de testib. & in rubri. de controuer. inuest. col. i. sequitur Alex. in consi. xxi. colũ. ij. lib. iiij. in consi. cxliij. col. i. lib. ij. in quo consi. cxliij. quod non solum omnes simul iuncti nihil probant, immo nullus remanet integer, qui semiplene probet.

SED aduerte nam quod dicitur de actu non reitera-

bili non intelligo q actus reiterari non possit, sed quando solum est questio de vnico actu non reiterato, puta de vno mutuo aut de vno contractu, & isto casu testimonia singularia possunt dici falsa ex diuersitate temporis.c.ex tenore.c.cum causam. de testibus. Alex.in cõsi.lxxiij.col.i.uersic.preterea inter illos.lib.primo.

ALIA est singularitas testium non obstatiua aut repugnans, sed adminiculatiua & cumulatiua puta, quando vnus testis deponit de numeratione, alter de confessione & isto casu ex talibus testibus inducitur semiplena probatio, vt per Bal.in.d.rubri.de controuer.inuesti.col.i.Alex.in.d.consi.xxi. col.ij. lib.iiij.Immo plusquam semiplena, licet non perfecta Socy.in.l.gallus.§.ille casus.colum. fina.ff.de libe.& posthu.

ALIA & tertia est singularitas non obstatiua, nec adminiculatiua seu cumulatiua, sed diuersificatiua verbi & effectus, ex qua inducitur diuersitas rei & effectus in substantia, puta ego articulo de decem numeratis ex causa mutui, aliqui testes dicunt de mutuo facto in vno loco & certo tempore, alij testes loquuntur de mutuo facto in alio loco est alio tempore, nam ex tali varietate loci aut temporis necessarie insurgit diuersitas mutui q loquantur testes de alio & diuerso mutuo, quia impossibile est q mutuum factum in vno loco aut tempore sit illud quod alij testes dicunt factum esse in alio loco & tempore.& istud est quod dicitur ex diuer-

ſitate loci & temporis induci nouum & diuerſum factum, & iſto caſu quando teſtes loquuntur de diuerſis actibus, proprie dicuntur teſtes ſingulares. c. bone. & c. cum dilecti. de electio. & de iſta ſingularitate teſtium loquitur Anchar. in dicto conſi. lxiiij. & in dicto conſi. cxlvij. Alex. in d. conſil. cxvi lib. primo, Areti. in conſi. lxxi. diligenter. col. iij. in fine. ver. interrogatio igitur Bal. in conſi. xxxix. proponitur ꝙ celebratus. colnm. ij. circa med. lib. iij. & in conſi. ccccl ix. viſa dicta petitione. col. iij. poſt med. uerſicu. reducendo ergo omnia predicta lib. iiij. & Docto. in pleriſque locis, que ſingularitas diuerſificatiua non poteſt conſiderari niſi in actu reiterabili, ſi enim poneres actum vnicum & non reiterabilem, & in eo teſtes eſſent uarij in loco vel tempore, tunc teſtes non dicerentur ſingulares, ſed contrarij & repugnantes que dicitur ſingularitas obſtatiua.

ISTA triplici differentia ſingularitatis teſtium ſic premiſſa & conſiderata, ſi queras an teſtes ſingulares coniungantur vt probent plene vel ſemiplene, dico declarando hanc materiam clarius atque hactenus legerim, cum Doct. varie & confuſe loquantur, ꝙ aut queritur de ſingularitate obſtatiua, & in iſta clarum eſt, ꝙ teſtes non coniunguntur nec aliquid probant, immo ne quidem adminiculantur cum teſtes dicantur contrarij, vt per Bal. in rubri. de controuer. inueſtit. colum. prima. in l. de quibus. colum. antepenul. ff. de legibus. Alexan. in conſil.

xxi.colum.ij.libro quarto. Iaſ.in repet.l.admonendi.colum.xc. verſicu. alibi etiam dicit multum ſignanter Bal.ff.de iureiuran. & iſto caſu recurrendum eſt ad ea que Docto. tradunt, quando teſtes ſunt contrarij.

AVT loquimur de ſingularitate teſtium diuerſificatiua, quando teſtes loquuntur de diuerſis actibus factis diuerſis tempore & loco, & iſto caſu idem dico quod in ſingularitate obſtatiua, ꝙ nullo modo coniunguntur teſtes ſingulares, vt probent plene nec ſemiplene, nec adminiculatiue nec aliquis teſtium per ſe remanet integer, vt ſemiplene probet, quia dictum vnius eliditur per dictum alterius, & iſto caſu procedit illud dictum quod minus probant mille teſtes ſingulares quam vnus Bald. in.l.de quibus.colum.antepenul.poſt medium, verſicu.ſed nunquid ſi teſtes.ff.de legibus. in.l.iuriſiurandi.colum.tertia.C.de teſtibus.Deci.in cõſi.clix. colum.iiij.circa fin.& in conſil.clxxxix. colum.iiij. circa medium.Addo Alex.in conſil.xxxiiij.col.ij. in fi.lib.iij.in conſi.lxxiij col.ij.in princ.verſic.vnde ſtante diuerſitate, libro primo.ſi enim eſſet vnus teſtis tantum integer & legitime deponens, probaret ſemiplene, ſed vbi ſunt plures diuerſa loquentes in actu reiterabili, licet non ſint repugnantes, nihil tamen probant ratio, quia inuicem ſe debilitant cum articuletur de vno tantum mutuo & ipſi loquantur de pluribus factis diuerſis loco & tempore, vt neſciatur quod & quale ſit illud quod

petitur, & an deposuerint de mutũo petito, & sic ex tali singularitate diuersificatiua inducitur incertitudo & redditur probatio dubia, que dubietas cessat vbi vnus tantum est testis. Ita dubietatem & incertitudinem ex singularitate trstium, arguit Alexan. in consi. xciiij. col. ij. circa med. versicu. variant etiam dicti duo testes lib. vi. post Saly. in. l. testium in nona. q. C. de testib. Ideo isto casu testes singulares nullo modo coniunguntur vt aliquid probent, nec plene nec semiplene, Alexan. in consi. cxxviij. col. ij. ante med. versi. & dicti duo testes, lib. ij. in. d. consi. xciiij. col. ij. circa med. lib. vi. post Salyc. in. d. l. testium. in nona. q C. de testibus.

TOTA difficultas est in singularitate adminiculatiua aut cumulatiua, an testes coniungantur vt probent plene vel semiplene, in qua difficultate Doct. vano modo consuluerunt prout casus contingebat & lucri ratio suadebat, & pono exemplum, quando plures testes deponunt super diuersis confessionibus debitoris, & omnes dicunt audiuisse ab eo ꝙ debebat decem titio ex causa mutui, sunt tamen singulares in loco & tempore, quia vnus deponit de confessione facta vno tempore & in vno loco, alius de alio loco est tempore, Ista enim singularitas non est obstatiua, quia nihil repugnat, ꝙ quis sepius confiteatur de eodem debito in diuersis locis & diuerso tempore, non est etiam singularitas diuersificatiua, quia licet deponãt de pluribus & diuersis confessionibus, non tamen resultant plu

ra & diuersa debita cum emanauerint confessiones super eodem debito, & tendant ad eundem finem, id est ad probationem eiusdem debiti, & sic est cumulatio probationis & adminiculatio non diuersitas effectus.

ET reperio, ꝙ Pau. de cast. in consi. clv. in causa que vertitur coram domino Vicario, in fi. & in consi. cclxix. viso processu in fi. lib. ij. voluit ꝙ debitum non probetur per testes singulares deponentes de diuersis confessionibus factis diuersis loco, & tempore, idem voluit Alex. in consi. xxxvi. colum. iij. in consi. lxviij. col. ij post med. lib. iij. quod est repetitum in consi. lvij. lib. vi. vbi pro hoc allegat Ant. de butr. in. c. licet ex quadam. col. iij. de testib. quem etiam refert & sequi videtur Ias. in rep. l. admonendi. col. xc. ver. per ista considera. ff. de iureiur. idem in confessione tradit Imola in consi. cxxiij. colū. iij. n fi. Corn. in consi. lxxviij. col. iiij. in fi versicu. nec habet obstare, & col. seq. circa med. versicu. Ioannes autem Angeli in cōsil. clxxxij. circa finem. in consi. cclxi. col. ij. in fi. versi. nec obstant alie confessiones, lib. iij. decisio Neapolita. decis. ccclxiiij. Curtius senior in consi. lvi. colum. xi. post med. versi. vltimo non obstat.

SED in contrarium, ꝙ immo isti testes singulares coniungantur vt plene probant, quando est singularitas cumulatiua & adminiculatiua, adducit conclusio vna communis, ꝙ sufficit testes conuenire in vnum, & eundem rei finem, licet in alijs discre-

pent.l.qui sententiam.vbi Bal.C.de penis.no.in l. diem proferre.§.si plures.ff.de arbitr.Oldr.& Bal. in.l.i.C.si vnus ex pluribus appel.Bald.in consil. xxxix.proponitur ꝙ celebratus.col.ij.versic.nunc est videndum.in consi.lxxx principalis cura.col.i. in fi.lib.iij.

ALIBI scribit idem Bal.in consi.cl. quidam Gasparonus lib.iij.ꝙ sufficit testes concordare circa numerationem, nec dicuntur discordare aut singulares ex eo ꝙ non conueniunt in promissione de restituendo.

ET ꝙ singularitas non noceat quando testes tendunt ad eundem finem,tradit idem Bal.in rubr.de controuer.inue.col.i.vbi si vnus testis deponit de numeratione,alter de confessione,quia vna probatio non repugnat alteri,coniunguntur ad semiplenam probationem,quod Bal. dictum refert & sequitur Alex.in.d.consil.xxi.col.ij.ante med. lib iiij.Ias.in repet.d.l.admonendi.col.xc.versic.alibi etiam dicit multũ signanter Bal.ff.de iureiur.& in cõsi.cxxxi. col.pe.circa med.lib.i. & hac ratione videmus , ꝙ probant testes,quando cõcordant in dicto principali,licet sint singulares in causa dicti Specul.in tit. de teste.§.iam de interrogatorijs.versicu.& hinc est ꝙ si quis vult Bal.in.l.de quibus.col.pen.in fin.ff. de legibus.Calcan.in consi.ix.col.ij. ante medium. & in consi.xix.col.v.post medium.Corn.in cõsil. xxxiiij.col.ij.lib.ij.& in consi.cxlvi.col.i.post medium.lib.tertio.

Eadem ratione videmus, ꝙ testes singulares sufficiunt ad probandum quid in genere puta heresim iurisditionem, vsuras, possessionem, famam & similia. genus enim constat, & perficitur ex pluribus speciebus & particularibus, ideo licet testes deponant de diuersis actibus, tamen quia tales actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem vnius generis non repelluntur testes tanquam singulares, Barto. in. l. ob carmen. §. fin. ff de testibus. Bald. in. l. de quibus. colum. penul. in fi. ff. de legibus. vbi Bal. ꝙ isto casu non dicitur singularitas, quia per singula generis probatur genus, nam cum genus representetur in qualibet specie, dicuntur deponere in eodem genere, & isto casu dicit Bal. testes videnter singulares in causa scientie, & non in dicto, quam opin. ꝙ testes singulares sufficiant, quando agitur de probando quid in genere late probaui in consi. lxxiij. colum. viij. post med. & col. sequen. & vltra Docto. ibi adductos, addo nunc Calderi. in consilio quinto. in titulo de testibus, vbi loquitur in vsura. Paul. de Castro in consil. li. in causa spectabilium. colum. secunda. circa medium. versiculo nec obstat. quod isti testes, & in consilio centesimo decimo tertio, contra superius consulta. columna secunda, libro primo, in quo consil. cxiij. loquitur in aditione hereditatis, que ex pluribus inducitur tam ex verbis quam ex factis, & non factis ob id non nocet singularitas circa actus aut verba.

Eandem opin. tenet & probat Anchar. pulchre declarans in consi. cclxxvij. ex predicta facti narratione col. iiij. post med. versi. non obstat secundum contrarium, quod est repetitum in consi. ccccxxxix. & idem tenet Anchar. in consi. preced. cclxxvi. visa diligenter. col. fi. versi. preterea ex predictis actis Geminia. in consil. cxvij. col. ij. Alex. sibi contrarius in consi. cxli. col. ij. post med. lib. i. quod est repetitum in consi. x. lib. vi. idem tenet Alex. in consi. lxxxv. colum. fin. versi. preterea testes singulares in consil. lxxxvi. col. iij. versic. nec haberet obstare. in consil. cxvij. col. ij. versi. item probatur per plures testes in consi. clxxij. col. ij. in fi. versi. opponitur etiam contra dictos testes, lib. ij. in consi. xli. col. iij. versi. opponitur etiam contra dictos testes. in consi. cxij. ante fin. lib. iiij. in consi. xcij. col. iiij. versi. nec ob. si dicatur, lib. v. in consi. xiij. col. fi. & in cõsi. cxlvij. col. penul. in fi. lib. vij. In quibus locis testatur. Alexan. istam opin. esse veriorem & magis communem, licet idem Alex. in aliquibus consi. per me relatis in d. consi. lxxiij. voluerit contrarium & eius autoritate freti, Deci. & Ias. alij voluerint, poterant etiam allegare, Freder. de Senis in cõsi. xvij. in consi. lxiiij. pridie in fi. Sed miror quomodo Deci. & Ias. non aduerterint ad tot & tanta consilia Alex. hic relata que si vidissent, non arbitror ab hac opi. eos discessuros fuisse. si enim in duobus aut tribus locis Alexan. tenuit opin. ꝙ testes singulares non sufficiant vbi agitur de probando quid in genere, vides ꝙ in

duodecim aut tribus aliјs locis tenuit constanter contrarium.

Eandem opin. ꝙ testes singulares admittantur vbi agitur de probando quid in genere tenet Areti. in cõsi. xlij. viso consilio col. ij. versi. secundo principaliter dicimus, Socy. in consi. ccxcv. col. iij. versic. postremo, & si omnia predicta lib. ij. Angel. in consil. ccxxxiij. col. iij. circa med. versi. nec dicat quis eos singulares, Guido pape. q. cccccxliiij. & in commento statuti si quis per litteras, in verbo & eiectione in fi. & nouissime Boerius in suis decis. Burdegalem. q. xxiij. col. xiiij. post med. & q. ccxxxix. colũ. ix. post med. qui tamen Boer. fuit sibi cõtrarius in dictis decisionibus. q. cccxlij. & secundum hanc opin. ꝙ testes admittantur ad probandum quid in genere audiui ita fuisse iudicatum per curiam Parlamenti Grationop. contra quendam presbyterum de Arzellerijs in causa vsurarum contra quem solum deposuerant testes singulares deponentes de mutuis factis ipsis testibus sub vsuris, & ita accepi dum agerem Grationopoli a spect. domino Nicolao de Boneton aduocato consistoriati, dum in domo eius essem pro quadam eius causa cõtra Ioannem de Chappanis, vbi etiam agebatur de vsuris cuiusdam presbyteri Deum immortalem, quod presbyteri laborent tanto vicio sed audiui Grationopoli dum essem, quendam presbyterum canonici titulo honestatum dedisse pecunias cuidam mulieri quas mulier mutuaret sub vsuris vltra cen-

tesimas, ideſt ad rationem quinque ſolidorum pro ſingulo ſcuto in ſingulos menſes valente ſcuto ſolidos quadraginta & quinque. quod ipſum abhominabile ſcelus audiui concionatorem publice deteſtantem in eccleſia cathedrali Gratiopolis.

ECCE ꝙ ad probandum quid in genere admittuntur teſtes ſingulares ea ratione ꝙ in eundem finem conueniant & licet loquantur de diuerſis actibus, omnes tamen illi actus referuntur ad idem genus, & ſic non reſultat diuerſitas in facto principali ſuper quo deponūt, licet per diuerſa media ad ipſum principale perueniatur.

RVRSVS, quando plures actus habent vnā originē & vnā cauſam, illa origo probatur per teſtes ſingulares reſpectu actuū, ſed vbi actus ſunt ſeparati, nec apparet, ꝙ habeant eandē originē, in probatione talium actuum non ſufficiunt teſtes ſingulares, Ancha. in. d. conſil. cclxxvij. col. v. circa med. quem refert & ſequitur Corn in conſi xxxiiij. col. iij. in fi. lib. ij. modo vbi agitur de probando quid in genere actus particulares ex quibus genus ipſū conſtat, dicuntur omnes dependere ab eadem cauſa & origine ideſt ab eodem genere, ergo non nocet ſingularitas circa tales actus, quia omnes tendunt ad probationem ſue cauſe & origines. nec ex diuerſitate talium actuum reſultat diuerſitas alicuius facti aut cauſe ſed ſemper infertur ad eandem cauſam & idem factum.

ISTIS, itá premiſſis & declaratis idẽ dico eſſe, quã do agitur de probatione vnius debiti, & reperiuntur plures teſtes deponentes de pluribus confeſſionibus factis diuerſis loco & tempore, nam omnes confeſſiones tendunt ad eundem finem, id eſt ad probationem eiuſdem debiti, & licet confeſſiones ſint diuerſe. non tamen reſultat diuerſum aut nouum debitum. Rurſus omnes iſte confeſſiones veniunt ab eadem origine & cauſa ideſt ab eodem debito ergo nocere non videtur ſingularitas circa iſtas confeſſiones tanquam media perueniendi ad vnum finem, nec repugnant tales confeſſiones diuerſe probationi debiti, immo tendunt ad eius bationem.

PRETEREA, quod iſte confeſſiones videantur ſufficere, arguo a ceſſante ratione, ratio enim quare teſtes ſingulares non probant, duplex poteſt aſſignari vel quia dicuntur contrarij, quando eſt ſingularitas obſtatiua, vel quia alij alios elidunt & debilitant tanquam loquentes de dinerſis actibus, ex quibus inducitur diuerſitas facti ab eo facto quod quis intendit probare. Iſta ratio ceſſat quando eſt ſingularitas adminiculatiua & cumulatiua.

ALITER etiam iſtud comprobatur ſi énim duo teſtes deponerent de vna confeſſione facta eodem tempore & loco, non eſt dubium quod probarent, quare idem eſſe non debet ſi duo Teſtes deponant, de duabus confeſſionibus

factis diuerso tempore & loco, vellem scire quam maiorem fidem det identitas loci & tẽporis quando non est vis in tempore aut loco, quia locus aut tempus non sint de substantia. bene haberet in consideratione identitatis loci & temporis, quando ex eorum diuersitate induceretur diuersitas facti, secus quando stante tali diuersitate semper manet idem factum prout quando agitur de probando idem debitum per diuersas confessiones factas diuersis loco & tempore.

ET in terminis, ꝙ diuersitas temporis & loci non habeatur in consideratione, nec reddat testes singulares quando locus aut tempus non sunt de substantia tradit Roma. in consi. xxx. Imol. in cõsil. cij. col. ij. allegat Bar. in. d. l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus. Corn. in consi. ccxlvij. col. ix. versi. dato autem sine preiudicio veritatis libr. ij. Guido pape. q. 544. vbi ꝙ ita pluries vidit determinare in curia Parlamenti. Addo Geminia. in consi. iiij. in fi. vbi quando agitur de facto successiuo, non nocet singularitas testium in tempore, quia in facto successiuo certum tempus non est de substantia secus vbi agitur de facto momentaneo. Et quod scribit idem Geminia. in cõsi. lix. col i in fi. vbi ꝙ ex pluribus presumptionibus diuersis tẽporibus ortis circa idem dispositis inducitur probatio per text in. c. si prebenda. §. ceterum. de renuncia. lib. vi. & sic diuersitas temporia nõ viciat presumptiones, ergo eadem ratione non debet viciare probationem que fit per

testes

testes singulares, & in debito, ꝙ probetur per plures testes deponentes de diuersis confessionibus tradit Pau. de Cast. in consi. cclxxx. iudex in fine. lib. primo. & in consi. cxliij. viso processu & attestationibus. col. fi. lib. ij. Ioan. de ana. in consi. lv. in secundo dubio. Alex. in consi. liij. col. ij. circa med. versic. ergo etiam presupposito, lib. i. Calca. in consi. xix. col. v. post med. Curtius iunior in consi. clxviij. col. vij. Dec. in consi. 650. col. ij. post med. vbi Dec. refert & sequitur illud consi. Paul. de Cast. cclxxx. Ad idem adduco Areti. in consil. lxv. in presenti consultatione, in secundo dubio. vbi ꝙ confessio absente parte probata per duos testes que inducit semiplenam probationem coniungitur cum probatione fame que etiam semiplene probat ad plenam probationem. si confessio coniungitur cum fama que est diuerse speciei quanto fortius con.ungetur cum alia confessione eiusdem speciei, per ea que habentur in. d. l. admonendi. ff. de iureiuran.

PRO hoc facit quod scribit Alex. in consil. xviij. in fi. lib. iij. vbi quando agitur de probando peruenisse ad manus patris de bonis spurij tantum quod ascendat ad libras ducentum, non attenditur singularitas testium circa bona peruenta dummodo peruenerit vsque ad eam summam, quia non est vis que bona peruenerint aliqua magis ꝙ̃ alia, dummodo probetur valor bonorum peruentorum. eodem modo non est vis in quo loco & tempore debitor confessus sit dummodo fuerit confessus, ergo

per testes singulares circa confessionem probari dicitur debitum.

AD idem adduco Alex. in cōsi. clvi. col. ij. in fi. versi. non obstat etiam si diceret lib. v. vbi quando vnus testis deponit de tempore alter de tempore dicit se non recordari, non dicuntur testes singulares quando tempus non est de substantia actus, vt quando factum est tale in quo non resultat diuersus effectus si celebratur vno tempore potius quam alio allegat Innocen. in capit. qualiter & quando. ij. de accusatio. Archidiaco. in capitu. nihilominus. iij. q. ix. Specu. in titu. de teste. §. iam de interrogatorijs. versic. idem de tempore. & idem tradit Alex. in consi. ccxxxvi. col. ij. lib. vi.

Confirmatur ex alio ista opinio, ꝙ diuersitas loci aut temporis non reddat testes singulares, quando locus aut tempus non est de substantia. nos habemus quod testes non dicuntur singulares ex sola diuersitate in cortice verborum, quando conueniunt in effectu. l. iij. in princip. ff. de testib. l qui sententiam. vbi Bal. C. de penis. c. nihil obstat. de verbo. signi. glo. in. c. cū ecclesia, in verbo vacillasse. de cau. pos. & proprie. glo. in. c. dudum. de conuer. coniuga. Alexan. in consi. lxxviij. col. penul. in fi. & in consi. cxviij. col. i. lib. i. hinc videmus, ꝙ si vnus testis dicit ꝙ Titius promissit Seio. duos solidos Turonenses, alter testiū dicit, quod Titius promissit Seio viginti quattuor denarios Turonenses, non dicuntur testés singulares, quia conueniunt in effectu, ex quo

xxiiij. denarij Turonenses faciunt duos solidos, & sic idem est effectus, ita Bald. in cap. bone memorie Maguntino, de electio. quem refert Alex. in. d. consil. lxxviij. & cxviij. si dissonantia aut diuersitas in cortice verborum non nocet, quando idem semper est effectus, eadem ratione non videtur nocere diuersitas loci aut temporis cum semper idem sit effectus. Immo non nocet diuersitas circa aliquas qualitates aut circunstantias, quando conueniunt testes in facto principali, Alexan. in consil. xxiiij. colum. penultima. in fine. libro secundo. & in consilio. lxxxviij. colum. quinta. in. clvi. colum. tertia. lib. v. a fortiori, quando nulla est discordia inter testes sed conuenientia licet sit diuersitas in loco & tẽpore, ex qua tamen diuersitate nulla resultat discordia, neque contrarietas, & constat magis repelli testes ex contrarietate quam ex diuersitate, vt per Bal. in. d. l. de quibus. colum. antepenul. & penul. ff. de legibus. & in. d. rubri. de controuer. inuestit. col. prima. Alexan. in d. consi. xxi. col. ij. libro quarto. Ias. in repet. d. l. admonendi. columna. xc. ff. de iureiurando.

ET ꝙ testes singulares coniungantur ad plenã probationem eo casu quo vnus testis facit semiplenam probationem, & quando singularitas est cumulatiua & adminiculatiua non obstatiua, nec diuersificatiua, adduco Alex. in consi. lxxvi. in secundo dubio, lib. vi. vbi quãdo vnus testis deponit de promissione, alter de confessione facta presente

parte, coniunguntur isti duo testes ad faciendum plenam probationem, & tamen sunt magis singulares quam plures testes deponentes de pluribus cõfessionibus, quia hic est diuersitas in loco & tempore, & amplius in actu, quia vnus de promissionr, alter de confessione sed in pluribus confessionibus solum est diuersitas in tempore & loco. & illud dictum Alex. in. d. consi. lxxvi. refert & sequitur Rippa in. l. admonendi. col. xxxviij. ff. de iureiuran. addo Anchar. in consi. cclxxvi. visa diligenter narratione col. ij. versi. & ideo vnus testis, Areti. in consi. lxv. in presenti consultatione. col. ij. post med. in secundo dubio. vbi pro hoc allegat tex. in c. si. de succes. ab intest. Corn. in consi. xiij. in princ. lib. primo. Calca. in consi. cx. vbi calca. ꝙ hoc procedit etiam in criminalibus si vnus deponit de delicto alter de confessione delinquentis, sed dubito de Calca. dicto.

FORTIVS voluit Curtius iunior in. d. consil. clxviij. col. vij. ꝙ duo testes deponentes de duabus confessionibus factis extra iudicium absente parte diuersis tempore & loco, coniungantur vt semiplene probent, & ꝙ coniungantur cum alio teste deponente de veritate facti.

ET ꝙ testes coniungantur quando vnus deponit de veritate facti alij de confessione, tradit Baldus in consil. ccxl. donatio, lib. i. vbi ꝙ saltem fit coniunctio quoad semiplenam probationem. & quoad semiplenam probationem tradit idem Bal. in rub.

de controuer.inuestit.col.i.quem sequitur Alex.in d.consi.xxi.col.ij.lib.iiij.Ias.in reper.d.l.admonendi.col.xc.versi. alibi etiam dicit multum signanter Bald.ff.de iureiuran.& ibi Rippa. col.xxxvij.post med. Veronen.in consi.iij.col.pen.circa med. Calcan.in consi xix.colũ.iiij ante med. Corn.in consi. cccvij.col.iiij circa med.versi. & licet non sint contestes.lib.iij Immo Socy. in. d.l. gallus.§.ille casus. col.fi.voluit ꝙ fiat probatio plusquam semiplena licet non perfecta.Sed mihi videtur ꝙ fieri debeat cõiunctio quoad plenam probationem.Aut enim in totum impediri debet coniunctio aut in totum fieri debet. si enim ideo fit coniunctio istorum testium singularium,quia singularitas non est obstatiua nec diuersificatiua sed cumulatiua & adminiculatiua,quare si vnus testis solus faciens semiplenam probationem coniungitur cum alio faciente etiam semiplenam probationem induci non debet plena probatio, iuxta not per Bar. & Docto.in.l. admonendi.ff de iureiuran.& ꝙ testis deponens de confessione & alius de veritate facti coniungantur ad plenam probationem voluit nouissime Gozadi.in consi.lxxix.col iij. vbi loquitur etiam quando vnus testis deponit de confessione absente parte quod tamen puto falsum , quia vnus testis deponens de cõfessione absente parte semiplene non probat,cum si probetur talis confessio per duos testes solum inducatur semiplena probatio,nec Bar. allegatus per eum in.l. admonendi illud dicit sed

loquitur Bar. quando confessio absente parte probatur per duos testes quo casu semiplene probat, ꝙ coniungitur talis confessio cum probatione fame que etiam facit semiplenam probationẽ quod vltimum etiam sequitur Areti. in consi. lxv. in presenti consultatione, in secundo dubio.

EX premissis videtur concludendum, ꝙ si sint plures testes deponentes de diuersis confessionibus factis presente parte, quod coniungantur ad plenam probationem, Idem si vnus testis deponat de confessione presente parte & duo de confessione absente parte.

SECVS videtur, quãdo duo testes deponerent de duabus confessionibus factis absente parte diuersis loco & tempore, quia non uidentur coniungendi, ratio quia vnaqueque probatio est omnino imperfecta Alex. in consi. clxxx. col. ij. in fi. versic. rursus posito. lib. ij. & isto casu procedat quod scribit decisio Neapoli. decis. cclxiiij quod tamen non procederet quãdo esset vnus testis deponens de cõfessione presente parte, quia tunc alij testes deponẽtes de confessione absente parte videntur coniungendi. Paul. de Cast. in consil. cix. visa petitione, colũ. ij. circa medium, lib. ij.

SECVS etiam videtur quando quis deduceret de confessione vnica, & testes loquerentur de pluribus & diuersis cõfessionibus, quia tunc testes dicerẽtur singularitas singularitate diuersificatiua, & dicerentur deponere quid diuersum ab eo quod esset

capitulatũ & sic probatio diceret. dubia & incerta.

ET aduertendum circa premissa, ꝙ in casibus in quibus soli testes singulares non probant, nec coniunguntur, illud nõ videtur procedere, quando cõcurrerent alie coniecture coadiuuantes dicta testiũ singularium, quia tunc testes singulares multũ adminiculantur Pau. de cast. in consil. cclxxxi. in causa ista quinq;. col. pe. ante fi. li. i. ideo quando cõcurrit confessio presente parte probata per vnũ testem, testes singulares loquẽtes de cõfessione absente parte coniungũtur ad plenã probationẽ. Pau. de ca. in. d. cõs. cix. visa petitione. col. ij. circa med. lib. ij. & ꝙ testes singulares iuuẽtur ex alijs presumptionibus tradit Pau. de ca. in cõs. ccl. viso pũcto suprascripto col. ij. post med. ver. & licet videantur, lib. ij. Alibi scribit idem Pau. in cõs. cccxlij. in causa fratalee. col. ij. ver. quarto dicitur. lib. ij. ꝙ singularitas testiũ non nocet quando supersunt alij testes probantes, & dicit Corn. in consi. cccvij. col. iiij. versic. & licet non sint contestes lib. iij. ꝙ testes singulares in coadiuuando alias probationes faciunt semiplenam probationẽ.

Materia ista singularitatis testiũ sic explicata, reuertor ad propositũ & ad argumẽta Ias. dũ allegat ineptã expressionẽ viciare vbi omissio nõ viciat, multipli
258 cãdo brocardica, nã † arguit etiã ꝙ si quis articulet de tẽpore & illud nõ probet, succũbit licet tẽpus non esset de substantia, puta si in libello criminali apponatur dies & non probetur. de quo etiam tradit idem Ias. in. l. cũ virũ. in tertio no. C. de fideicõ.

SED respondeo ad istud argumentum, ꝙ ratio est, quia apponendo diem qualificatur delictum & declaratur commissum esse delictum tali die. Itaque si dies non probetur non videtur probatum delictum intentatum non probata eius qualitate. l. denunciasse. §. quid tamen, vbi Bart. ff. de adulter. Cyn in. l. ij versi. ex hoc arguit Iaco de Aret. C. de probatio. Bar in. l. diuus. col. i. ff. de re iudi. Bald. in consil. ccccxxxi. presupposito lib. v. Paul. de cast. in consi. clxviij. super primo dubio dicendum est, ꝙ cum diuersitas. libro. i. & in consil. ccv. in causa que vertitur coram locumtenente, col. i lib. ij. Roma. in cõsi. cx. questio per totum, in consi. cxliiij. inquisitio. & in consil. clxvij. Antonius. col. ij. post med. Abb. in cõsi. lxxviij. col. fi. lib. i. Ang. in cõs. ccxvij. col. iiij. & ad fi cõsi. Socy. in consi. xxxix. col. fi. lib. primo. Calca. in consi. xv. col. ix. versic. & pro hoc facit, quia in hoc contractu. Corn. in consil. cxcvij. lib. ij. in cõsi. cxxxiiij. ad fi. & in cõsi cxcij. col. ij. ad fi. lib. iiij. Deci. in. d. l. vinum. col. pen. ff. si cer. pet. & in consi. cclvi. col. iiij. post med. versi. tertio principaliter. Curtius iunior in consi. cxxiiij. col. vi. ad fi. Guido autem pape. q. cccccliij. ꝙ probatio istius qualitatis non attenditur de consuetudine patrie Delphinatus, sed hoc pertinet ad ius consuetudinarium, Que consuetudo mihi non placet in criminalibus in quibus probationes esse oportet luce meridiana clariores. l. fina. C. de probatio. nisi alias probatio delicti esset indubitata. Itaque istud argu-

mentum Iaſ. non militat, quia poſtquam qualitas deducitur in libello eius probatio dicitur neceſſaria, vt ſciatur an factum propoſitum ſit illud met quod in libello deductum eſt, que res ſciri non poteſt non probata qualitate facti, & Iaſ. in hoc videtur equiuocaſſe, quia nos loquimur in eo quod non eſt neceſſarium ad actum, ſed probatio diei aut alterius qualitatis eſt neceſſaria poſtquam propoſita eſt licet eius propoſitio neceſſaria non eſſet.

ITAQVE preſens difficultas reducitur ad tres caſus, Primus caſus eſt, quando expreſſio alicuius actus non eſt neceſſaria non ꝙ ille actus non ſit neceſſarius, ſed quia a iure preſumit̃, & tunc expreſſio inepta viciat, quia per expreſſionem tollitur iuris preſumptio, que ceſſat in re clara, prout quando in ſententia exprimitur cauſa minus legitima, vel quando producuntur acta ſolennitatis ſententie aut contractus per que apparet de veritate ideſt rem minus ſolenniter fuiſſe geſtam, & iſte eſt caſus noſter, nam ꝙ preſcriptio temporis habeat vim tituli, iſtud eſt propter preſumptionem quam habet antiquitas tanti temporis, Ideo lex titulum dat qui tameu videtur titulus fictus vel potius videtur titulus a iure conceſſus antiquitati tanti temporis, ita ꝙ ſola antiquitas dicatur titulus legitimus ſi enim

159 † eſſet titulus fictus non admitteret̃ probatio in contrarium contra fictionem iuris, glo. in. l. ſi duo. ff. de acquir. hered. & in. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Corn. in conſi. xcix. col. i. lib. iiij.

Secundus casus est, quando aliquid non est necessarium in aliquo actu non ratione alicuius presumptionis, quia illud a iure presumatur, sed quia omnino non erat necessarium, & tunc si adhibeatur & minus solenniter, actus non uiciatur, prout quando adhibetur citatio minus legitime in facto notorio ꝙ citatio enim omnino non erat necessaria, secus in solennitate que omnino est necessaria, licet non sit necesse eam aliter probare, quando a iure presumitur, Ideo quando inepte exprimitur, actus uiciatur cum esset necessaria, & appareat minus legitime adhibitum esse.

Tertius casus est, quando aliquid ab inicio non erat necessarium exprimi, tamen si exprimatur & coniungatur cū facto principali, illud qualificat adeo ꝙ nisi probetur illa qualitas, nō uidetur probatum factum principale propositum, & tunc licet propositio illius qualitatis nō esset necessaria, tamen postquam proposita est, & ex ea factum qualificatur, eius probatio uidetur necessaria.

HIS ita premissis & declaratis dico, ꝙ sumus in primo casu in quo titulus est necessarius sed non titulus expressus, sed tacitus sufficit resultans ex tempore, cuius inicij memoria non extat in cōtrarium qui dicitur titulus legalis quem lex ipsa confert ex lapsu tanti tēporis cessante titulo hominis, sed vbi producit̄ titulus hominis, cessat tunc prouisio legis quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fina. C. de pactis conuen, habetur in. l. ij. C. de

260 iure emphit. Preterea lex † voluit cõferre vim tituli antiquitati tanti temporis propter bonam fidem prescribẽtis que presumi videtur ex lapsu tanti temporis, Bar. & Bal. in l. fi. C. vnde vi. Innoc. in c. ij. de restitu. in integ. Abb. in consi. lxxxix. col. iij. lib. i. Sed vbi apparet de titulo vitioso & inualido, apparet de malafide prescribentis, quia titulus reprobatus non dat iustam causam prescribendi, sed ex eo fides mala arguitur prescribentis. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xi. l. fin. §. sinautem. C. com. de lega. c. dudum. i. de electio. per que iura, ita dicit Alex. in cõsil. xlvi. in vltimis verbis. lib. iij. refert & sequitur Curtius iunior in consil. lx. in fin. Addo glo. in. l. i. C. de fide instru. & iure haste fisc. lib. x. Bald. in consil. cccxlvij. quero quidam nobiles. col. i. post med. lib. i. Roma. in. l. celsus. colũ. pen. versi. quarto inquãtum Bar. ff. de usuca. Feli. in d. c. si diligenti. col. iij. de prescript. Ideo malafides presumitur in contrahẽte cum pupillo sine iuris solennitate. l. ij. §. si a pupillo. ff. pro emptore. idem in omni cõtrahente contra ius reg. qui cõtra iura mercatur. li. vi. pulchre Bellamera in cõsi. x. col. ix. post me. ver. secundũ fundamentũ. & col. xvij. post me. ver. & ratio huius est tradit Calca. in cõsil. xxv. col. iiij in fi. & in contrahente cum pupillo sine solennitate iuris, ꝙ dicatur in malafide, tradit Socyn. in consi. xxij. col. fi. lib. i. Et in cõtrahente cum prelato sine iuris solennitatibus, ꝙ dicatur in malafide, tenet idem Socy. in consil. xxix. col. pen. lib. primo.

Et dicit Iaſ.in.§.item ſi quis.i.col.vij. nu.45.institu. de actio.ꝙ vbi in contractu eſt neceſſaria autoritas ſuperioris vel decretum iudicis, ſi omiſſo eo contractus fiat, dicitur contrahi clandeſtine & in malafide per tex.no.in.l.i.C.de pred curial.lib.x.vbi Barto. glo.in.l.ij.in ver.occulte.& ibi Bar.C.de his qui ex pub.ratio.mu acce.lib.x.per glo.valde not.in.c.cũ inhibitio, in ver.clandeſtina.i.extra de clande.deſpon.& per glo.ſing.in d.l.i.in ver.malafide.C.de fide inſtru.& iure ha fiſca lib.x.

161 SED pro † clariori intelligentia huius duodecime queſtionis aduertendum eſt, ꝙ iſta queſtio poteſt intelligi duobus modis, quando producitur titulus non a iure reprobatus ſed minus legitimus, quia non interuenerint iuris ſolennia, & de hoc apparet & vere conſtat. Secundo modo, quando producitur titulus omnino reprobatus puta contractus ſimulatus aut funeraticius, Circa primum modum contentio eſt inter Doct.non mediocris an titubus minus legitimus impediat preſcriptionẽ longiſſimi temporis puta triginta vel quadraginta an. de preſcriptione enim longi temporis non eſt dubium ꝙ eam impedit.l. nunquam.ff. de vſucapio. In preſcriptione vero longiſſimi temporis diſcruciantur Doct.inter ſe, an error iuris illam impediat & ꝙ impediat tenet glo.iuncto tex.in.c. apoſtolice.de donationi ſequitur Pau.de caſt.in conſi.lxx. quia fruſtra.col.fi.& in conſi.ccccxxix.in quadam informatione lib.i. Abb.in conſi.xxxiiij.col.i.lib.i.

& in consi.xix.col.ij.lib.ij. Alex.in consi.lxxiij.col. fina.lib.ij.& in consi.xlvi.in secundo dubio,lib.iij. Socy.in.d.consi.xxix.colū.vij. in secundo dubio. lib.i.Anchar.in consi.vltimo.col.pen. Sed est subscriptio Cardi.ad consilium Zilioli de canitellis inter consilia Anchar.in.d.consi.vltimo.& hanc opi. dicit communem, Fely.in.c.de quarta. colū.viij.de prescriptio.quem refert & sequitur Curtius iunior in consi.vltimo.col.iij.in fi.Eandem opi.tenet Bellamera in consi.vij.col.pen.versi. quarta etiam solutio.& in consi.x.col.ix.post med. versi.secūdum fundamentum est,& pro ea Fely.in.d.c.de quarta. col.xi.dicit se põderare tex.in.c.dudum.de decim. sed similis videtur tex.in.c.cura.de iure patro.

Contrariam opi. ꝙ immo error iuris non impediat prescriptionem longissimi temporis,tenet Roma. in consil.cxxiij.circa primum dubium. colū.iij.per glo.in.d.c.de quarta.Paul.de Cast. sibi contrarius in consi.ccccvi.satisfaciendo,col.iij.post med.in septimo dubio.lib.i.in consi.iij.in causa que vertitur coram domino Vicario potestatis Pergami,ad fi. in cõsi.xliiij.circa presentem casum notandum. col. ij.circa fi.& in consi. lxxxi. in causa que vertitur inter reuerendum patrem col.iiij.ad fi .lib.ij.allegat Barto.in.d.l.celsus:col.iij.in fi.versic.dic ergo vbi, ꝙ bona fides presumitur si precedat titulus verus vel putatiuus etiam errore iniusto , allegat etiam Cy.in.l.venditioni.C.de vsucapio. pro emptore. Idem tenet Bal.in consi.ccxxi.primo queritur vtrū

in concessione ad fi.lib.i & in cõsi.cccccxi.quidam prelatus.in fi.lib.v.allegat no.in.c. uolumus.xvi.q. iiij.Idem uidetur velle Abb. in consi.xxxvij.in tertio dubio.lib.i.dum allegat.c.cum dilectus.de consuetu.Idem sentit Calca.in consil.lxviij.col.ij. in fi. Idem sentit Rota decis.cccx. nota ꝙ ex minus in antiq.Idem tenet Calderi.in cõsi.ij.col.ij.circa med. versic.& si vis,ꝙ necessarius in titu.de.constitutio. Idem tenet Guido pape.quest.clix. vbi ꝙ alienatio prelati sine consensu capituli prestat iustam causam prescribendi,per text.in.c.cura de iure patro. Sed ultra Guido.pape, allego ad hoc Frederi. de Senis in consil.ccxlvij. uersicu. item in remissione. Et hanc opinio. dicit communem Alexandrinus licet tot patres non referat in consilio .lxxv. columna secunda ad fin. & in consilio. cliiij. ad fin.
162 Eandem ✝ opinio.tenet Rippa in.l.prima.colu. tertia.circa medium.ff. quorum bono. vbi ꝙ spurius prescribit hereditatem paternam spacio triginta annorum, licet erret in iure credens se capacem cum non sit post Bald. in .l. nullo .C. de rei vendi.de quo dixi in consilio. clxvi. numero . 13. & quod error iuris non impediat prescriptionem longissimi temporis tenet Imola in dicta. l. nunquam.ff.de vsucapio. quem refert & sequitur Socyn. in consilio. xxxiij. columna tertia post medium versiculo secundo respondetur.libr.iiij.Eandem opin. tenet alij Docto. relati per Fely.in.d.c. de quarta.col.xi.in tertia limitatione.

QVID tenendum si respicimus ad numerum autoritatum pro & contra adductarũ, scientia hec legalis magis in opinione hominum q̃ in ratione uidetur cõsistere miror, q hodie sic leuiter sequamur opi.ex numero Doct.maxime cõsulendo plerique enim eris cupiditate adducti secuti sunt opin. quas aut malas notas habebãt & impugnassent cessante pecunie libidine aut quia animi torpore aut segnicie capti, non aliter eas degustare cure fuit, Ego scribam quid sentiam distinguendo aliquos casus. Primus casus est, quando prescriptio habet in se naturalem equitatem, & tunc error iuris nõ noceat, puta si quis prescribat relicta sibi in testamẽto minus solenni, & ita hoc casu tenet Bald.in consi. clxxix. quando sapiens in fi.lib.iiij.& iste casus potest extendi ad multa exempla quid enim si quis idiota aut iuris rudis contraxit minus solenniter cum prelato, tamen re uera ille cõtractus factus est ad commodum ecclesie, adeo q etiam interuenientibus solennitatibus aliter geri non potuisset res, certe isto casu prescriptio uidetur in se habere naturalem equitatem. Idem in contractu cum minore & alijs id genus. & isto casu uidetur cessare fundamentum, q presumitur malafides in eo qui mercatur cõtra iura quia illud non uidetur procedere in eo qui in ueritate contrahit bonafide precium iustum soluit, qui videt illud conuerti ad vtilitatem ecclesie vel minoris adeo quod conditio ecclesie vel minoris potius efficitur melior quam deterior, & pro-

pterea quia rem agi videt ad ecclesie aut minoris vtilitatem, de vlteriori solēnitate non curat, Et ista intelligo etiam, ꝙ prescribens non tractet de damno, quia ecclesia vel minor velit restituere precium possessori.

SEcundus casus est, quando prescribens tractat de damno vitando & ecclesia vel minor de lucro, & tunc error iuris non videtur nocere prescribenti. l. iuris. ij in fi. & l. error. C. de iuris & facti ignor. facit text. in l. qui testamento in fi. ff. de excusa. tuto. vbi error sententie inualide que putabatur valere, excusat a damno, Et sine dubio uidetur procedere iste casus in personis in quibus magis toleratur error iuris, quando agitur de uitando damno vt in minore, muliere, milite & rustico, per ea que habentur per Moder. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. & in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. In iurisconsulto enim contrahente contra formam iuris aliud uidetur dicendum.

163 Tertius casus † est quando vltra omissionem solennitatis reperitur lesio in ecclesia vel minore, & isto casu uidetur procedere quod scribit Ias. in d. §. item si quis i. col. vij. instit. de actio. ꝙ talis contractus sine solennitate iuris uidetur factus clandestine & sic per dolum & malamfidem non enim curauit contrahens de iuris solennitatibus, quia intendebat locupletari cum damno Ecclesie vel minoris, & considerabat id fieri non posse si adhibita essent solennia.

Qnartus

164 QVartus † casus est & hic declaratur. secundus modus intelligẽdi hanc duodecimam, q. quando fuit error iuris omnino ꝓhibitorij & ex quo resultat actus reprobatio simplex & absoluta adeo ꝙ iste error iuris videtur in se habere implicitum errorem iuris quodammodo naturalis puta quando quis facit contractum simulatum & feneraticium & isto casu sine dubio argui videtur dolus & malafides contrahentis adeo ꝙ uirtute talis tituli non videtur in eternum prescribi posse durante malafide & de tali titulo sic reprobato ꝙ ex eo prescribi non possit, late tradit Barba. inter consilia calca. in consil. xxviij. & sub isto casu videtur comprehendi dispositio text. in. d. c. dudum de decimis quem Fely. dicit se põderare in. d. c. de quarta col. xi. nám ibi titulus habitus a laico super decimis videtur omnino reprobatus etiam iure quodammodo naturali cui enim etiam rustico dubium esse potest ꝙ potestas spiritualium ad laicos non pertinet, similiter sub hoc quarto casu videtur comprehendi dispositio. d. c. cura de iure patro. que ratio videtur cessare quando titulus omnino & simpliciter non reprobatur sed solum prohibetur nisi adhibeatur certa solennitas puta in prelato ecclesie qui solum prohibetur alienare de bonis ecclesie non seruatis solennitatibus iuris talis enim prohibitio sic qualificata non est eque odiosa ac prohibitio simplex & precisa, & ne videar mihi ascribere istam distinctionem in terminis casus nostri tradit Cal-

deri.in cõsi.iiij.in titu.de prescriptio.& in consi. ix. in titu.de rebus eccles.nõ alie.Est verum ꝙ in.d.cõ. ix. considerat Calderi.prohibitionem simplicẽ qñ res ecclesie alienatur in laicũ sed certe illa non videtur omnimoda & simplex ꝓhibitio sed qualificata nisi interueniant solẽnia iuris & isto casu potest considerari equitas naturalis ex parte accipientis ab ecclesia si secundum veritatem nihil factum sit ad preiudicium ecclesie cum locupletatione accipiẽtis. Ex premissis abũde eque & utiliter ꝯbsolutam habes hanc duodecimã.q an antiquitas tp̃is uim tituli ha

165 beat qñ titulus producit̃ q̃ vitiosus sit & in † casibus in q̃bus dictũ est antiquitatẽ tp̃is cuius inicij memoria nõ extat in cõtrariũ,nihil prodesse qñ apparet de uitio tituli ꝓducti,nõ obstat secundũ argumentũ supra factũ ꝙ talis antiquitas habet presumptionem iuris & de iure pro se, quia rñdeo tribus modis,Primo ꝙ cõtra talẽ p̃sumptiõnẽ admittitur ꝓbatio in contrariũ,p̱ cõfessionẽ partis ut habet̃ in aucten.sed iam necesse.C.de dona. ante nup. & in l.si.ff. q̃d metus cau.sed qñ producit̃ titulus prescribentis vel eius autoris,satis vr̃ apparere de eius cõfessione p̱ scripturã que semper loquit̃. ¶ Secundo rñdeo ꝙ lex contulit vim tituli tali antiquitati tp̃is qñ cessat prouisio hominis,sed quando apparet de expressa ꝓuisione hominis cessat tunc legis ꝓuisio. ¶ Tertio rñdeo ꝙ lex prebet efficaciam tituli tali antiquitati tp̃is et prescriptionẽ tam antique p̃suppositis alijs habilibus ad prescriptionem puta ꝙ

prescribens sit capax iuris qd prescribitur, q sit in bonafide qa quotiens de aliquo disputat. presupponuntur omnia habilia aliunde .l. qui testamento in prin.ff.de testa.c.i. de etate & quali. sed quando apparet de titulo vitioso & reprobato, cessat bona fides & fides mala apertissime arguitur que prescriptionem in eternum impedit ut inferius dicemus & sic fateor q contra talem presumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrariū quominus prescriptio tanti temporis vim tituli habeat dummodo prescribens sit in bonafide.

166 QVarto † respondeo q contra presumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium per indirectum glo.sing.& cōmuniter approbata in clem.i.de proba.quam glo. pro multū no. refert & sequitur Socy.in consi.ccxlij.colū.ij. in fi. versi.quoniam ad hoc videbatur posse responderi lib.ij.illam etiam glo.dicit singularem & communiter approbatam idem Socy.in consil cxci. colū. ij.in fi.versi.que ratio cessat libr ij.modo licet directo non admittatur quis ad probandum antiquitatem tanti temporis vim tituli non habere, admittetur tamen per indirectum dicendo ego non dico quin antiquitas tanti temporis uim tituli habeat sed dico q talis titulus hic non nocet quia prescribens fuit in malafide ad cuius malefidei probationem produco titulum hunc expressum per quem apparet contractum fuisse contra expressam iuris prohibitionem & contra ius quodammodo naturale.

267 HANC tamen † duodecimam.q. & dicta in ea intelligo quando quis ignoranter quid soluisset ex titulo inualido secus si scienter sciens ipsum titulum esse inualidum quia tunc censetur approbatus talis titulus quando expresse approbatio fieri posset per ea que habentur in .l.si certis annis.C. de pactis & in.l.i.C.de fideicom.vbi late habetur an prestatio subsecuta confirmet titulum inualidum an autem presupposita scientia facti idest tituli,possit quis allegare ignorantiam iuris circa eius inualiditatem vbi agitur de vitando damno, habetur in locis ordinarijs.

268 Decimo tertio † quero an in prescriptione temporis cuius inicij memoria non extat in contrariũ, noceat malafides prescribentis, videret dicendum ꝙ non & ꝙ immo allegari non possit malafides post.xxx.annos quia ex cursu .xxx.annorum videtur purgari presumptio malafidei Barto. in.l.fi. in fi.C.vnde vi cum sim.vt Deci. tradit in consil. cclxvij.colũ.iii.post med. & in consil. cclxxij. col. v.circa med.Iaso.in.§.sed iste col.xix.nume.c. insti. de actio. & in consil. lvij. colum.fi. in consi. lxxij. colum.ij.post med.libr.i.& in consil.ccix. colũ. ij. circa fi.libr.ij.Curtius iunior in consil. lij. colũ. iiij. Addo Paul.de castr. in consil.clxix. viso quodam processu agitato forliuij colum .ij.lib.i. vbi ꝙ post lapsum longissimi temporis malafides allegari non potest,similiter Corn.in consi.xcvi.colum.fi. libr. iiij.voluit bonamfidem simpliciter presumi ex la-

psu temporis longissimi. Et in terminis q malafides non noceat in prescriptione temporis, cuius inicij memoria non extat in cōtrarium, tradit Dec. in.l.traditionibus colum.iij. circa med.C. de pactis in consi.ccccxcvi. colum.ij. circa med. & in consil. cccccc xxxviij.colum.i. in fi. allegat Salyce. in.l.ij. colum. fi.C. de seruitu. idem tenet Ioan. Zenobius de Vbaldis inter consilia Bald. in consil. ccclxx. verba rescripti circa fi. versi. non obstant ea que dicuntur libr.iij. & nouissime Boerius decis. xxxix. numer. vij. vbi simpliciter refert & sequitur Saly. in.d.l.ij.C.de seruitu.

SED contrarium q immo noceat malafides in tali prescriptione tenet glo. in c.i. in glo. pen. in versi. nisi de prescriptio. lib. vi. & ibi Francus colū. fi. quam glos. refert & sequitur decisio Neapoli. decisione ccclxviij. colum. iiij. versi. & ideo voluit, Idem tenet Ange. de Aretij in §. si furtiue circa prin. instit. de vsucapio. vbi q de iure canonico possessor malefidei non prescribit in eternum. idem vult Abb. in c.fi. in primo nota. de constitutio. vbi requirit bonā fidem ut quis prescribat contra septimam potestatem imperatoris & tamen tali potestati non prescribitur nisi per tempus antiquissimum cuius inicij memoria non extat in contrarium vt habetur in.l.imperium.ff. de iurisdi.om. iudi. Immo plerique volunt talem potestatem supremam non esse prescriptibilem. Idem vult domini. in c. sacrosancta xxij. di. quem refert & sequitur Fely. in c. cum no-

bis colum.i.de prescriptio.inferens ꝙ greci nõ potuerunt prescribere contra superioritatem romane ecclesie ratione cuiuscunq; temporis propter malam fidem.Eandem opi.tenet Bertachi.in .iij. parte sui reperto.in verbo prescriptio quomodo causatur versi. si, orlandus de curte inter consilia calca. in consil.vi.colum.pen.post med. vbi ꝙ malafides opponi potest vsq; ad.xxx.annos & milia milliũ. idem tenet Bartholomeus de vulpis de Socino ſinter consilia eiusdem calca.in consi.liij.colum.ij. ante med.Ias.in consil.xxiiij.colũ.pen.ante med.libr. iij. ponderando ꝙ in precedentibus locutus fuerat Iaso.de prescriptione temporis; cuius inicij memoria non extat in contrarium.& tamen in.d.colum. pen.vult ꝙ noceat malafides. Eandem opin.tenet Alexãdrinus in cõ.xiij.col.iiij. in fi. Idẽ ego tenui

69 in consi.cxlvi.& ibi † respondi ad dictum Bart. in.d.l.fi.C.vnde vi ꝙ procedit de iure ciuili, secus de iure canonico cui standũ est in hac materia malefidei ut habetur in reg. possessor malefidei libr. vi.tradit roma.in consi.cclxxv. ante fi. Alexan. in consi.clxxxv.colum.ix.in fi.versi.& predicta sunt seruanda libr.ij.in consil.li.colum.ij.in fi.libr.v. decisio Neapoli.decis.xiij.colũ iij.versi.& si diceretur mihi. Decius in consi. cxliiij. colum.iij. circa med. versicu. preterea iste.

ED ista responsio non videt̃ satisfacere quia Bart. non dicit ꝙ post.xxx.annos possit quis prescribere cum malafide,quia si hoc diceret, male loque-

retur attenta dispositione iuris canonici, cui vt dixi, standū est sed dicit Barto. ꝙ presumptio malefidei precedens tollitur per cursum.xxx. annorum, vult ergo Barto. secus esse in malefide vera, nō presumpta quia vera malafides nunq̄ tollitur neq̄ purgatur per aliquem temporis lapsum puta quando ex instrumēto vel testibus apparet ꝙ scienter quis emit rem alienam prout in casu in quo consului in d.consil. cxlvi. vbi vnus fratrum vendiderat rem communem suo & fratris sui absentis nomine & sic vere apparebat ꝙ emptor sciebat rem ad alium fratrem pertinere pro rata. & ꝙ dictum Bart. non procedat vbi uere constaret de malafide aliter q̄ per presumptionem tenet Areti. in.d. consil. cliij. cōsultatio in fi. additio ad Barto. in.d.l.fi.C.vnde vi. & profecto si videantur doct. tenentes opi. Barto. omnes loquuntur in malafide presumpta excepto decio in.d.consil.cclxvij & in.d.consil.cclxxij. vbi loquitur quando constat de malafide precedenti, sed vel dictum decij debet intelligi secundum dictum Barto. quem allegat quando constat per presumptionem tantum, vel si aliter intellexit, male locutus est ad salutis perniciem. Eque dum Paul. de castr. in.d.consil.clxix.colum.ij. libr.i. voluit malamfidem allegari non posse post.xxx. annos, debet intelligi de malafide presumpta non vera. &
170 istud † est quod doct. dicunt presumi bonamfidem ex temporis diuturnitate Innoc. in capitulo secundo de in integrum restitutio. Abbas &

doct.in.c.consultationibus de iure patro. & idem Abb.in consi.lxxxix.colum.iij.libr.i Alexan. in consil.lxxviij.colum.fi.lib.vi.in consil.xvi. colum. viij.versic.quinimo fortius libr.v.in consi.cli. viso themate colum.pen.in fi.libr.ij Areti.in consi. lxiij. in presenti consultatione colu.pen.versi.modo po sito,sed ista presumptio que insurgit ex antiquita te temporis,recipit probationem in contrarium vt sup ra dictum est in.xij.q.

PVtarem tamen q si presumptio malefidei esset fortior q presumptio bonefidei prouenien s ex temporis antiquitate,q preualeret presumptio fortior malafidei quia vna presumptio tollit aliam & fortior tollit debiliorem l. pen.ff de resti. in integrum & ibi no.et in precedentibus diximus ad aliud pro positum.& ita in specie tenet Fely.in.c. vigilanti in fi.de prescriptio.Boerius decis.ccxi.col.vi.in.ij.pte.

271 DEcimo quarto † quero vidimus supra q per consuetudinem aut prescriptionem temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium, acquirun tur regalia & principi reseruata , an procedat talis consuetudo aut prescriptio quando esset onerosa ecclesie,videretur dicendum q non quia talis consuetudo reprobatur.c.i.de consuetu.

COntrarium tenet ibi Deci. allegat Bald. in .c.i. in prin. colum. vi. versi.quero quanto tempore qui feu dare pos. Cardi. in clem.ij.q. viij. de rebus eccles.non ali. Addo rotam decisione.dccclxi. vtrum valeat consuetudo in antiq.facit Abb.in consi.vij

colum.ij.libr.ij.vbi ꝙ ex tali consuetudine cuius inicij memoria non extat in contrarium potest episcopus recipere onera extraordinaria ab ecclesiis sibi subiectis & tradit idem Abb.in consil.xxvi.colū.ij.versi.sed predictis libr.ij.

172 DEcimo quinto † quero an in tali consuetudine temporis cuius inicij memoria non extat in cōtrarium, necesse sit querere de actibus a quibus originem habuit talis consuetudo, dic ꝙ non Oldra. in consil.ccxliiij.ad obiectus col iij.in fi.& in consi. ccliiij quia tota col.iiij.versi.iij.opponitur.

SED aduerte ꝙ licet non sit necesse deducere & probare actus a quibus exordium sumpsit talis consuetudo quia hoc esset impossibile cum excedant hominum memoriam, est tamē necesse probare actus in quibus per hominum memoriam ita fuit obseruatum. immo idem puto in consuetudine breuioris temporis ꝙ non sit necesse deducere & probare primos actus a quibus originem sumpsit sed satis est deducere tot actus quot sufficiant ad consuetudinem inducendam iuxta no. in.l. de quibus .ff. de legibus. & de modo probandi consuetudinem scripsi in consil.cxxxiiij.

173 Decimo sexto † quero an per istam prescriptionē tanti temporis, cuius inicij memoria nō extat in contrarium, acquiratur ius aliquod fortius ꝙ per prescriptionem breuioris temporis, dic ꝙ sic quia per prescriptionem longi aut longissimi temporis solum acquiritur dominium vtile, per istam autem

preſcriptionem temporis cuius inicij memoria non
extat in contrarium,acquiritur dominium directũ
Fely.in rubri.de preſcriptio.colum.iij.in tertia fal-
lentia,Bald. Alexan. & moder. in .l. traditionibus
C.de pactis Deci. in conſil. lxxxv. colum.ij. & in
conſil.ccccxcvi.colum.ij.circa med.

VTilitas autem ꝙ acquiratur directum dominium
eſt magna quia ſi acquiritur dominium directum,
ius prioris domini in totum extinguitur cum duo
non poſſint eſſe domini inſolidum reſpectu eiuſ-
dem rei & eiuſdem dominij.l. ſi vt certo.§.ſi duo-
bus.ff.commoda.conſequenter ſi res preſcripta ve
niret ad priorem dominium, poſſet ab eo vendica
ri per preſcribentem ſecus ſi preſcribenti queſitum
eſſet ius aut dominium vtile tantum vt habetur in
l.ſi quis emptionis.C.de preſcrip.trigin.vel.xl. an.
vbi fit differentia inter preſcriptionem longi & lõ-
giſſimi temporis quia preſcribens longo tempore
cum titulo poteſt rem vendicare etiam a domino
directo ſecus in preſcribente longiſſimo tempore
ſine titulo quia is non vendicat a vero domino
quicquid nimium generaliter dixerit Corn. in cõſ.
xiiij.colum.vi.libr.iij.Corn.tamen opi. voluerunt
petr.Cy.& Ray.in .d.l. ſi quis emptionis vbi vo-
luerũt qđ ēt acqrēs utile dñium ꝑ ꝓ̃ſcriptionē,poſ-
ſit agere rei uēdi.cõtra dñm directum ſed Alex.in
conſil.ccxxxviij.in prin.libr.vi.tenet ꝙ agi nõ po-
teſt contra dominum nec alium habentem rem hy
174 pothecatam a vero domino rurſus ſi † res pre-

ſcripta perueniat ad tertium poſſeſſorem & dominium directum dicatur acquiſitum preſcriptione, non poterit dominus directus agere contra tertiũ poſſeſſorem quia ageret ſine vllo iure, ſecus ſi dominium directum non dicatur extinctum preſcriptione, quia poterit dominus directus agere contra tertium poſſeſſorem nec poterit tertius poſſeſſor opponere contra dominum directum de iure tertij qui preſcripſit & dicere tu non potes agere cũ alius preſcripſerit dominium vtile huius rei .d.l. ſi qs emptionis Bal.in cõſ.ix.factũ tale eſt col.pe li.i.

175 DEcimo ſeptimo † quero an exceptio iſtius preſcriptionis temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium obſtet agenti poſſeſſorio, Dic ꝙ ſic etiam ſi agatur poſſeſſorio ad decimas rota deciſio.cclix.ſi rector alicuius in nouis, refert & ſequitur Gozadi.in conſil.vij.col.iiij.poſt med.

176 DEcimo octauo † quero an preſcribatur iuramento fidelitatis per tempus cuius inicij memoria non extat in cõtrariũ, vt acquirat̃ libertas nõ preſtandi ſi qs illud non preſtiterit ꝑ tp̃s tam antiquũ Abb.ĩ cõ.lxxxij.co.ij.ver.ij.principaliter li.i.ꝙ ſic.

SED aduerte circa iſtud dictũ Abb. qa ſi loquimur in eo qui recognouit rem feudalem aut in eius ſucceſſore vniuerſali, non videtur preſcribere ius directi dominij niſi a tẽpore interuerſe poſſeſſionis .l. male agit̃.C.de preſcri.trigin.uel.xl. anno. ceſſante igit̃ interuerſione poſſeſſionis nũꝗ currit p̃ſcriptio cõtra dñm directũ, ſi uero loquimur in ſucceſſore

singulari dictum Abb. posset procedere posito quod talis successor nunquam recognouerit & rem tenuerit tanquam liberam bonafide immo isto casu non videtur necessaria prescriptio temporis tam antiqui sed sufficere videtur prescriptio .xxx.vel.xl.annorum per dicta supra in viij.q.in eo vero qui tenet rem tanquam feudalem, non videtur quod possit prescribere contra iuramentum fidelitatis quia ex quo dominus directus vtitur iure suo in aliquibus videtur conseruare ius suum in totum.in materia enim prescriptionis vsus in parte conseruat ius in totum .l. si is qui vsumfructum.ff.de vsufruct.Bar.in consi.clxxxix. primo queritur colum si roma.in consi. cxcviij.non est dubium col.fi.Paul.de castr.in consil. clxxix. in causa quam magnificus colum.iiij.in fi. libr.i.Cor. in consi.cclxviij.colum.i.in fi.libr. iiij. & quia vasallus videtur in malafide quia tenendo rem tanquam feudalem scit se teneri ad iuramentum fidelitatis. ¶ Dictum tamen Abb. posset procedere respectu prestationis eorum que continetur in iuramento fidelitatis quia si vasallus per tempus tam antiquum ea nunquam prestitit vel aliqua tantum prestitit non posset dominus eum cogere ad prestandum iuramentum fidelitatis tale per quod nouitas fiat contra vasallum ita Socy.in consil.cclvij. col.iiij. versi. preterea aduertendum est libr. ij. & contra dictum Abb.adduco Bald.in.d.l.male agitur col.iij. versic. per quas leges dicunt.

77 DEcimo nono quero tan in consuetudine col-

lectandi forenses requiratur tempus cuius inicij memoria non extat in contrarium, videtur dicendum ꝙ sic quia habet causam discontinuam per ea que habentur in l. seruitutes la grand. ff. de seruitu. & ita in specie questionis nostre tenet Barto. in l. i. col. iiij. C. de mulie. & in quo loco libr. x. & in l. cum neq3. C. de incolis eod. libr. x. sequitur Alexan. in consi. lij. libr. v. & in consil. lxxviij. circa fi. libr. vi. Areti. in consil. cxxxij. in causa que vertitur colū. iij. versi. ij. respondeo Deci. in consil. cclxxxv. circa fi. vbi tamen allegat Alexan. in consi. lxviij. libr. ij. vbi Alexan. tenet expresse contrarium ꝙ non requiratur tantum tempus. & ꝙ requiratur tempus cuius inicij memoria non extat in contrariū in col lectandis forensibus voluit Corn. in consi. cclxviij. col. vi. li. iiij. Curtius iunior in cō. xc. co. iij. post me.

SED contrarium ꝙ tantum tempus non requiratur sed sufficiat tempus decem annorum in consuetudine collectandi forenses tenet Alexan. in d. consil. lxviij. colum. iij. in fi. versi. nec obstat ꝙ videatur necessarium libr. ij. vbi arguit hoc modo nam tale ius collectandi non est de reseruatis principi cum inferior possit statuere ꝙ forensis teneatur ad collectas, quod dictum refert & sequitur Felyn. in d. c. cum nobis colum. iij. versi. demum nota unum signum de prescriptio. Iaso. in d. l. de quibus colum. xij. versi. & per predicta redditur valde. ff. de legibus Curtius iunior in consi. lx. colum. iij. in fi. & ista opi. videt̄ ꝓcedere presupposita potestate statuēdi

cõtra forẽſes poſſidẽtes bona in territorio ſtatuẽtiũ. SED difficultas eſt in reſpondendo ad argumentum ſupra factum in contrarium ꝙ iſtud ius collectandi habet cauſam diſcontinuam, ob id neceſſarium videtur tempus antiquiſſimum cuius inicij memoria non extat in contrarium, ſed ſolutio colligitur ex dictis doc. iſtam partem tenentium videlicet ꝙ hic agitur de conſuetudine per quam acquiritur ius vniuerſis de populo in qua conſuetudine etiam iuri contraria ſufficiunt decem anni non habita ratione an habeat cauſam continuam uel diſcontinuã vt ſupra vidimus in .iiij. differentia inter conſue-
175 tudinem & preſcriptionem ꝑ Secundo ✝ reſponderi poteſt ꝙ contrarium procedit in iuribus realibus habentibus cauſam diſcontinuam in ꝗbus requiritur tempus antiquiſſimũ ſecus in perſonalibus in quibus cadit poſſeſſio vel quaſi quando aliquod ius debetur a perſona perſone nam tunc talis poſſeſſio ſeu quaſi dicitur continua propter animum perſone cui ius debetur que perſona continue retinet poſſeſſionem ciuilem animo, Ita reſpondet & declarat Barto.in l.iuſto.§.non mutat.ff. de vſucapio.ſequitur Pau.de caſt.in conſi.ccccxliiij. in cauſa que vertitur inter communitatem col.iij. in fi.lib.i. in conſil.iij.in cauſa que vertitur coram domino vicario poteſtatis pergami & in conſi.cxij. ſuper primo videtur dicendum dictam ſententiam colũ. ij. poſt med.lib.ij. Areti.in conſi.cliij. conſultatio col. fi.verſi.ij. premittendum Corn.in.d.conſi. cclxviij.

colum.x.verſi.nec obſtat ſecunda ratio libr.iiij. Ad do domini.in.c.non eſt de conſuetu.libr.vi. vbi ꝙ ius preſcribendi confirmationem epiſcopi in archiepiſcopi non dicitur habere cauſam diſcontinuam, cum perſona archiepiſcopi continue poſſideat, ob id non requiritur antiquiſſimum tempus in tali preſcriptione cuius inicij memoria non extat in contrarium quod domi.dictum refert & ſequitur aufrer.in deciſ.toloſa.q.cccxxiiij. in fi. aliquid dixi in conſil.iiij.colum.ij.poſt med.

179 SED contra † iſtud dictum ꝙ ſufficiat decennium in conſuetudine collectandi forenſes, videtur aliud obſtare quia preſumptio iuris communis eſt contra preſcribentem cum de iure cõmuni collecta non imponat forenſi .l.reſcripto.§. fi.ff.de numer. & honor. ob id ceſſante titulo videtur neceſſarium tempus cuius inicij memoria non extat in contrarium.c.i.de preſcrip.libr.vi.

SOlutio ille text. non procedit in conſuetudine inducta ab eo q expreſſe poſſet ſtatuere ſup eo ſuper quo inducit conſuetudo, quia tũc dici nõ põt preſumptionem iuris eſſe contra inducentẽ cõſuetudinem ex quo tale ius expreſſe tolli poterat ita declarat Fely.in.d.c.ſi diligenti col.v.ver.iij.reſtrictio de conſuetu. & ꝙ ille text.non procedat in conſuetudine tradit Deci.in cõſ.cxxxiiij col.fi.ver.ij. rñdet.

SEcundo reſpondetur ꝙ text.in.d.c.i.de preſcriptio. libr.vi.non procedit niſi quando ageretur de leui preiudicio Fely.in.d.c.ſi diligenti colum.v.ſed hic

videtur agi de leui preiudicio quia si forensis collectatur in loco possessionis bonorum, iam non collectabitur pro eisdem bonis alibi in loco domicilij aut originis quia pro eisdem bonis onere duplici grauari quis non debet.l. nauis .§. cum autem ff.ad legem rho.de iactu.l.incola. &.l. fi.§. item rescripserunt.ff.ad municip.l.titia.§.qui inuita.ff. de lega.ij.l.qui dotem.ff.de dote prelega. & in collecta tradit Barto.in consi.cxcvi.ciuitati camerine colū.ij.post med.versi.nec obstat quod no. ¶ Tertio respondetur ꝙ non procedit text.in.d.c.i.nisi quando ius commune fortiter resistit contra prescribentem secus si sit leuis presumptio Abb.in.c. vigilanti colum.pen.de prescrip.quod dictum pro aureo refert & sequitur Fely.in c. de quarta colum. xiij. in fi.versi.sed considera circa primum & in.c.si diligenti colum. iiij. versic. dum subdit Abb. de prescrip.Deci.in.d.consil.cxxxiiij.colum.fi.subdit propterea Deci.ꝙ laici prescribunt ius patronatus .xl. annis quia ius commune non fortiter resistit, Eodem modo dicamus in casu isto ꝙ ius commune non fortiter resistit cum ex consuetudine forenses plurimi collectētur in locis vbi bona possident.

180 VIgesimo † quero quid in prestationibus annuis,an tollantur prescriptione temporis cuius inicij memoria non extat in contrarium, Guido pape.q.ccccvi.tenet ꝙ tollatur spacio centum annorum.idem tenet Boerius decisione. cccxxxvi. in fi. vbi idem licet redditus annuus esset relictus in per-

petuum

petuum per.l.si vsusfructus.ff. de vsufruc.lega. vbi Barto.& idem Barto.in.l.menius.§.fi.ff.de lega.ij. plene per Io.de ana.in consil.xxxix.

SED aduerte quia puto q pape & Boerius nimium generaliter fuerint locuti si enim loquimur in relicto annuo sine dubio bene loquuntur quia illud equiparatur relicto vsusfructus & non transit ad heredes.l.in singulos ff.de annuis lega. & legatum annuum censetur relictum ad alimenta.l. cum hi .§. si in annos.ff.de transactio.quod etiam legatum alimentorum nõ transmittitur ad heredes .d.l.cũ hi.§. modus.ff.de transactio.l.titio vsusfructus.ff. de vsufruct.lega.Bal.in aucten. cui relictum in fi.C. de indicta vidui.tollen.nimirũ si tali relicto annuo prescribitur centum annis quia non debetur vltra vitã legatarij etiam cessante prescriptione, sed vbi ageretur de prestatione annua debita ex contractu tenendo opi. vltramontanorum q tot prescriptiones sint necessarie quot sunt anni quam opi. tenent Guido pape & Boerius in dictis eorum decisionibus similiter vbi ageretur de annuo relicto cuius natura esset alterata per testatorem ita q transeat ad omnes heredes in infinitum iuxta .l.in annalibus C.de lega.puto q opi.pape & Boerij nullo modo possit procedere quia si tot prescriptiones sunt necessarie quot sunt anni, quomodo volunt q pro iure futuro & quod nondum peti poterat currat prescriptio contra reg.l.i.C.de anna. excep. q nõ valenti agere non currit prescriptio . Rursus doct.

ſimpliciter & generaliter loquuntur ꝙ tot preſcriptiones ſunt neceſſarie quot ſunt anni & tamen attento dicto pape & Boerij ſequeretur maxima reſtrictio & limitatio ad concluſionem doct. quia in effectu ſi bene conſideras, ſolum erit neceſſaria preſcriptio aliquot annorum donec ventum ſit ad preſcriptionem centenariam contra .l. de precio.ff. de publicia.

NEC aliquid faciunt iura alleg. per pape & Boeriũ quia ut dixi loquuntur in his que de ſui natura nõ ſunt transitoria ad heredes prout in vſufructu vel annuo relicto ob id arguunt de caſu ualde diuerſo & habente rationem valde diuerſam.

181 SED dicet † aliquis immo agi poteſt pro iure annuo de preſenti vt cogatur debitor ſoluere ſuo tempore iuxta plene no. in.l.i.C.de fideicom. Dec. in.l.i.colum.pen. ante med.C.de inſti.& ſubſti. capel. toloſa.q.xxx. & ſic non obſtabit reg. d.l.i.C. de anna. excep. reſpondeo ꝙ tale iudicium nõ poterit perpetuare actionem niſi ad annos. xl. ideo ſi dicas preſcribi annis centum, ſemper fiet contra illam regulam ꝙ curret preſcriptio non valenti agere quia preſcribetur iuri de futuro quod perpetuari non potuit in tantum tempus.

182 SED in alia preſcriptione † breuioris temporis quomodo preſcribatur iuribus annuis, ſi quidem loquimur iure annuo debito ex ultima uoluntate doct. conueniunt citramontani & vltramontani quod tot p̃ſcriptiones ſint neceſſarie quot ſunt

SED hoc dictum reprobat Boerius in suis decisionibus .q. cxxv. colum. pen. in fi. & seq. dicens quod vera & communis opinio est in contrarium & quod hoc modo semper cogerentur subditi ad molendũ & coquendum in molendinis & furnis domini. ¶ Sed pro defensione dicti Bald. considerandum est quod doct. dicentes dominum non posse cogere subditos ad molendum & coquendum in suis molendinis & furnis, loquuntur quando dominus hoc faceret ad priuatum eius vtilitatẽ sed quando ad publicam ita quod talis coactio cederet cõmodo etiam ipsorum subditorum, doct. nihil dicũt in contrarium. Immo si videatur Socy. in cõsi. cclxxij. colum iiij libr. secundo quem Boerius allegat pro se, videtur Socy. velle hanc partem quod dominus possit subditos cogere ob publicam vtilitatem dum principaliter se fundat quod statutum de quo in casu suo per quod cogebantur subditi ad molendum in molẽdinis domini, sapiebat monopolium tanquam factum ad commodum solius domini & preiudicium subditorum & super hoc po-

tissimum insistit Socy. sentit ergo secus esse quãdo ita statueret dominus ob publicam vtilitatem, sed quia Socy. adducit aliam rationem quia dominus inferior recognoscens superiorem non potest statuere contra ius commune pro clara intelligentia huius difficultatis videndum est de duobus, Primo an dominus prohibeatur sic statuere tanq; contra ius commune quo iure in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & sic auferenda non videtur libertas subditis molendi vbi maluerint secundo an prohibeatur dominus sic statuere tanq; tale statutum concernat preiudicium aliorum habentium molendina.

236 CIrca primũ videtur simpliciter dicẽdũ q dñs castri nõ possit statuta cõdere qa hoc vr̃ de summo imperio qd cõpetit soli principi. l. nõ ambigit. ff. de legibus. §. sed qd principi insti. de iure natu. gẽ. & ciuili & ita in specie determinat Ang. in l. imperiũ col. iij. ver. ex pdictis et decidit. ff. de iurisd. om. iudi. sequit Ias. ibi col. v. circa fi et idẽ Ias. in. l oẽs populi col. iij. ver. p clara intelligentia ff. de iusti. & iure in. i. lectu. contrarium q immo dñi habentes iurisditionẽ perpetuam possint statuta condere tenet Bar. in l. omnes populi in quarta. q prime questionis prin. ff. de iusti. & iure & in. l. i in prin. ff. quod quisq; iuris sequitur Alexand. in consil. cxxiiij. colum. ij versic. quantum autem ad proclamata lib. iiij. Deci in cõsi. cxcix. colum. ij. circa fi. idem tenet Guidopape q. cccliij. sed pũctus est & difficultas in questione ista

quia hoc non videtur procedere quando dominus vellet statuere contra ius vt per Socyn. in .d. consi.cclxxij.colum.iiij.libr.secundo & tradit Imola in consil.liiij. Alexan.in .l. nemo potest colum. i.ff.de lega.i.ob id videtur quod dominus nõ possit statuere quod eius subditi vadant ad molendum & coquendum in eius molendinis & furnis quia istud videtur contra ius commune quo iure quilibet potest molere & coquere ad arbitrium. Ex quibus inferri videtur quod maior sit potestas unius populi quã vnius domini habentis iurisdictionem perpetuam quia populus potest statuere contra ius commune vt per Imolam in.d.consil.liiij.

237 AD istud † respondetur quod non obstat dicto Bald.& Iacobi .de.S.Georgio quia non procedit quando dominus & inferior a principe vellet statuere contra ius commune ex causa publice vtilitatis nam isto casu etiam inferior a principe potest alteri auferre rem suam & iuri communi derogare siue per viam statuti siue per viam edicti generalis ita Alexan.in.d.consil. cxxiiij. colum. secunda versi. quantum autem ad proclamata libr. iiij.in. d.l. nemo potest colum.i. & in consil. cvi. colum.iiij. versic. quinto probatur libr. secundo. Iaso.in.d.l.omnes populi in fi.in prima lectu.& in secunda lectu.colum.ij.circa fi. in.l. non solum .§. morte colum.xx.versi.quinta conclusio.ff.de operis noui nuncia.& in .l.i.in primo nota.C.de precibus impera. offer.itaq; ex hoc capite non potuit

Boerius reprobare dictũ Bald. & Iacobi. de sancto Georgio, videmus, etiam quod ob causam publice vtilitatis possunt cogi subditi ad vendendum eorum res precio viliori. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufructu Alexan. in consil. cxc. colum. i. libr. secundo similiter ob causam vtilitatis publice potest quis cogi ad deputandum eius nemora, molendina & similia ad vsum publicum recepta competenti mercede Ange. in consi. ccvi. inter ordinamenta in prin. per. l. venditor. §. si constat. ff. com. predio. si inferior a principe ob causam vtilitatis publice potest alteri auferre rem suam, si potest eum cogere ad vendendum rem precio viliori, quanto magis poterit cogere subditos ad coquendum in eius furno & ad molendum in eius molendino siue ꝑ uiam statuti siue per viam edicti.

Nec ob. quod dicit Boerius ꝙ hoc modo subditi semper cogerentur ad molendum in molendinis domini, quia nego quando ex tali coactione solum obueniret vtilitas domino, Immo tunc solum cogentur quando tota respublica loci commodum sentiet qui casus rarissime tamen accidere solet quia vix fieri poterit quod domini velint deputare eorum molendina & furnos ad publicum compendium. vt supra dixi.

238 CIrca secundum † an valeat tale statutum cogens subditos ad molendum & coquendum in molendinis aut furnis domini vel ciuitatis quando esset preiudiciale alijs dominis molendinorum

quorum molendina per tale statutum breuioris red ditus fiunt Boerius in.d q. cxxv.tenet ꝙ non,allegat Calderi.inter consilia Anchara. in consi. xij. vbi quod non valet statutum spoleti per quod per indirectum subditi abstinebant a molendo in molendinis ecclesie quia per tale statutum fiebat preiudicium ipsi ecclesie super quo facto idem etiam consuluit collegium Bononiense vt patet in consil. xiij.inter consilia eiusdem Anchara. allegat etiam Anhara in consil.ccxcviij.in territorio Addo Anchara.in consil. clv. optimis rationibus vbi consuluit in eodem casu in quo consuluerunt Calderi. & collegium Bononiense que consilia refert & sequitur Alexan.in consi.ccxi.colum.fi.libr.ij.Socy. in.d.consi.cclxxij.colum.iiij. libr.ij Ias. in.l. ciuitas colum.iiij.ff.si cert.peta.in.l.quominus colū. xxix. q.xxv.ff. de fluminibus in .l.i. colum. prima post med. ff. de legibus.

VT iste secundus casus planius intelligatur diuido eum in tres casus, Primus casus est an valeat tale statutum in preiudicium ecclesie, secundus an valeat in preiudicium laicorum subditorum statuentibus, tertius an valeat in preiudicium laicorum non subditorum statuentibus. Circa primum casum in ecclesia ꝙ statutum non valeat, tenent Calderi.collegium Bononiense, Anchara. Alexan.Socy.Iaso.& Boerius in locis supra allegatis quia tale statutum videtur contra libertatem ecclesiasticam & per alias rationes de quibus per eos ibi & hanc opin. di-

cit magis communem Iaso. in dicta .l. quomi-
inus questio. xxv.

SED cōtrarium ꝙ immo tale statutum valeat etiam in preiudicium ecclesie, tenet Bald. inter consilia Ancha. in consil. xi Calderi. sibi contrarius in cōsil. xxi. episcopus in titu. de constitutio. cui consilio se subscripsit Anchara. pariter sibi contrarius & illud consil. Bald. xi. inter consilia Anchara. sequitur Iaso. sibi contrarius in consil. ccxxxvi. colum. iij. versi. similiter laici libr. ij. & in consil. xxxix. in fi. libr. iij. Curtius iunior in consi. cxlvij. in fi. Deci. in c. ecclesia sancte marie colum. xxiiij. versi. tertio con clusio supra facta de constitutio. in consil. cclxix. colum. iiij. versi. & hoc est presertim dicendum in consi. cclxxi. colum. iiij in fi. versi. non obstat alia ratio Iaso. in. l. filiusfamilias. §. diui colum. xi. versi. tu vltra alios. ff. de legat. i. Deci. in consil. ccxciij.
239 colum pen. in fin. & pro hac opi. † addo aliam conclusionem in simili de qua per Barto. in .l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. vbi quando facultates ecclesie crescunt & bona laicorum minuuntur, ne laici pauperiores sustineant omnia onera, possunt facere eorum predia tributaria vel ea hypothecare aut obligare pro soluendis oneribus & hoc modo transibunt predia in ecclesiam cum suo onere reali & tenebitur ecclesia ad onera pro dictis prediis. Idem tenet Anchara. in consilio ccciij. hoc statutum Calderin. in consilio septimo, in titulo de constitution. & in consilio

ſecundo colum.pen.& fi.in titu. de cenſibus idem tenẽt Abb.& alij doct.relati per Socy.in conſi.xij. libr.iiij. vbi hoc idem Socy. ſequitur Alios etiam doct.vltra Socy.idem tenentes refert & ſequitur Deci in.c.eccleſia ſancte marie colum.xxij. verſic. quod autem ſupradictum eſt de conſtitutio. licet Fely.ibi in quinta .q. dicat opi. contrariam veriorem & ſuſtentabiliorem & quod valeat talis hypothecatio bonorum licet fiat preiudicium eccleſie tenet Curtius iunior in conſil.lxviij vbi hoc habet pro indubitato.idem tenet calca. in conſil. vij. colum.x. ante med.verſic. iſtam etiam opi. Addo etiam Bald.in conſil.cclxxx premiſſo ſtatuto libr. ſecundo vbi quod hoc procedit modo non fiat ſtatutum odio clericorum principaliter , & idem tenet Bald.in conſi.ccccxxxiiij.licet iudex verſicu. verum autem priores libr. iij.dum allegat Innoc. in.c.poſtulaſti de foro compe.quem etiam allegat Barto.in.d.l.reſcripto.§.fi. Bartolum etiam in .d l. reſcripto .§.fi. ſimpliciter ſequitur Abb. in conſil. xxvi.libr.i Iaſo.in.d.conſil.xxxix.in fi.libr. iij. & ſic doct.magis communiter conueniunt quod laici poſſint preiudicare eccleſie in iure querendo ſaltem per indirectum , modo id non faciant principaliter vt noceant eccleſie ſed ad eorũ commodum & neceſſitatem prout quando eccleſia abundat diuitijs & laici depauperantur , quis enim dicet eo caſu quid fieri in preiudicium eccleſie, An non magis piũm & deo amabilius & gratius laicos

240 non egere q̃ eccleſiam luxuriari, cum ✝ eccle-
ſia nihil debeat querere q̃ neceſſaria ad victum ſe-
cundum honeſtatem, reliqua autem tenetur cõuer
tere in alimoniam pauperum & fabricam ipſius
eccleſie.c.de redditibus.c. conceſſo .c. nulli epiſco-
patum &.c.quattuor.xij.q ij. Calderi. in conſil. ij.
colum. ſecunda in titu. de peculio cleri. vbi vero
eccleſia eſſet pauper vel vix haberet neceſſaria ad
victum ſecundum honeſtatem & qualitatem cle-
ricorum aut religioſorum, non auderem conſule-
re contra eccleſiam cuius proteſtor & intendo fi-
lium eſſe ac humilem ſeruum & in eius vnione
mori certum eſt deo auxiliante. Poſita igitur pau-
pertate laicorum ab una parte & abundantia ec-
cleſie ab altera parte, ſuper veritate dicti Barto. in
d.l.reſcripto.§.fi.non videt̃ querenda alia ratio q̃
diuina & naturalis, & iſto caſu neſcio videre quo-
modo dicantur laici fraudem committere aduerſus
eccleſiam ſi neceſſitatibus ſuis prouident & con-
tra eccleſiaſticos conquerentes poteſt reddi reſpon
ſio imperatoris contra phyloſophum querentem
immunitatem. ab oneribus de qua in .l. profeſſio
C.de muneribus patri.libr. x. quod profeſſio &
deſiderium tuum inter ſe diſcrepant cum Phyloſo-
phi ſit contemnere pecunias, ſed eas magis q̃ Phy-
loſophi contemnere oportet religioſos ſeculos re-
nunciantes, modo neceſſaria nõ deſint. hec inquam
doct. concluſio multum videtur facere pro hac
241 parte, licitum enim ✝ videtur vnicuiq; inuigilare

proprio commodo licet ex eo damnum alius ferat modo non id faciat vt alij noceat .l. proculus ff.de damno infec. l.i.§. deniq; marcellus &.l. si in meo fundo.ff.de aqua plu. arcen & prima charitas incipit a seipso .l. preses .C. de serui. & aqua insti.de donatio.§.i.ibi dum se magis quis velit habere.c.si non licet.xxiij q.v.

ET tenendo hanc partem non videntur obstare argumenta que adducuntur in contrarium pro parte ecclesie & primo quod lex debet esse sancta & honesta non concernens propriam vtilitatem cum incommodo alterius & ꝙ vniuersitas habens bona communia aut publica, in illis bonis iudicatur vt priuatus sed priuatus non posset aliquid facere in preiudiciũ alterius quo fundamento vtitur An-
242 chara in.d. consil. ccxcviij. quia † respondeo ꝙ argumentum procederet quando ageretur de preiudicio alterius in iure iam quesito secus si in lucri amissione quia tale preiudicium amissionis lucri nõ habetur in consideratione Barto.in .d.l. quominus in.xi.q.in fi.ff.de flumi.vbi moder. & in molendino quod tale preiudicium cessantis lucri non consideretur tradit signorolus de homodeis inter consilia Bald.in consil.lxxi.casus talis est commune & homines de villa francha libr.i.quod Boerius in .d. q.cxxv.allegat pro se cum faciat contra eum.Idem in molendino quod tale preiudicium cessantis lucri non sit considerabile, tenet Alexand. in consil. cxciij. colum.secunda versi.& licet ibi aliquis libr.

secundo hinc videmus citationem eorum non esse necessariam de quorum preiudicio agitur solum in non faciendo lucrum Barto. in l.i. circa si.ff. de legat. secundo Iaso. in.l.si quis arbitratu colum. xi. versi. quinto limita .ff. de verbo. obligatio. sed ecclesie non potest dici ius aliquod quesitum ex eo quod laici accederent ad eius molendina quia ob id cogi non poterant ab ecclesia vt accederent in futurum cum sit actus mere voluntarius vt supra
243 dixi. Preterea † etiam quod ageretur de vero preiudicio non de lucri amissione, adhuc tale preiudicium non videretur considerabile cum veniat secundario & in consequentiam cum principaliter non fiat tale statutum aut nouum molendinum vt alteri noceatur & preiudicium quod venit in consequentiam & secundario, non attenditur glos. in.c. quamuis in glos. fin. vbi Geminia. colum sexta de pactis libr. sexto quam pro note. ad hoc citat sequitur & exornat Iaso in.l.nec quicquam .§. vbi decretum colum. sexta .ff. de offic. procons. & lega. & in.l. decem colum.x ff. de verbor. obligatio. & ita in ecclesia arguit Decius in .l. generaliter colum. tertia circa med .C. de institu. & substitu. videmus etiam quod papa potest preiudicare laicis in consequentiam vbi principaliter non posset puta dispensando super voto glos. Inno. & doct. in capitu. secundo per illum text. de voto Decius post alios in cap. que in ecclesiarum colum.xij. ver. preterea & secundo de cōstitu.

& illam glo. dicit singul. Iaso. in consil. xciij. in fin. libr. i. Addo rotam decis. cccxxxi. supposito facto colum. iiij. versi. iiij. quilibet & colum. seq. versic. vi. hoc probatur in nouis.

NON ob. quod tale statutum videtur tende-
244 re in preiudicium libertatis ecclesiastice quia † respondeo quod tunc statutum venit contra libertatem ecclesiasticam quando aufert aut diminuit priuilegium concessum ecclesie a papa aut principe Cy. & moder. in aucten. cassa & irrita. C. de sacrosan. eccles. vbi Deci. colũ. pen. Socy. in consil. ccxli. colum. iij. versi. aut quinto libr. ij. sed hic non apparet de aliquo priuilegio concesso ecclesie q̄ possit cogere laicos ad molendum in eius molendinis. similiter non potest dici quod tale statutum tollat beneficium competens ecclesie de iure communi quia iure communi non cauetur quod ecclesia nec alius possit quem adstringere ad molendum in suis molendinis. bene tollitur beneficium iuris cõmunis personis que coguntur per statutum ad molendum in molendinis ciuitatis statuentis sed subditi non possunt de hoc cõqueri quia (vt supra dixi) potest fieri tale statutum ob publicam vtilitatem etiam contra ius commune. ¶ Preterea quod ecclesia perciperet vtilitatem ex accessu laicorum ad eius molendina, illud erat ex gratia & beneficio ipsorum laicorum qui poterant non accedere, sed
245 videtur † quod possint laici statuendo denegare eorum beneficia ecclesie quia iniuriam non facit

qui beneficium non impendit Bald.in.l.de quibus in sexta.q.ff.de legibus in.l. si quis curialis .C. de epi.& cleri.& in.d. aucten.cassa Socyn. in consil. cxxij.colum.fi.libr.i. Deci. in .c. ecclesia .S. marie colum.xxiij. versi.& supradicta procedunt de constitutio.& in consi lxxxiij.colum.iij.versi.sexto respondetur & licet istud non procedat quando clericis semel beneficium vel priuilegium acquisitum fuit vt dicit Deci.in.d.c.ecclesia.S.marie,tamen hic non potest dici aliquod beneficium acquisitum ecclesie q̃a vt dixi ex accessu volũtario ius nõ querit.

NON ob quod tale statutum videtur dolosum & iniquum sapiens cupiditatem & auariciam laicorum cum iactura ecclesie, quia fateor quando laici sine magna necessitate & solum ad augendos redditus & causa lucri ita facerent sed si ex causa necessitatis & vtilitatis totius reipublice ita statueret, ecclesia alioquin diuite & opibus abundante, dico
246 † quod dolus considerari non potest in permissis in re enim a iure permissa dolus aut fraus considerari non potest.l.i.§. non fuit .ff. de dolo .l. iniuriarum.§.i.ff.de iniur.l.nullus videtur & .l.nemo damnum.ff.de regu.iuris qui text. optimũs videtur in hac materia vbi dicitur q̃ nemo damnum facit nisi qui id fecit quod facere ius non habet & sic quando quis quid facit iure permittente, non consideratur q̃ ex tali facto alius damnũ sustineat. itaq; si lex permittit q̃ necessitatibus suis succurrat, quismaxime vbi agit̃ de necessitate reipublice

quomodo dolus aut fraus in statuentibus considerari poterit. Pro hoc quod scribit Oldra. in consil. cciij. factum tale est collata fuit colum i. post med. vbi ꝙ ex pluralitate permutationum de beneficijs ecclesiasticis non presumitur fraus quia contractus ꝑmutationis est de iure ꝑmissus. Alibi scribit Pau. de castr. in consil. cclxxxviij. plus in fi. libr i. ꝙ simulatio considerari non potest in actu permisso. fortius voluit Bald. in consi. ccxcviij. queritur vtrū vsurarius col. ij. lib. ij. ꝙ vsurarius manifestus prohibitus testari poterit donare causa mortis licet eo modo fraudari possit lex quia dicit Bald non potest dici fraus assumere viam a iure concessam sic in simili dicit Alex. in consi liiij. colum. iij. in fi. lib. vij. ꝙ statutum prohibens quid relinqui alicui persone, non comprehendit donationem quia verbum relinqui pertinet ad vltimam voluntatem & tamē donando videtur statutum fraudari sed quia statutum non prohibet donationem, in actu permisso fraus considerari non potest. Iam in dubio fraus aut dolus presumi non debet quotiens alia coniectura capi potest. l merito ff. pro soc. o Barto. & doct. in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de operis noui nuncia. Non negem tamen quin in casu Anchar. fuerit bene consultum in fauorem ecclesie quia ibi presupponitur ex facto ꝙ laici ita statuerunt ex causa auaricie & cupiditatis ad augendos eorum redditus & diminuendos illos ecclesie sine causa vrgenti, secundo quia in casu Anchar. laici non potuerūt

statuere contra edictum superioris qui noluit redditus molendinorum ecclesie diminui, tertio quia molendina ecclesie erant in territorio statuentium per ea que infra dicam in secundo casu ex quibus dictis questio hec de ecclesia splendidior fiet.

VEnio ad secundum casum an valeat statutum agẽs subditos ad molendum in molendinis vniuesitatis statuentis in preiudicium singularium personarum & subditorum de ipsa vniuersitate habentiũ molendina in territorio ipsius vniuersitatis statuentis, &
247 videtur dicendum ꝙ non quia † statutum debet esse equale & commune inter omnes subditos sine damno aliquorum particularium tantum & quando statutũ concernit odium & damnum non vniuersale sed aliquorum particularium tantum, illud dicitur iniquũ & dolosum adeo ꝙ particulares sic grauati possunt a tali statuto appellare Barto. in.l. omnes populi.in .v q.prin in fi ff. de iusti. & iure & in.l.fi.ff.de appella.recipien. Alex. in consi. cxc. col.iij lib ij.& pro hoc videtur tex in .c. cũ omnes vbi Deci.in quinto nota de constitutio. et idẽ Dec. in c consuluit.iiij.col.ij. de appellatio nã cũ particulares habentes molendina in loco sint de corpore vniuersitatis, iniquũ videtur ꝙ cõsulatur cõmodo reipublice cum iniuria & damno ipsorum particularium & in molendinis particularium tradit Iaso. in .d.l.i.ff. de legibus in .d.l. ciuitas colum. iiij. ff. si cert.peta.& in.d.l.quominus colum.xxix. questio.
248 xxv. ¶Et ex hoc infertur † quod si ecclesia

habens molendina esset de eodem loco , ꝙ pariter contra ecclesiam non valeret statutum quia clerici habitantes in ciuitate iudicantur vt ciues non vt forenses aut extranei cum supportent onera spiritualia Anchara.in consil. lxi. ista questio Alexand. in consi.xli.libr.vij Deci. in .d.c. ecclesia sancte marie colum.xxij.in fi.versi non ob.ꝙ beneficium statuti de constitu.& in consil.cxiiij. colum.iij. Iaso. in l.fi.colum.pen.in fi. versi.subdit Bald. hic.C.de sacrosan.eccles. & si dicas per tale statutum non infertur damnum considerabile subditis cum solum priuentur lucro ut supra dictū est ,respondeo ꝙ & tale damnum cessantis lucri subditis dari non debet quia cum sint de corpore reipublice , statutum ita debet concernere vtilitatem talium particulariū habentium molendina sicut aliorum, equalis enim omnium esse debet conditio & dignum est vt qui cum alijs vitam similem ducunt similem sentiant in legibus disciplinam.c recolentes de statu mona. sed per tale statutum non solum commodum non recipient immo dispendium grande sustinebunt.¶ Secundo respondeo ꝙ immo videntur subditi sustinere damnum diminutionis patrimonij quia cum habeant molendina in loco ad que subditi tantum accederent aut saltem totus fere redditus consisteret in multura subditorum, si cogantur subditi desistere a molendo in molendinis ipsorum particularium,iam ipsa molendina omnino peribunt non secus atq; si ipsa edificia molendinorum incendio

aut

249 aut bello vastarentur & licet † ob vtilitatem publicam possit fieri statutum in preiudicium singularium personarum vt no. Angel. in consil. lxiij. nobilis miles dominus Raymondus Iaso. in .d.l.i. colum. secunda. ff. de legibus, tamen non arbitrarer hanc causam legitimam preiudicandi particularibus habentibus molendina vt redditus multure omnes perueniant ad molendina ciuitatis quia in effectu ipsi particulares soli viderentur subire onus talium redditnũ, finge enim quod vniuersitas egeat centum aureis & pro illis habendis statuat ꝙ omnes subditi veniant ad molendum in molendinis ciuitatis ipsi particulares domini aliorum molendinorum plus equo grauarentur cum in oneribus æqualiter omnes oporteat contribuere, itaque si alio modo succurri possit necessitatibus cõmunis, non videtur reipublice consulendum cum damno aliorum particularium. hinc videmus ꝙ dispositio concernens vtilitatem publicam restringitur quando agitur de preiudicio tertij Socy. in cõs. cclxxv. colum. v. versi. nam licet alias libr. ij. per text. in .l. secunda in fi. ff. ad municipa. iuncta .l. lucius. ff. de admini. tutorum. immo isto casu damnum priuatorum esset maius vtilitate publica quo casu vtilitas publica non prefertur priuate. l. publica. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flumi. pub. Deci. in .c. ratio nulla in princ. de preben.

250 CIrca tertium casum † an valeat tale statutum cogens subditos ad molendum in molendinis ci-

uitatis quando ex tali statuto fit preiudicium laicis non subditis statuentibus si consideres verba Boerij in dicta .q. cxxv. generaliter vult tale statutum non valere.sed aduerte dum Boerius allegat pro se illud consil.signo.de homodeis inter consilia Bald. in consil.l xxi. libr.i. quia aperte facit contra Boeriū nā signorol.vult non esse habendū hndū in cōsideratione damnum cessantis lucri & multure ex eo ꝙ pauciores accedent ad molendina alterius. Istud idē voluīt Bar.& doc.in.d.l.quominus in.i.q. iunctis.his que habentur in.q.xi.Bar.in fi. nā in prima.q.queritur si quis possit construere nouum molendinum in preiudicium habentis prius molendinum & in flumine priuato construētis tenet ꝙ sic modo non id faciat animo principaliter nocendi alteri, in flumine autem publico ꝙ non licet nouum molendinum facere in preiudicium habentis prius molendinum.postea in fi. dicte questionis xi.Bar.declarat quando intelligatur edificari in preiudicium alterius videlicet quando prius edificium destruitur vel incommodatur secus si efficiatur minoris lucri &·in molendino ita declarat Alexand. in.d.consi.cxciiij.colum.secunda ver.& licet ibi aliquis libr.secundo Iaso.in.d.l.qnominus colum.xv. versi.tertio diligenter nota vbi etiam Iaso. expresse citat illud consi. signoroli de homodeis. ¶ Similiter dum Boerius allegat Anchar.in.c.i. de consti. Ancha.ibi videtur facere contra Boeriū qui Anchar.vult statutum valere in odium laicorū modo

non fiat in preiudicium ecclesie & q͂ statutum generale cogens subditos ad molendum in molendinis ciuitatis debet restringi ad subditos accedentes ad molendũ in molendinis aliorũ laicorum non ad molendina ecclesie & ita Anchara. refert & sequit̃ Alex.in.d.consi.ccxi.in fi.libr.ij.& sic Anchara.& Alex.expresse volunt valere statutum quando solum concerneret preiudiciũ laicorũ, similiter Cald. in.d.cõsi.xij.col.fi.inter consilia Anchar. in alijs q̃ꝫ in ecclesia non audet decidere an valeat statutũ sed loquitur sub dubio forte. Preterea si in flumine publico non nauigabili est licitum edificare nouum molendinum per quod minuatur lucrum alterius molendini antiquioris vt omnes doct. concludunt modo non auferatur commodum aque (vt statim dixi) quantofortius videtur licitum vni vniuersitati statuere quod subditi alio non accedant ad molendum q̃ꝫ ad molendina ipsius vniuersitatis , quia hoc modo vniuersitas nihil facit in alieno sed in suo statuendo inter suos subditos . Itaque si tale statutum contineat preiudicium aliquorum , illud videtur considerabile in ipsis subditis tantum qui eo modo ligantur non in dominis aliorum molendinorum .

251 POstremo † in vniuersitate considero q͂ ista questio videt̃ sine difficultate , nam quando agit̃ de ligando singulos de vniuersitate, nõ videtur valere statutũ nisi omnes & singuli cõsentiant adeo q͂ maior pars vniuersitatis non sufficeret preposi. in .c.

ad nostram colum.fi.de appella.sed hic per tale sta tutum singuli de vniuersitate ligantur ne alibi possint molere, ergo omnium consensus videtur necessarius similiter in tali statuto agitur de interesse singulorum immo ex eo alij alijs magis grauantũ pone ꝙ aliq̃ ex subditis viciniores sint alijs molẽdinis ita quod minori impensa molent in molendinis extraneorum, nonne hic fortius grauantur vel pone quod sumptus multure sit vilior alibi, certe negari non potest quin agatur de preiudicio singulorum de vniuersitate, modo vbi agitur de interesse singulorum maior pars vniuersitatis nihil potest constituere in preiudicium aliorum non consentientium. Immo in actu communi pluribus vt singulis melior videtur conditio prohibentis.l.Sabinus.ff.communi diuid.& quod omnes tangit.ab omnibus debet approbari regu. quod omnes.de regul. iuris libr. vi. & tradit Ioan de lignano inter consilia Bruni assensis in consil.lxxvij.colum.secũda in fi hoc ita presupposito dico quod aut in tali statuto omnes subditi consentiunt & tunc non videtur quod ecclesia aut alius habens alia molendina possint conqueri quia subditi deducunt in statutum quod facere poterant pone quod sine statuto subditi abstinerent a molendinis ecclesie aut alterius, quero si cogi possent, certe non quia ex actibus voluntarijs ius in futurum cogendi non acquiritur nisi ecclesia aut alius ius cogendi acquisiuisset pacto, priuilegio aut prescriptione causata ex pro-

hibitione contra volentes alibi molere & patientia subsecuta per tempus sufficiens ad prescribendum, itaque si subditi sine statuto poterant abstinere a molendinis ecclesie aut alterius, quare non eodem modo poterunt se obligare vt in eis non molant sicut

25 dicimus quod simonie vicium non committitur quando id in pactum deducitur quod iure cōmuni conceditur, glos. & doct. in c. cum .m. in ver. perciperet de constitutio. glos. & doct. in. c. significasti de electio. & in. c. ad audientiam .ij. de rescriptis. Oldra. in consi. cclxxv. questio colum. secunda post med. versi. circa septimum Deci. in consil. cxviij. colum. secunda ante fi. & si diceres istud non procedit quando aliter exprimitur in pacto quam insit de iure cōmuni Abb. in. c. quanto. col. iij. de iudi. & in. c. querelam de simo. sed hic videtur fieri statutū aliter quam esset permissum de iure comuni quia de iure communi licet subditi non tenerentur accedere ad molendina alterius, poterant tamen accedere si volebant & hic se obligant ad non accedendum: respondeo quod etiam de iure communi est licitum vnicuique facere quod sibi prosit licet illud alteri noceat modo non fiat nocendi animo.

CОncludo igitur in hac questione quod in preiudicium aliquorum particularium subditorum & qui sunt de corpore vniuersitatis onera publica pariter cum alijs sustinentium non valeret statutum eiusmodi cogens subditos ad molendum in molendinis vniuersitatis; secūdo quōd appellatione sub-

ditorum isto casu venit ecclesia habens molendina in loco & ibi sustinens onera spiritualia. tertio quod si ecclesia non sustinet onera spiritualia in loco & ibi vel alibi habet molendina & sit ecclesia valde diues adeo quod etiam cessante redditu vel aliqua eius parte eius molendinorum, non ob id indigebit & statutũ de quo supra fiat in magnam vtilitatem reipublice ita quod appareat de bono animo statutum quod non ex causa cupiditatis aut auaricie sed ob bonum publicum ita agunt ita quod maior sit vtilitas sic statuentium q̃ꝫ damnum ecclesie inde prouenien s, valeat eo casu statutum. Quarto quod si agatur de preiudicio aliorum laicorum non subditorum vniuersitati statuenti, valeat statutum predictum modo principaliter non fiat odio aliorum habentium molendina sed principaliter ob bonum publicum non habita ratione an alij laici sint valde diuites vel non sed solum habita ratione an fiat statutum animo nocendi qui
253. † nocendi animus presumi poterit quando vniuersitas breue ex ea re latura sit commodum nam doct. dicunt presumi quid factum animo nocendi alteri quando ex tali facto nulla percipitur utilitas Pau de castr. in. l. fluminum. §. fi. ff. de damno infect. & in. l. altius. C. de seruitu. roma. in consil. lij. in fi. Imol. in. l. si in meo. ff. de aqua plu. ar. Alex. in consil. clxxiiij. libr. secundo Iaso. in consil. xxxij. in secundo dubio libr. primo & in consil. cl. colum. fi. post med. libr. secundo rippa in. d. l. quominus

colum.sexta post med.ff.de flumi. Idem videtur dicendum quando vtilitas modica percipitur ex tali facto quia parum & nihil equiparantur .l. illud.§.minus.ff.de tributo.l. minus.ff. de verbo. signi.l.iij. circa prin.ff. quod cum eo Bald. & doct. in aucten. preterea in vltima questio.C. vnde vir & vxor Socy. in consil.xxx. colum. secunda libr. quarto Deci. in consil. cccccclxxiiij. colum. secunda circa fi.& an dicatur vtilitas magna vel parua debet considerari qualitas vniuersitatis quia vniuersitas dicitur ditior priuatis ideo respublica semper dicitur esse soluendo .l.secunda .ff. de fundo dotali Iaso.in.l.sciendum in prin.colum. quinta versi.tertio limita.ff.qui satisda.cog. & dicitur vniuersitas aut communitas de personis potentioribus Ancharan. in consilio vltimo columna secunda circa medium versiculo preterea conditio ecclesie quod tamen est consil. cuiusdam alterius doctoris . Idem tradit Bald. in consilio. cccxi. apparet in fin. libr. primo vbi quod vniuersitas dicitur potentior vna persona ecclesiastica & cum aduocatum Taurini agerem pro republica & vniuersitate, Sauiliani, solitus erat dicere nobilis quondam Franciscus Ferrucij vir grauis & magne practice ne dubitarem de honorario vnius vniuersitatis quia de re communi leuiter succurritur vni. Itaque absurdum videretur si vna vniuersitas pro breui compendio vellet afficere damno grauiore, aliquem priuatum. & premissa

dicta & scripta sint ad correctionē cuiusuis rectius sentientis & vbi casus accideret plurimum poterit rectissimum equi iudicis arbitriū qui varie cōstitue re poterit ex qualitate personarū rerum & tēporis.

254 PRemissa † etiam conclusio quod in his que sunt mere voluntatis & facultatis non inducitur cō suetudo aut prescriptio, limitatur non procedere quando in eis nata esset & competeret actio quia tunc tali actioni prescribitur cum omnes actiones tollantur spacio temporis triginta aut. xl annorum l. sicut & l. omnes. C. de prescript. trigin. vel. xl. annorum, puta promittit quis rem vendere quandocunq; soluetur certa quantitas, licet enim sit in facultate eius cui promissio facta est, an cogat promittentem ad vendendum, tamen tali facultati prescribitur triginta annis quia erat nata & competebat actio contra promittentem vt venderet etiā ante oblationem precij licet elidi. posset exceptionis ope ante solutionem precij ita Angel. in consi. lv. Guilielmus & franciscus quem refert & sequitur Felyn. in capitu. cum. accessissent colum. xij. versic. secundo declaratur de constitutio. Brunus astensis in consi. xcv. colum ij.

Ex qua limitatione aperte comprobatur opi. mea contra Alexan. quam posui in consi. meo. cxi. q̄d in causa propria composui, contra vniuersitatem rippe prope cheriū, nam Alexan. in consi. cxxxvi. lib. secūdo voluit ꝙ forensis obligatus ad onera ex consuetudine non prescribat libertatem non sol-

uendi nisi eo modo quo prescribitur in actibus mere voluntarijs & facultatis & sic quod non incipiat forensis prescribere nisi ex eo tempore quo fuerit interpellatus ad soluendum & contradixerit deinde post contradictionem exactum fuerit tēpus legitimum ad prescribendum cum patientia interpellantis acquiescentis contradictioni , nam istud dictum Alexan. apertissime & efficacissime confunditur ex premissa limitatione, licet enim esset in facultate vniuersitatis exigere onera , tamen cū tali facultate coniūcta est actio competens contra forensem ad solutionem ipsorum onerum que actio dicitur conditio ex lege descendens ex lege tacita consuetudinis aut saltem competit officium iudicis cui etiam prescribitur vt superius vidimus circa illam .q. competat restitutio in integrum aduersus prescriptionem & quod dictum Angel. sit verissimum probatur in conuincibiliter , quia alias sequeretur quod nulli actioni prescriberetur cum semper sit in mera facultate creditoris an agere velit vel non .C. vt nemo inuitus & tamen tali facultati prescribitur, cur hoc quia cum tali facultate coniuncta erat actio per quam debitor ad soluendum aut aliud faciendum cogi poterat.

AMplius dico quod non solum facultati prescribitur quando cum ea coniuncta est actio, sed etiam quando ex vsu talis facultatis nascitur ius deducibile in iudicium puta in iure abeundi nam pendet à mera facultate & a mero arbitrio heredis an velit

adire nec tale arbitrium aut talis facultas coniun-
ctam habet actionem aliquam quia non potest he-
res agere contra aliquem vt adire possit tamen
quia aditione secuta nascitur ius deducibile in iu-
dicium actiue & passiue quia heres adita heredita-
te potest agere & conueniri, tali facultati adeun-
di prescribitur triginta annis ita Angel in.l. pigno-
ri.ff.de pignor. in.l. licet .C. de iure deliberan. &
in consil. ccxli. dominus Bernardinus colum. pri-
ma Corne.in consil.cccv.colum.fi.libr.tertio Deci.
in.l. petens colum. tertia .C. de pactis & in consil.
clxiiij.col.fi. versi. venio ad aliud dubium Iaso.in
l. quandiu col.ij.circa med.ff.de acq. heredi.

INDE fit vt mirer modernorum nonnullos secu-
tos fuisse dictum illud Alexan.in.d.consil.cxxxvi.
libr.ij.quod secutus fuit Curtius iunior in consil.lx.
colum. penulti.versic. procedit etiam alia solutio
Alexandrinus in consil. xxi. colum. secunda post
med.potuissent moder.allegare Bald.in.l.male agi-
tur colum.tertia versic.per quas leges dicunt .C.
de prescrip.triginta vel.xl.annorum vbi si domi-
nus stetit per centum annos quod non imposuit
aliqua seruicia vasallo vel non petijt homagium,
nō ob id prescribit vasallus libertatem quia nunꝗ
habuit aliquam possessionem libertatis anteꝗ fue-
rit requisitus & contradixerit.sed dictum hoc Bal.
nihil obstat quia loquitur in vasallo qui nunꝗ in-
teruertit possessionem domino super feudo nimi-
rum si non prescribit possessione ciuili semper re-

manente apud dominum directum feudi ob id cõtra possidentem ciuiliter nunquam prescribitur nisi possessio interuertatur .d.l.male agitur secus in dicto Alexan.vbi nulla cadit possessio ciuilis conseruatiua iuris & vbi vniuersitas fuisset in possessione ciuili,illa mittitur per negligentiam & obliuionem longi temporis iuxta nota. in.l. prima .C. de seruis fugi. sic quod saltem post decem annos incipit prescriptio currere vt supra dictum fuit & alias illud dictum Alexan.fuit contra me allegatum in publico iudicio sed omnes aduocati qui presentes aderant,risum dederunt.Puto igitur dictum illud Alexand. oppido quam falsissimum in iure. & contra illud dictum tenuit idem met Alexan. sibi contrarius in consil.xxx. colum. penulti.in quinto dubio lib.quinto vbi voluit quod sufficiat cessatio solutionis per.xl.annos si durante dicto tempore facte fuerint impositiones collectarum & solutum non fuerit & sic solum considerat Alexand. an euenerit casus solutionis collectarum quia ab.eo tempore incipit prescriptio currere & illud consil. Alex.refert & sequit Iaso.in cõsil.ccx.in fi.lib.ij. in cõsil.xxv. col.ij. in fi.lib.iij. & in cõsi.ci.col.fi.lib. iiij. Addo vltra Ias.eũdem Alex.sibi contrariun inter consilia calcanei in cõsi.xlix.col.ij.vbi voluit quod pscriptio inducit cõtra prestationẽ honorãtie per cessationẽ soluẽdi spacio .xxx.annorum.

Ex premissa etiam declaratione & limitatione infertur male fuisse locutum Abb.in dicto consil.ci.

colum.iij.post med. versi. quinimo posset attentari libr.i. quod est repetitum in consil. lvij. libr. secundo quia in casu Abb. cum facultate coniuncta erat actio ob id bene fecit dum ita locutus est sub dubio forte.

255 LImitatur ✝ etiam premissa conclusio quod prescriptio non currit in his que competunt iure facultatis vt non procedat interueniente aliquo opere hominis puta licet aqua scaturiens in fundo meo fluxerit in fundum vicini per mille annos ex hoc nō dicitur acquisitū ius vicino vt non possim impedire talis aque cursum cum talis cursus consistat in mera facultate mea quia permissi ita currere aquam scaturientem in feudo meo, ob id licitum est mihi quandocunq; precidere venas talis aque in fundo meo & cursum aque impedire d.l.proculus.ff. de damno infec. & .d.l. si in meo fundo.ff.de aqua plu.ar. Istud tamen non procedit quando aqua ita curreret ex fundo meo per opus hominis extructum in fundo meo ob causam cursus talis aque, ex tali enim opere arguitur quod non iure facultatis sed iure seruitutis ita aqua curreret Ita Paul. de castr. in consil.ccxliij. videtur quod non possit circa fi.libr. secundo vbi quod in cursu naturali aque non potest considerari seruitus secus vbi interuenit opus manufactum. Idem voluit calca. in consil.lvi. colum. pen. circa med. licet Pau.non alleget. Idem etiam voluit bellamera in.d.consi.vij.colum.secūda vbi quod ex opere

manufacto acquiritur seruitus negatiua quando quis in flumine publico habet aliquod opus ad retinendos pisces quia tunc poterit alios prohiberé ne ibi piscari valeant & tamen actus piscandi in flumine publico competit iure facultatis nec in eo procedit prescriptio.l. fin .ff de vsucapio.& supradictum est. Istam etiam limitationem voluit Bal. in capit.cum omnes colum.xi de constitutio . vbi quod nulla seruitus habet causam naturalem sed aut impositiciam aut prescriptam quod Bald. dictum refert & sequitur Iaso.in.l.i. in princ.colum. xviij.in fi.ver.tertio in contrarium ff.de acq. poss. & in .d.l. quominus questio. xxviij.ff. de fluminibus inferens quod scolaticia aut aquarum emissoria nullo tempore prescribuntur.dum autem Bal. in seruitute requirit causam impositiciam aut prescriptam ita quod solus cursus naturalis non sufficiat, causa impositicia & prescripta habetur ex tali opere manufacto. ex quo apparet quod non iure amicitie aut facultatis aqua currit ex solo cursu naturali sed interueniente facto aut opere hominis & sic dupliciter potest prescribi in his que competunt iure facultatis , Primo ex prohibitione, cum patientia subsecuta ad modum memoratum , secundo ex constructione & retentione, operis manufacti .

256 SED contra † premissa quod in his que competunt iure facultatis , non cadit prescriptio , videtur facere dictum Fely. in capit. cum m. colum.

quarta versi.tertia declaratio de constitutio. vbi si quis hospitatus fuerit amicum per tempus cuius inicij memoria non extat in contrarium gratis, cogitur hospitari in futurum & tamen talis hospitatio videtur consistere in mera facultate hospitantis vt dicit Innoc.in.d.capi. cum ecclesia sutrina de causa poss. & proprie. & hoc dictum Fely. refert & sequitur Socer meus purpura.in tractatu de offi.assessoris nume.clxxiiij.

RE spondeo q Fely. non bene loquitur si ita simpliciter intellexit, nam vbi in iure hospitandi cadere posset prescriptio, requireret tempus cuius inicij memoria non extat in contrarium cum habeat causam discontinuam vt nota.in.d.l. seruitutes magna.ff. de seruitu. & tamen Innoc. & doct. dicunt quod in tali iure prescriptio non cadit, nisi dicas quod sufficit minus tempus propter possessionem ciuilem que animo retinetur continue vt per Barto.in l.iusto.§.non mutat.ff. de vsuca. ¶ Secundo dico quod doct. allegati per Fely. hac non dicunt Immo expresse contrarium nam Innoc.in d.c.cũ ecclesia sutrina loquit non induci prescriptionem etiam si quis amicũ vicibus mille fuerit hospitatus idem dicit Anchara. in .c. sine possessione colum. xi. de regul.iuris libr.vi.Deci.in.d consi. viij. colum. tertia in fi.& sic volunt doct. quod licet mille annis fuerit quis amicum hospitatus semel in anno computando q ex hoc prescriptio non inducatur, dum enim dicunt si mille vicibus hospitatus quis fuerit

non dicunt continue quia hoc modo vnicā tantum diceretur hoſpitatio ſed intelligunt per inter-
257 ualla. Debet † ergo intelligi quod Fely. dicit quando ex qualitate perſonarum aut ex coniecturis poſſet apparere quod ex debito aut iure ſeruitutis non ex mera gratia fieret hoſpitatio vt q̄a hoſpitatus tale ius hoſpitandi peteret tanq̄ ſibi debitum puta ſcribendo litteras vel mittendo nuncios ad dominum domus pro parando ſuo hoſpicio vel dicendo domino domus facias debitum tuum vt bene recipiamur vt decet.

QVINTA ET VLTIMA PARS TRACTATVS de antiquitate temporis domini Aymonis Crauette a Sauiliano.

1 IAM vidimus † quid dicatur de antiquo in materia probationis, in materia preſumende ſolennitatis extrinſece in actis iudicialibus & extraiudicialibus, in materia conſuetudinis & preſcriptionis reſtat vt videamus quid dicatur de antiquo in materia feudali. & ſic quod dicatur feudum antiquū. Feudum antiquum dicitur quod ab anteceſſoribus uit acquiſitum gloſ. in cap. i. in verſic. inueſtire de ucceſſ. feudi. no. in cap. i. de natu. ſucceſſ. in feud. &

sin.c primo de gradibus success. in feud. que rubrica habetur in titu. de successio. fratrum & sedet in groppa cum simil. vt Alexand. tradit in consil. xxx. colum. iij. libr. primo Deci. in consil. lxxviij. colum penulti in consil cxliiij. colum. quarta versi. his tamen & pluribus & in consi. ccccxlv. colum. prima in fin. feudum etiam antiquum presumitur propter antiquitatem possessionis quando antiquitus fuit possessum p predecessores vasalli Alex. in consil. xv. colum. tertia libr. quinto Socyn. in consil. lxvi. colum. quinta ante med. libr. tertio. vbi quando pater diu possedit aliqua bona, deinde filij reperiuntur inuestiti de eisdem bonis presumitur feudum paternum non nouum.

2 SED quero hic † que sit differentia inter feudum antiquum & paternum quia doct promiscue istis vtuntur, Dic quod feudũ paternum dicitur quod est acquisitum ab aliquo superiore aut ascendente vsque ad quartum gradum & sic quinque personę continentur, pater, auus, proauus, abauus & atauus Iaco. alua. in cap primo. §. hoc quoque colũ. secunda in quinto nota. de success. feudi post Bald. ibi in fi. & idem aluaro. in prelud. feudo. in sexta diuisione. Ab illis autem personis supra dicitur antiquum vt habetur per Bald. & aluaro. in .d. §. hoc quoque tradit Alexand. in consil. xxvi. colum. tertia versi. & per predicta patet etiam non obstare libr. quinto Deci. in consil. ccviij. colum. tertia versicu. sed tamen predictis non obstantibus

Iaso.

in.c.primo de gradibus success. in feud. que rubrica habetur in titu. de successio. fratrum & sedet in groppa cum simil. vt Alexand. tradit in consil. xxx.colum. iij. libr.primo Deci. in consil. lxxviij. colum penulti in consil cxliiij.colum.quarta versi. his tamen & pluribus & in consi. ccccxlv. colum. prima in fin. feudum etiam antiquum presumitur propter antiquitatem possessionis quando antiquitus fuit possessum p predecessores vasalli Alex. in consil. xv. colum.tertia libr. quinto Socyn. in consil. lxvi.colum.quinta ante med.libr.tertio. vbi quando pater diu possedit aliqua bona, deinde filij reperiuntur inuestiti de eisdem bonis presumitur feudum paternum non nouum.

a SED quero hic † que sit differentia inter feudum antiquum & paternum quia doct. promiscue istis vtuntur, Dic quod feudũ paternum dicitur quod est acquisitum ab aliquo superiore aut ascendente vsque ad quartum gradum & sic quinque persone continentur, pater, auus, proauus, abauus & atauus Iaco.alua.in cap primo.§.hoc quoque colũ. secunda in quinto nota de success.feudi post Bald. ibi in fi.& idem aluaro. in prelud. feudo. in sexta diuisione. Ab illis autem personis supra dicitur antiquum vt habetur per Bald.& aluaro.in .d.§. hoc quoque tradit Alexand. in consil. xxvi. colum. tertia versi. & per predicta patet etiam non obstare libr. quinto Deci. in consil. ccviij. colum. tertia versicu. sed tamen predictis non obstantibus

Iaso.

Iaso.in vsibus feudorum colum. xxv. versic. tertia conclusio nume.lxxxiij.

3 Ex premissis † satis potest colligi quod dicatur feudum nouum, illud videlicet quod non est antiquum & paternum & in quo non habet quis causam ab alio Oldra.in consi.clxxviij.quidam nobilis Veronensis in consi.xxxi colum.secunda versi. secundo hoc probatur Crotus in .l. quarta .§. cato.colum.xxxix.post med.versi.notate etiam pro complemento .ff.de verbor. obliga. si autem filius habet feudum a patre vel ab alio ascendente, dicitur feudum paternum vel antiquum secundum memoratam distinctionem. Iaso .in vsibus feud. colum. xxv. versi. tertia diuisio nume. lxxxiij. vel dicitur feudum nouum de nouo acquisitum quod habuit inicium in persona primi inuestiti. cap. primo in versi. nouam inuestituram quot testes sunt necessa. Iaso.in.d. versi tertia diuisio & in consil. lxiiij. colum. secunda libr. tertio Curtius iunior in tracta.feud.in prima parte.q.viij.

4 SEcundo quero † an feudum in dubio presumatur antiquum vel nouum, Bald. in cap. primo in prin. si de feudo. fuer. controuer. inter domi. & agna. quod in dubio presumitur antiquum Ita Bald.refert & sequitur Decius in consil. cclij. colũ. quarta post med. in consi. cclxix. colum. secunda & in .d. consil. ccccxlv. colum. secunda in princ. vbi etiam allegat Alexand. in dicto consil. xv. colum. penulti. libr. quinto. Idem tenet Iaso. in

conſi.cxiiij.colum.ſecunda in fi.libr.primo.

23 NE que obstat ꝙ maritus ipse alienauerit † quia text. in d. l. cum vir. ff. de vsucapio. loquitur etiam eo casu quo maritus alienans non tenetur de euictione vt quia vendidit emptori scienti fundum esse dotalem quo casu non agitur de euictione et respectu precij nisi aliter cautum sit. l. si fundum. C. de euictio. l. si fratres. C. com. vtr. iudi glos. in c. ad audientiam de rebus eccles. non alie. Paul. de castr. in l. emptorem. § fi. in fi. ff. de actio. empti & sic licet maritus non obligetur ex alienatione quam fecit & consequenter sua non intersit alienationem confirmari, Tamen confirmatur respectu exceptionis vt maritus contrauenire nõ possit & si contrauenit repellatur exceptione. & ita d. l. cum vir inducit Corn. in consil. clxx colum iij. in prin. versi. nec decisio ista fundatur libr iiij & hoc modo considerando d. l. cum vir concordat cum. d. l. illicite, vbi etiam tutor qui non obligatur ex contractu, illi tamen contrauenire non potest ad commodum ipsius tutoris.

24 SExto principaliter † in fauorem partis cõuente adduco text. in. l. si seruo. ff. qui & a quibus iuncta glos. ibi vbi si manumittens seruum alienum succedit domino, licet ex iure superuenienti non obligetur tamen si molestet seruum in libertate data, repellitur exceptione secundum glos. ibi & idem tradit glos. in. l. si ab eo. C. de libera. cau. quas glos. in

effectu sequitur Barto. in d. l. cum vir colum. iij. dũ allegat. d. l. si seruo circa illud membrũ quo queritur de cõfirmatione actus ex iure supuenienti quo ad actionem, Ergo clare presupponit illam . l. non procedere respectu exceptionis. Rursus Barto. in sua distinctione & doctri. quando loquitur an cõfirmetur ius quoad exceptionem loquitur simpliciter non distinguendo an autoris interesset vel non idest an autor esset obligatus vel non quam distinctionem intersit vel non, solum facit quando queritur de actione querenda ex superuenientia iuris & sic clarissime vult Barto. ꝙ vbi queritur de excipiendo tantum, indistincte fiat confirmatio siue intersit autoris eam fieri siue non. obligetur autor siue non. Idem ꝙ superuenientia iuris operetur cõfirmationem actus quoad excipiendum licet autor ex contractu non obligetur nec intersit eius confirmari tenet Pau. de castr in. d. l cum vir colum ij. in fi. versic. si autem non ex causa de preterito. ff. de vsucapio. glo. etiam in. d. l. si seruo sequitur Alber. in d. l. cum vir circa fi.

25 SEptimo considero † ꝙ statutum debet intelligi secundum ius commune & vt minus illud corrigat ꝙ̃ sit possibile l. ij C. de noxal. c. cũ dilectns de consuetu. c. ad audientiam vbi Abb. & doct. de cleri. non resi. nam leges communes se extendunt ad statuta & ideo dicitur ꝙ statuta recipiunt interpretationem passiuam a iure communi . l. i. §. lex falcidia vbi Barto. & doct. ff. ad legem falci. Barto.

etiam doct.in .l.omnes populi in tertia questio. sexte questio.princ.ff.de iusti.& iure. & illud quod est de iure communi, dicitur de mente statuti quod a iure communi recipit robur Pau. de ca. in consi. cccclij. viso puncto suprascripto super primo quesito columna secunda libr. ij. Amplius statutum recipit interpretationem a iure cõi, licet in materia statuti ius cõmune diuersimode loquatur roma., in consi. ciiij. pater reuerende col.ij. circa med. versi. ij. per id allegat gl.sing.in.c.fraternitas. xxxiiij.di sed
26 de iure † cõi quando introducitur aliqua dispositio specialis fauore alicuius persone, talis dispositio personam illam non egreditur nec trahitur ad aliã personam eiusmodi fauore, non dignam licet ipsa alia persona actũ faciat nomine ipsius persone priuilegiate text.est in.d.l.illicite ff.de rebus eorũ & in d.l.& si is.C.de pred.minor.vbi licet tutor contrahat nomine pupilli sine solẽnitatibus iuris & actus annullatur fauore pupilli aut minoris, non tamen annulletur fauore tutoris vel curatoris vt ipsi possint contrauenire ad cõmodum eorum proprium quia fauor pupilli aut minoris non respicit eorum administratores ideo lex habuit pro iniquo ꝙ tutor possit allegare nullitatem actus ad sui commodum licet actum gesserit pro alio ita iniquitatem in tutore contrauueniente considerat text.in.d.l. illicite in fi.dum dicitur ꝙ repellitur tutor ex equitate ergo inique agit contrauueniendo quia iniquitas dicitur quod equitati repugnat. Eodem modo

icenddum est in statuto ferrarie annullante contra-
ctus mulierum non seruata eius forma propter fa-
uorem ipsarum mulierum imbecillioris consilij q
istud solum intenderit obseruari quotiens agitur de
commodo mulieris nõ etiam egrediatur statutum
personam mulieris ut procedat in fauorem consen
tientis mulieri ita contrahenti & promittentis de ra
to cum hypotheca bonorum eo casu quo ex tali
cõsensu, promissione & hypotheca bonorum mu
lieris causa non oneratur nec ei preiudicium infer-
tur, nam in fauorẽ alterius persone tali fauore mi-
nime digne nihil intendit statutum prouidere sed
imputandum est ita consentienti promittenti & bo
na propria obliganti. ob id statutum operari non
debet vltra intentione ipsorum statuentium .l. non
2 omnis in prin ff. si cert peta. Rursus † quelibet di
spositio restringitur a sua causa finali. l. cum pater
§. dulcissimis. ff. de legat. secundo Bald. in consil.
ccix. illa verba libr. tertio quod procedit etiam in
dispositione concepta verbis vniuersalibus que
non obstante vniuersitatem verborum restringi-
tur a sua causa finali que non adaptatur ad rem
de qua agitur Areti. in consil. clxi. verum est quod
comicus colum. iij. post med. versi. hoc premisso
dico indubitanter. sed causa finalis statuti ferrarie
annullantis contractum fuit fragilitas sexus & im-
becillitas consilij mulieris, ergo restringi statutum
dolet vt non comprehendat personam masculi ad
quẽ fauor statuti minime ptinet. sed tũc ppric cõ-

uenit regula iuris ꝙ casus omissus in statuto remanere debet in dispositione iuris communis.l. si extraneus.ff.de condi ob cau l.commodissime .ff. de libr. & post.l si cum dotem in princ .ff.solut. matri cum simil.

28 OCtauo principeliter adduco † quod scribit Io. and.in addi.spec. in titu. de senten. prola.§. quoniam versi.quid si procurator vbi si falsus procurator succedit domino,non potest dicere sententiã nullam quia allegaret turpitudinem suam nec obstat secundum eum ꝙ facto proprio contrauenirì põt qñ est nullũ ipso iure, quia respondet ꝙ acta non sunt nulla in preiudicium ipsius procuratoris seu quoad eum sed solum respectu domini quod dictum refert & sequit Iaso. in.l iusiurandũ quod ex conuentione.§.si colum.pen.versic.hinc ex predictis.ff.de iureiuran.& licet Ioan and.assignet aliã etiam rationem ꝙ procurator falsus tenetur ad interesse, tamen istud nihil obstat quia vbi militant in dispositione plures rationes,satis est ꝙ vna constet licet alie deficiant aut cessent l liberorum.§. notãtur.ff.de infamibus.l. si ventri .§. in bonis ff. de priuil credi . .affinitatis instl.de nuptijs. Ideo satis ẽ in casu isto ꝙ contractus locationis non sit nullus respectu patris consentientis promittentis de rato & obligantis bona propria vt ipse factus heres filie contrauenire non possit ad sui commodũ. Rursus illa ratio in dicto Ioan. Andr.ꝙ ideo procurator falsus & idem heres domini contrauenire non

possit quia tenetur ad interesse obstaret in casu nostro quando reus conuentus molestatus a tertio vellet agere contra actorem de euictione aut ad interesse & allegaretur contra eum dictum Ioã and. nã exciperet q ipse non tenetur ad interesse prout falsus procurator. At hic solum agitur de excludendo patrem agentem per exceptionẽ quo casu militat contra actorem ratio Ioan. and. q actus non est nullus ad preiudicium ipsius actoris que ratio Io. And optime & appositissime videtur conuenire cũ dicto Bald in d l. & si is. C. de predijs minor. q ibi illa obligatio principalis seu principalis contractus nõ ẽ nullus in odiũ curatoris etiã cessante obligatione accessoria sed q vtrunq; valeat & tamen considerando obligationem principalem sine accessoria curator ipse nullo modo obligabatur nomine proprio & tamen dicitur q actus principalis non est nullus respectu ipsius curatoris ex quo Bald dicto apparet q dictum ex prima ratio Io. and. efficacissime facit ad decisionem totius difficultatis. Ad quod etiam vehementissime facit. d. l. illicite vbi etiam tutor non obligabatur nec tenebatur ad interesse & tamen ipse contrauenire non potest ad sui commodum quia quoad eum actus non era nullus.

29 NO no considero † q dispositio quelibet ita intelligi debet ut aliquid operetur. l. si quando ff. de lega. i. c. si papa de priuil libr. vi quod procedit etiã in materia stricta & odiosa Calde. in consi. vi. in fi.

in titu. qui filij sint legiti. ubi loquitur in materia di-
spensationis. similiter renunciatio generalis trahi-
tur ad casum fortuitum quando alias nihil opera-
retur Bart. in. l. sed & si quis. §. quesitum colum. ij.
versi. quarta fuit opinio. ff. si quis cautio. Areti. in
consi. ciiij. breuitas colum. iij. versic. vltimo hoc cla-
re patet Curti. iunior in tracta feud. in quarta par-
te. q. xxij. immo toleratur impropriatio verbo-
rum potiusq̃ vt illa nihil operẽtur. l. si vno in prin.
ff. locati. l. si olei. C. eodẽ titu. l. quibus diebus §. do-
minus & quod ibi Barto. ff. de condi. & demon.
& dixi in consi cxxxv. colum. vij. modo iste con-
sensus patris cum promissione de rato & obliga-
tione bonorum suorum quid in quam omnia ista
operabuntur nisi intelligantur in casu quo tracta-
retur de annullando cõtractum per ipsum patrem
& quatenus ad eũ attinere posset, nam respectu mu-
lieris si ipsa contraueniat, dicitur illa nõ operari q̃a
consensus minus legitime prestitus mulieri non no-
cet l. quotiens. ff. qui sat. cog nec erat opus respectu
mulieris q̃ pater aliquid promitteret de rato & mi-
nus q̃ obligaret bona propria sed satis erat q̃ con-
sentiret simpliciter vel constitueret nuncium spe-
cialem ad consentiendũ. itaq̃ illa promissio rati hy-
potheca bonorum interuenerunt respectu persone
patris vt ipse contrauenire nõ posset quatenus ad
eum pertinet neq̃ viciari contractus posset ex defe-
ctu consensus ipsius patris. Ergo vt operetur talis
ꝓmissio rati & hypotheca bonorũ, necessario di-

cendū est ꝙ pater quatenus ad eum attinebat voluerit promittere prout & promissit de non contraueniendo etiam casu quo mulier ipsa posset con trauenire nam illa obligatio bonorum propriorū apertissime arguit ꝙ pater noluit stare in puris terminis simplicis consens ut infra dicam responden do ad contraria.

DEcimo ultra talem consensum cū promissione rati & hypotheca bonorum concurrit alia promissio eiusdem actoris in litteris suis missius aut eius filij & recognitis in iudicio in hec verba. circa a mā dato, mio padre lo mutara molto uolūtieri & ma giormente quando intendera che uoy lo tolite. ma per questo nō restate di fare lo instrumento sopra di me sencia altro mandato che io ui prometto che mio padre fara quanto uorrite uoy & aduisatime che lo faro fare. In quo fundamento presupponen dum est quod filius recognouit litteras & ipse solus caūsam semper eget patre ad iudicia minime apto sed domi semper agente ob corporis crassitudinem & negocia filij nunquam non approbante in quibus litteris missiuis considero quod indūctus fuit. d. antonellus ad ita cōtrahendū ex uerbis hortatiuis & confirmatiuis ipsius scribentis vt mirandū sit quomodo potuerit iudiciū eiusmodi inferre & cōductorē inquietā nomine illius cōtractus quē ad uerba tā efficacia ipsius agētis celebrauit, nā
30 † in dolo uidetur pars offendēdo eius fidē, & promissionem. l. dolus. ff. mandati. l. i. §. est autem apud

ff.depositi.l vendicantē.ff.de euictio.immo in cri-
men incidit stellionatus fidem non seruans.l titio
ff.ad municip.& efficitur infamis Bald in l. felicis-
simam.C.de his qui a non domi.Ias.in.l.i.§.nuncia
tio colum.iij.in fi.vers.v.& vltimo.ff.de operis no
ui nuncia sed vltra Iaso.ꝙ fidem non seruans effi-
ciatur infamis addo text in.l.furti.§.mandati.ff.de
infami notat Bal in consi.ccxci ad euidentiam col.
pen libr.ij & quod scribit Barto.in.l pecunie in fi.
ff de alim & cib.lega.& in l.si fideiussor in fi.ff.de
fideiuss. vbi ꝙ fidem fallere verecundum est licet
pacto nudo promissa sit ideo si fideiussor repetit
a principali quod pro eo soluit, non potest impu
tari cur non opposuit aduersus creditorem de pa-
cto nudo. sequitur Iaso.in.l.iurisgentium.§.sed cū
nulla colum iij in tertia limitatione.ff de pactis in
l.fideicommissum ff.de condi.inde. & in.l.si mora
colum.ij ff.de verbo.obliga. Addo vltra Iaso. Ab
31 bas in consi lx.colum i.libr.i. Quid hic † dicemus
in pacto vestito & efficaci facto parte presente pro
pter efficaciam scripture in qua promissio facta est
nam scriptura semper loquitur ob id censetur ha-
bitum pactum cum presente postꝗ̄ venit scriptu-
ra ad eius manus vt habetur in l nuda.ff. de dona.
Barto.in.l.cum tabernam.§. idem quesiit in fin.ff.
de pignor. Areti. in cousil. si videtur dicendum in
princ. Socy.in consi lxiiij.in fi.libr.ij. Bald. nouel.
in tracta de dote in sexta parte priuilegio. lxxviij.
colum.ij.versi. nec obstat ratio Barto. ob id noua
quedam

quedam & prodigiosa videtur verecundia fidem in scriptis datam offendere, quam ipsam ratam & integram seruari equitatis custos fidelissimus pretor mandat in.l.i.ff.de pactis.

32 VN decimo considero † ꝙ subueniri volunt iura deceptis sub aliarum confidentia.l. si libertus ita iurauerit.ff.de oper.liber.l.creditor.§.lucius.ff.mandati.c.quanto de iureiuran.c.cum venissent de institutio. Plane si reuocatur contractus conductionis reperitur conductor lesus sub confidentia actoris considerato tenore litterarum scriptarum ex voluntate ipsius agentis per filium in quibus dicitur ne dubitaret reus contrahere sub verbo & fide ipsius scribentis.

33 DV odecimo considero † ꝙ ipse dominus thomas caualarinus causam nullitatis (si qua sit) prebuit, scribendo per filium litteras adeo efficaces ꝗbus inductus fuisset ad contrahendum ob id audiendus nõ videtur allegans ipsam nullitatem cui causam dedit.l.i.§.si omnes in fi.ff.de ventre inspi. vbi si maritus post diuortium fecerit inspici ventrem vxoris an esset pregnans vel non, si non inueniatur pregnans, non tenetur maritus ex tali inspectione iniuriarum quando mulier tali inspectioni causam dedit quia constante matrimonio finxisset se esse pregnantem, Ad idem glos. in.l.i.§. fin. alias est in.l. ij.in fi. glo.ff quando actio de pecul. est anna.vbi ꝙ errorem alteri imputare non potest qui erroris causam prebuit tradit Paul. de castr. in

consil.cccvij. videtur quod non retineant colum. secunda circa med.lib.secundo itaque prebuit agẽs causam nullitati scribendo ad ipsum reum per filium vt in fide suo contractum iniret ob id talem nullitatẽ inique modo videtur obijcere & ꝙ prebens causam nullitatis eam opponere non possit, tradit glos.pragma.in titu.de electio.§.licet dudum in verbo canonicas ante fi.car.xlij.

34 DEcimo tertio posito † ꝙ etiam reus conuentus fuerit in culpa non prospiciẽdo rei sue & prouidendo ꝙ contractus solenniter fieret, Dico ꝙ in pari culpa potior est causa ipsius an tractantis de vitando damno Bart. in.l.cum mulier ff.solu.matrimo.vbi stante statuto quod de quolibet contractu soluatur gabella, alias contractus sit ipso iure nullus, si neuter contrahentium soluat gabellam, potior est causa eius qui tractat de damno vitando ideo alter contrahens agens de lucro non potest obijcere nullitatem contractus ob gabellam non solutam sequitur Felyn.in cap.dilecti colum. tertia de exceptio.

DEcimo quarto licet ex premissis clarissima videatur facta res, tamen posito & non concesso dubium dici posset an iste contractus possit rescindi per tertium qui consensit cum promissione rati & obligatione bonorum, ad vtilitatem ipsius tertij cessante causa & fauore mulieris propter quã

35 statutũ est conditam, Dico † ꝙ in dubio iudicandum est contractum reuocandum non esse.l.si in-

ter virum vbi Socy in tertio nota.ff.de rebus dubijs Freder de senis in consil. ccxxxiij. casus talis est monasterijs col.fi.Paul.de cast.in cōsi. cclxxviij. passus iste dubitabilis colum.fi.lib i.Alex. in cōsi. clvij.col.i.li.vij.Deci.in cōs.clxviij.col.ij.post med.

MEmoratis fundamentis ita iactis & confirmatis pro parte rei, superest vt veniamus ad confutationem argumentorum que in gratiam actoris proposita sunt. Ad que respondeo in specie itaq; non obstat primum argumentum q thomas caualarini sibi non preiudicasset prestando consensum tanq̄ pater ex forma & necessitate statuti causa cognita

36 quia respondeo duobus modis. Primo † q in casu isto non potest dici consensus prestitus ex forma statuti ita q cogeretur quia statutum solum cogit presantes propinquos in loco non etiam absentes vt patet ex lectura statuti ob id consensus in absentia prestitus fuit mere voluntarius & sic cessat ratio .d.l. cū quedam.C. de admi.tutor. super qua se fundauit Bald.& Paul de cast.in contrarium allegati consequenter cessat legis dispositio .l. adigere §.quamuis.ff.de iur patro c. cum cessante vbi late moder.de appella.ij.de transac c.neophitus.lxi di.

37 immo † correcta rōne legis censet correcta lex gl. sing.in.l.i in prin.in ver prouidentia.ff.de legi. tu. Saly.in auct.ingressi col.i.C.de sacrosan.eccles.cum simil.vt per Alex.in.l.quod dicit.ff.de verb.obli. & istud sine dubio videtur hic procedere quia rō necessitatis officij exprimitur in .d l.cum quedam.

C.de admi tutor.quo casu quando ratio exprimi-
tur in lege ea cessante.cessat lex.vt per Iaso. in .l. si
conuenerit colum. iij.ff. de re iudi.Et ꝙ consensus
58 † prestitus ratione officij & nomine alieno no-
ceat quando voluntarie est prestitus probatur in.l.
si.ff.de inoffi.testam.vbi si filius exheredatus aduo
cauerit seu patrocinium aduocati prestiterit pro
legatario censetur approbare testamentum nec po
test illud querelare ad idem tex.in.c.ex litteris cum
glos.i.de transact. vbi qui scienter patrocinatur pe
tenti rem propriam ipsius aduocati sibi preiudicat
que duo iura ad hoc citat Paul. de castr. in consil.
cccxiiij.omisso primo & secundo dubio in fi. libr.
ij.vbi etiam Paul.allegat Ioan.and in.c. inter dile-
ctos in versi.inter alios de fide instrumento.Ecce li
cet aduocatas consentiat pro alio & nomine offi-
cij tamen sibi preiudicat ratio quia licet officium
aduocati sit publicū & cogatur aduocatum agere
seu pro alio patrocinari.l. prouidendum.C.de po
stulan.tamen non cogitur postulare pro alio con-
tra seipsum.itaque imputatur aduocato cur postu
lauerit pro alio in causa in qua ipse pretendebat
interesse Ad idem adduco text.in.l.ex sententia.ff.
de testam.tuto.& in.l. vxori .§.i.ff. de falsis vbi si
notarius ascribit se tutorem in testamento non po
test se excusare a tutela] quia ascribendo consensis-
se videtur que duo iura aperte faciunt contra Cor.
in consil ccviij.colum.ij libr.iiij.vbi voluit ꝙ nota
rius conficiens instrumentum super re in qua ius

habet non preiudicat iuri suo nam non cogitur notarius recipere instrumentū contra seipsum et in terminis de tali consensu prestito ex forma statuti ꝙ noceat consentienti tradit Socy. in cons. xliij. col. pen. in fi. & seq. lib. iiij. per glos. in. d. c. ex litteris in glo. ij. de transact. vbi ꝙ prestans autoritatem in aliquo actu sibi preiudicat sed istud intelligo ꝓcedere quando non cogitur quis ad prestationem talis cōsensus aut autoritatis per supra scripta.

39 SE cundo respondeo † ad argumentum posito nō tamen concesso talis consensus Patris fuisset necessarius & ꝙ pater presens cōsensisset ad formam statuti, adhuc tamen sibi preiudicasset promittendo habere ratum & gratum ipsum consensum cū hypotheca bonorum ipsius patris consentientis, quia statutum solum cogit ad consentiendum pro filia non autem ad promittendum nomine proprio obligando bona propria, nam obligando bona ꝓpria excedit terminos sui officij text. est in. l. & si is C. de predijs minor. vbi si curator vendens rē adulti minus solenniter obliget bona propria pro causa contractus, tenet obligatio curatoris & ex ea cōpetit emptori hypothecaria contra bona curatoris obligata. ¶ Et ꝙ gerens actum nomine alieno teneatur nomine proprio quando obligauit bona propria tradit Socy. in consi. 100. colum. ij. circa med. versi. ij. quia libr. iij. ratio est quia obligando bona propria excedit limites sui officij cum pro alio non teneatur quis obligare bona propria,

sicut dicitur quando administrator promittit pro se & heredibus quod obligatur proprio nomine quia excedit limites officij Barto in.l.post mortem.§.tutor post prin ff.quando ex fac.tu.Bald in l. ei qui seruo colum.secunda.C. quod cum eo. Anchara. in consil xxiij. verba stipulationis colum secunda in fi.versi.tertio hoc probat, nam officium administratoris non transit ad heredes.l.cuius bonis.ff. de cura.furio.ideo promittendo pro heredibus excedit limites officij ¶ Et in terminis quod consentiens pro alio aut alieno nomine sibi preiudicet quando non prestat nudum ministerium sed nomine proprio quid agit, voluit Bald. in consil. cccxxxiij.nobilis vir colum.i. circa fin. libr. quinto sed iste pater non stetit in furibus nudi ministerij obligando bona propria.

40 NON obstat † secundum argumentum quod actus locationis dicatur nullus ob id quod consensus non videtur nocere sicut dicitur in creditore consentiente alienationi pignoris quod sibi non preiudicat quando alienatio est nulla Quia respondeo quod argumentum procedit quando alienatio est nulla aliunde quam ex defectu consensu ipsius creditoris, nimirum si nullitas contractus extenditur ad consensum sed hic pretenditur nullitas solum ex defectu consensus minus legitime prestiti vt asseritur ut queritur an noceat consensus ipsi consentienti in cuius persona cessat ratio nullitatis posito non noceat venditori ipsius pignoris & sic iura in contrarium al-

legata loquuntur in casu diuerso habēte rationem diuersam & separatam secundo respondeo ꝙ contraria procedunt in nudo & simplici consensu sed hic adest obligatio nomine proprio cū fuerāt obligata bona propria ipsius patris consentientis.

TErtio respondeo ꝙ contraria procedunt quando principali alienatio fit nulla de iure cōmuni & ordinario ita ꝙ ratio annullationis concernens principalem alienationem militat etiam in consensu accessorio, ob id sublato principali tollit̄ & accessorium, sed casus noster loquitur quando cōtractus principalis annullatur iure quodam speciali & extraordinario introducto in fauorem sexus muliebris imbecillis qui fauor non militat in persona patris consentientis ob id annullato contractu principali non viciatur consensus accessorius in quo ratio eadem non procedit text. est in. d. l. & si is. C. de pred minor. cum alijs supra late adductis in quarto fundamento pro parte rei conuenti.

QVarto respondeo ꝙ contraria procedunt quando actus principalis in totum est nullus sed hic cō tractus principalis non est in totum nullus sed solum respectu mulieris sed respectu consentientis & quatenus attinet ad eius preiudicium, non est nullus vt in terminis no. Bal. in. d. l. et si is. C. de pred. minor. et latius dixi supra in ij. iiij vij et. viij. fundamēto ꝓ ꝑte cōuēta q̄ declaratio summa nitit̄ eq̄tate ꝙ viciū nullitatis egredi nō debeat ꝑsonā mulieris q̄ sola digna fauor̄ aut miseratiōe visa ē ꝙ̄ ipsā eq̄tatē

consideravit in materia iurisconsultus in.d.l. illicitè in fi.ff.de rebus eorum.

41 NON obstat † tertium argumentum q ex tali consensu pater sibi non præiudicavit quia consentiens contractui non obligatur vt possit conveniri ad observationem ipsius contractus quia argumentum procederet si conductor conveniretur ab aliquo tertio & vellet conductor agere contra patrē qui consensit ad defensionem & observantiam ipsius contractus vel si vellet conductor agere contra patrem consentientem ad præstandum aliquid quod in contractu promissum esset ipsi conductori nam exciperet consentiens ego nihil promissi ex quo conveniri possim tantum consensu contractui ne impugnare possim aut illi contravenire, sed hic non agit conductor contra patrem vt aliquid præstet sed contra patrem agentem ad irritationem contractus excipit contravenire non potes contractui cui consensisti quia consentiens contractui simpliciter obligatur vt contractui contravenire non possit vt supradictum est & sic talis consensus licet nō prosit contrahenti ad agendum prodest tamen ad excipiendum & repellendum ipsum consentientē ne actum aut contractum revocet cui cōsensit alias nisi excipi posset non esset verum dicere q consentiens sibi præiudicet & q perdat iura sua vt supra ostendimus.

SECVNDO respondeo q immo pater consentiens filie & promittens habere ratum & gratū &c.

dicitur obligari quia censetur conuenisse de obseruando ipsum contractum cui cõsensit.l.ij. C. com. vtr.iudi.vbi si partes consentiunt sententie inualide, obligantur vigore taciti pacti de non veniendo cõtra immo tenentur illam seruare & mandare executioni, Ita pari ratione qui consentit contractui cui aduersarius etiam consensit, censetur secum pacisci de obseruando ipsum contractum & non veniendo contra prout venit caualarinus petẽdo annullationem locationis ita dicit corn.in consil.144. col.iij.in fi.lib.iij. sed vltra Corn.adduco tex. vbi Bal.in l.ex sententia.ff.de testa.tu.vbi notarius rogatus de testamento si se ascribit tutorem in ipso testamento, censetur se obligare ad suscipiendum tutelam adeo ꝙ non potest se excusare & tamen illa ascriptio solum habet vim consensus quia ascribendo consentit vt ibi per alber.nam factum ipsum attribuitur testatori quid hic dicemus vbi vltra simplicem consensum adest promissio de non contrauenĩedo cũ hypotheca.bonorum ipsius cõsentiẽtis.

TERTIO respondeo ꝙ ille consensus & promissio de non contraueniendo ipsi consensui cum hypotheca bonorum, non interuenerunt ob causam ipsius consensus tantum & propter se sed respectu & contemplatione contractus locationis itaqꝫ si voluit habere consensum ratum ergo & contrastum

42 cuius contemplatione datur consensus quia † illud inspicitur propter quod fit actus non ipse actus.l. si ita fuero stipulatus &.l.cum enim.ff.de nouatio.

nam consensus correspectiuatur ad contractum & prestatur ob causam ipsius contractus sed in correspectiuis vnum sine altero esse non potest .l. etiam §.ex causa .ff de minor.l fi.ff de acceptila .l. clemēs §.i.ff.de heredi.insti Ergo stante consensu rato valere oportet & contractum cuius respectu consensu, adhibitas est quia ista sunt indiuidua seu correspectiua que separationem non recipiunt . Itaq; si mulier contrauenisset consensus corrueret sed cum mulier non contrauenerit & consentiens non possit contrauenire consensui quem ratum habere promissit ergo nec contractum quo cessante consensus prestitus non esset & nisi effectus consensus ei promissio rati cum hypotheca bonorum trahantur ad contractum secutum de nihilo operarentur sed fierent omnia elusoria cum non fuerit adhibitus cōsensus propter se sed propter cōtractum &

43 ad eius validitatem pro quo † adduco Bald. in .l. fin §.sinautem colum.ij.C. de bonis que lib. vbi ꝙ consentiens actui cēsetur consentire executioni ipsius actus puta si pater consensit dari curatorem filio poterit curator exequi & facere que pertinēt ad eius officium absque alio consensu patris pro quo.bonus text.in.l si pupillorum .§.i.ff. de rebus eorum tradit Socyn.in consil lxxxij. colum. tertia in fi.libr. tertio vbi ꝙ si pater consentit dari curatorem filio poterit curator adhire hereditatem ꝑ filio absque consensu patris quia consensus prestitus ad aliquem actum trahitur ad omnia que se-

quuntur ex ipso actu tradit etima Ias. in.l.i.§. item acquirimus colum.ij.ff.de acqui.possessio.ideo consensus prestitus & promissio de non contraueniendo consensui trahi debet etiam ad contractum secutum virtute talis consensu nec potest contraueriri contractui quin contraueniatur consensu.

44 QVarto respondeo ꝙ correspectiuorum idem est iudicium & vno stante consistu & alterum contra vno cessante cessat & alterum quia respectiua diuisionem non recipiunt.l etiam.§.ex causa ff. de minor l.si ff.de acceptila l. clemens.§.i.ff.de heredi. insti.l.filio.matri.l.alūne.§.seia ff.de admi lega. Freder.de senis in consi.ccxxxvij factum est tale quidam nomine thomeus colum.ij.Abb.in consi. lxi. colum secunda vers. moueor lib. secundo Alexan. in consi.cxi.colum.tertia libr.iij. sed consensus caualarini & locatio secuta inuicem correspectiuantur quia vnum fit respectu alterius ergo promissio de non contraueniendo consensui necessario trahitur ad locationem cuius respectu consensus est prestitus.

QVinto respondeo ꝙ stantē tali promissione de habendo ratum ipsum consensum cum obligatione bonorum si ipse consentiens ratum consensum nō habeat sed illi contraueniat tanquam minus legitime prestito clarum est ꝙ conductor posset agere hypothecaria ad bona obligata ob interesse contrauentionis quia consensui non stetur per ipsum consentientem.d.l.& si is.C.de predijs minor. alias

de nihilo seruiret illa promissio cum hypotheca bonorum, a fortiori si ipse consentiens agat contraueniendo consensui repelli poterit exceptione. l.i.§. quod autem ff.de superficie.l. inuitum .§. cui damus.ff.de regu.iuris.

NON obstat quartum fundamentum ꝙ absurdum videtur consistere consensum & obligationem accessoriam absque principali quia responsum abunde est ante in quarto, septimo, octauo & duodecimo fundamentis adductis in gratiam partis conuente Ideo non repeto.

45 NON obstat † quintum argumentum ꝙ obligatio aut hypotheca bonorum caualarini consistere non potest sine obligatione personali quia respondeo ꝙ immo obligatur caualarinus personaliter ad non contraueniendum per.d.l. illicite .ff. de rebus eorum &.d.l.& si is C. de pred. minor. q̃ui tex.non posset efficacius facere quia ibi datur hypothecaria nec dicitur ꝙ tutor principaliter se obligauerit vt cõueniri posset actione personali sed tantum dicitur de hypothecaria ergo excludi videtur personalis actio l.cum pretor.ff.de iudi .l. maritus C.de procurá.nititur ergo illa hypotheca obligationi personali de non contraueniendo quia tenet contractus principalis ;in odium ipsius curatoris quoad hoc vt ipse contrauenire non possit vt supra est dictum.

46 SEcundo respondeo † ꝙ habet hic hypotheca principale cui hereat idest contractum locationis

quia poteſt quis obligare bona propria pro contractu alterius.l.ſi fundus.§.i.ff.de pignor. & licet contractus alterius ſit nullus, non tamen annullatur hypotheca acceſſoria in qua non militat ratio nullitatis.d.l & ſi is & ante ſepius eſt dictum. Ideo pro cõtractu filie potuit pr̃ obligare bona ꝓpria.

NON ob.ſextum argumentum ꝙ in iſto conſenſu patris & promiſſione rati cum hypotheca bonorum ineſſe dicatur conditio tacita ſi contractus principalis teneat quia reſpondeo ꝙ etiam contractus principalis tenet in odium & preiudicium ipſius patris ut ante ſepiũs dictum eſt in tertio fundamento & in quarto in quarta reſponſione & etiam in octauo fundamẽto.

SEcundo reſpondeo ꝙ licet contractus principalis in totum eſſet nullus, tamen obligatio acceſſoria non recipit tantam conditionem ſi teneat principalis, ex quo in acceſſorio nõ militat ratio nullitatis q̃ in principali ideo ſtat iſto caſu acceſſorium ſine principali nec habetur relatio aliqua ad validitatem aut inualiditatem ipſius principalis vt non raro ſupra eſt dictum.

47 NON ob.† dictum Socy.in conſi. ccxv. in fin. libr.ij.quia in caſu Socyn.eandem ratio erat in acceſſorio que in principali et niſi ſuccurſum eſſet obligationi acceſſorie, grauabatur principalis nimirum ſi a pari procedunt. At ſecus hic vbi diuerſa eſt ratio principalis & acceſſorij & vbi condicio mulieris ne minimum quidem leditur aut deterior fit

ex validitate accessorij ex quo contra mulierẽ recursus non datur quod probatur in.d.l. & si is vbi glos.& doct.& late iam dictum est.

SEcundo respondeo ꝙ in casu Socyn. agebatur de vitando damno hic agens tractat de lucro cum iactura conductoris qui precium soluit ob id argumentum ex aduerso factum nihil concludit propter diuersitatem rationis inter damnum & lucrũ l.fi.C.de codicil.cum simil.

48 NON obstat † septimum argumentum ꝙ promissio rati videtur superflua secundum Alexan.& Iaso.in l.si procurator.C.de procura nam considerãda est ratio assignata per eos quare dicatur superflua quia tacite intelligitur ex qua ratione retorquetur argumentum nam si mandans aut constituens nuncium tenetur ratificare gesta per eum licet expresse non promisserit quanto magis vbi expresse promissit & sic non tollitur effectus promissionis quominus teneatur habere ratum ex ista promissione immo augetur.

SEcundo retorquetur argumentum nam dicit Iaso. ꝙ si dominus promitteret habere rata legitime gesta tantum non esset mandatum sufficiens quia tenetur mandans simpliciter habere rata omnia gesta non ea tantum que legitime essent gesta itaqꝫ satis est ꝙ tenetur constituens habere ratum.

TErtio respondeo etiam retorquendo fundamentum nam doct.dicunt ꝙ ideo illa promissio rati est superflua quia omnino tacite continebatur ergo

vbi tacite non continetur non erit superflua sed in responsione dicitur q iste consensus patris recipit tacitam conditionem si actus tenet(quod ipsum tamen supra euertimus) ergo tacite nõ continebatur promissio rati ergo operabitur promissio rati.

NON obstat q promissio rati non auget nec alterat obligationem Deci. in consi. ij. in fi. quia Deci. vult q non extendatur obligatio per talem clausulam ad aliud q̃ contineat promissio, tamen in promissis vult q operetur, ob id q teneatur contrauenies his que promisit habere rata sed hic non agitur de augendo aut extendendo obligationem ad aliud q̃ promisit solum enim agitur vt non contraueniat promittens de rato consensui suo & licet contractus principalis non valeat in preiudicium mulieris valet tamen in preiudicium cõsentientis si valet in eius preiudicium ergo & clausule adiecte in sua promissione sicut in. d l. & si ïs. C de predi minor. valent omnes clausule adiecte in promissione tutoris aut curatoris quoad eius preiudicium.

49 N O N obstat † octauum argumentum q statutum Ferrarie de indemnitatibus mulierum videtur fauorabile tanq̃ factum ad obuiandum fraudibus ob id q videatur extendendum etiam ad consensum accessoriũ nam r̃ndeo multipliciter primo q istud ꝓcedere qñ in effectu nõ annullaret iur̃m ꝑ indirectũ nã dispõ fauẽs iur̃o dr̃ fauorabilis ꝑꝑ salutẽ anime ideo extẽdit̃ ut ꝑ doc. in auc. sacr̃a puberum. C. de aduer. uẽdi. Io. and. et ca. i. c. ex tenere. q

filij sint legiti. Socy. in. l. marcellus. §. i. colum. ij. post med. ver. tertium inferri potest. ff. ad trabellia. Ergo dispositio cõtraria iurõ dr̃ odiosa vt cõtrariorũ ea dẽ sit disciplina. l. i. ff. de his qui sunt sui vel alie iur.

SEcundo respondeo ꝙ argumentum procederet in fauorem ipsius mulieris cuius gratia sui statutum. non in fauorem tertij in quo non militat causa fauoris qua cessante cessare debet effectus statuti. l.
50 adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. & cessante † causa prohibitionis statuti cessat effectus prohibitionis Oldra. in consil. cviij. titius veniens ad mortem col. ij. circa med. & ista respõsio tollitur per. l. illicite. ff. de rebus eorum & . d. l. & si is. C. de pred. minor. nam ius commune introducens solennitates in alienationibus minorum editum est ut occursum . esset fraudibus que in minores committebantur ob id dicitur fauorabiles & tamen non extenditur fauor ad personas tutorum & curatorum in quibus ratio fauoris cessat immo si ad eos fieret extensio diceretur talis lex extendens odiosa.

TErtio respondeo † ꝙ statutum dicitur strictissimi
51 iuris cuius verbis tenaciter herẽdum est nec illud restringere seu ampliare possumus Bal. in. c. i. §. i. ver. quero quid de iure lombardo qui feu. dare poss. in c. vnico in fi. de feu. alie Curti. senior in cõs. xxxv. colum. x Alibi scribit idem Bald. in consi. ccxciij. promissis duobus statutis colum. i. libr i. quod statuto nihil addere vel supplere debemus nec recedendum est a forma statuti.

Quarto

52 QVARTO respondeo † quo'd in casibus in quibus fit extensio de casu ad casum illud intelligitur stante identitate rationis .l. illud in fin. ff.ad leg.acquilia.l. a titio .ff. de verborum obligation. Sed non est par ratio mulieris contrahentis & patris consentientis quia si esset par ratio absurdum esset quod validaretur contractus mulieris ex consensu masculi eodem fauore digni argu.§.item maior institutio.de excusa tuto.

NON obstat nonum argumentum qu'od dominus Antonellus videtur in dolo & malafide contrahendo contra prohibitionem statuti quia istud non potest considerari respectu ipsius caualarini ad quem fauor statuti non extenditur & in cuius odium constat contractus vt ante sepe est dictum Pro quo text. in dicta .l. illicite .ff. de rebus eorum & in dicta.l. & si is .C. de pred. minor.vbi emptor non dicitur in dolo aut in malafide respectu ipsius tutoris vel curatoris, licet respectu pupilli vel adulti contraxerit contra prohibitionem iuris.

SECVNDO respondeo quod argumentum procederet quando nulla fuisset adhibita solennitas statuti sed hic fuit adhibita & licet dicatur non potuisse adhiberi per nuncium, tamen in hoc posito & non concesso ita esset, diceretur
53 erratum in iure, error † autem iuris non inducit malamfidem nisi ageretur de dotali preiu-

dicio puta de prescribendo rem .l. nunquam .ff. de vsucapio. secus vbi agitur de lucrandis fructibus nam error iuris non nocet in lucro fructuum glos. in .l. si fur. §. primo .ff. de vsucapio. & in .l. sed & si lege .§. sire .ff. de petitio. heredi. vbi Bartol. sed hic non agitur de prescribendo rem sed de fructibus quinquennij & quidem ex titulo oneroso.

SECVNDO respondeo quod error iuris non solum non inducit malam fidem sed ab ea excusat etiam doctorem & iudicem Alexand. in .l. secunda .ff. quodquisque iur. Decius in .l. penulti. in fin. C. de pactis. hinc videmus quod vbi agitur de presumendo dolum contra aliquem potius presumitur error iuris quam dolus quia ignorantia iuris dicitur lata culpa vt habetur in .l. late culpe .ff. de verborum significa. ob id potius herendum est presumptioni late culpe quam doli qui est detestabilior Socyn. in consilio centesimoctauo columna septima circa medium libro primo.

TERTIO respondeo retorquendo fundamentum quod immo malafides grauaret ipsum caualarinum consensum non legitime prestantem & autorem nullitatis .l. qui occidit .§. in hac .ff. ad leg aquilia. & licet imputari etiam posset contrahenti .l. qui cum alio .ff. de regulis iuris tamen
54 † in pari causa potior est condicio rei ne conse-

quatur actor commodum ex culpa sua cum iactura rei.l.secunda .§. primo .ff. ne quis eum qui l.apud celsum .§. marcellus .ff. de excep. doli. Alexand. in consil.c.columna quarta versic.pretera iste testis libr.primo.

QVARTO respondeo quod immo dicitur servata forma statuti per nuncium specialem si videantur scripta nouissima cause patronorum dum allegant moder.in.l. prima .§. item acquirimus, ff. de acquiren. possessio. ex quibus stat solidum argumentum pro reo esse equitatem que amplissimi ordinis viros per maxime mouere debet.

NON obstat decimum & vltimum argumentum quod hic agitur de iure futuro quod remitti non
55 potuit per talem consensum patris quia † respondetur quod hic sumus in parto roborato cõsensu duorum quia consensit pater in fauorem conductoris per nuncium specialem quod partem sufficit secundum doct.in.l.prima.C.de partis Decius in consilio.xxxi.colum.secunda in fin. versi.secundo non obstat.

SECVNDO respondeo quod immo. hic videtur stipulatio quia pater promissit non contrauenire notario recipiente Decius in dicto consil. xxxi.colum.secunda in fi.

TERTIO respondeo quod etiam per simplicem consensum preiudicatur iuri de futuro quando adhibetur in presentia partis vt habetur in dicta

l. prima. C. de pactis Imol. in consilio quinquagesimosecundo in secundo dubio sed hic prestitus est consensus presente parte. Primo propter notarij stipulationem secundo quia nuncius consensit presente conductore tertio quia prestitus est consensus in scriptis scriptura autem semper loquitur ita rippa in dicta. l. prima columna quinta in fin. in quinta fallentia. C. de partis. Et propterea dicitur per scripturam actam rem esse inter presentes vt latius ante dictum est in decimo fundamento facto pro parte conuenta circa fin. versiculo quid hic dicemus. Sed magis in terminis quod sufficiat simplex consensus in remissione iuris de futuro adduco Alexan. in consilio octauo columna prima circa medium libro quinto vbi quod consentiens alienationi rei in qua pretendit ius fideicommissi de futuro, censetur ipsi fideicommisso futuro renunciare vt emptorem molestare non possit licet possit petem precium ab alienante aut ab herede eius & sic regula que habet quod simplex consensus non preiudicat in iure de futuro non procedit respectu tertij contrahentis sub fiducia talis consensus sed solum respectu alterius contrahentis idem quod Alexand. voluit Socyn. in consilio. xliij. columna penulti. ante medium versiculo .ij. clare etiam respondeo libro quarto. Idem clarissime tradit & distinguit Corne. in consi-

silio.cxliiij.columna quarta versiculo & licet forte libro tertio.

QVARTO respondeo quod magna hic videtur equiuocatio nam quando heredis superuenit aliquod ius vt heredi non potest in persona heredis considerari aliud aut diuersum ius qua'm esset in persona defuncti quia ex persona heredis non alteratur qualitas obligationis aut iuris l.secunda .§. ex his.ff.de verborum obligatio. Ideo idem uis censetur in persona heredis quod erat in persona defuncti ob id si defectus forme statuti non vocaretur in dubium clarum est ꝙ heres non posset contrauenire nec posset dicere superuenit mihi ius de nouo immo ius illud preteritum consideratur quale erat apud defunctum sed illud solum queritur an possit heres contrauenire sicut defunctus poterat & dicitur ꝙ non propter factum proprium ipsius heredis in quo non militat ratio nullitatis que in facto defuncti & sic quoad effectum non consideratur vt ius de futuro.

FINIS.

REPERTORIVM

COMMODISSIMVM INTEGERrimumq; ſubtilis & profunde ſcientiæ Iuriſconſulti domini Aymonis Crauettę ex Sauiliano ex genolie dominis, collectum ex mirabili eius Tractatu de antiquitate temporis, In quo ipſo dici non poteſt lucri quantum laturi ſint qui ad breuem eius lectionem animũ cupiant admonere.

consuetudo

Feudum

FINIS.

militer pot ꝑ fingere terminum
si iudex in eum accusatur. ut ex. de
fide instr. accepimus. Preterea nō
q iudex pot statuere terminū.

de declinatoriis exceptionibus
iudicii dicta sufficiant.
Nunc aut de dilatoriis solum
uideamus. Dilatoriarum sol
us alia est exceptio temporali

[illegible]